

CONTENTA.

❡CONTINETVR HIC ARISTOTELIS CAstigatissime recognitum opus metaphysicū a Clarissimo principe Bessarione Cardinale Niceno latinitate fœliciter donatum/xiiij libris distinctum: cum adiecto in xij primos libros Argyropyli Byzantij interpretamēto/rarū proculdubio & hactenus desideratū opus. Deus optimus qui sub nomine ipsius entis in hoc opere celebratur: hoc ipsū faciat ad sui & laudem & cognitionem omnibus studijs proficuum.

THEOPHRASTI metaphysicorum liber I

ITEM METAPHYSICA introductio: quatuor dialogorum libris elucidata.



❡Venale habetur hoc eximium Aristotelis opus apud Henricum Stephanum e regione scholæ Decretorum. ex cuius officina accuratissime recognitū prodijt Anno CHRISTI qui summum ens entium existit M D X V. vicesima die mensis Octobris.

¶ Iacobus Faber Stapulensis Roberto Fortunato bonarum literarū assertori/Collegij Plesseiaci moderatori vigilantissimo S.P.D.



EMPER existimasti/ bonarū literarū vndecunq; non assertor modo/ verū etiam defensor animose: recte instituendi docendiq; formam/ probos in se non ex alienis nosse authores. & propemodum eos in via esse vt saperēt: qui probos ab improbis discernerent. & similem esse in studijs errorem/ non authorem pro authore recipere: atq; velle nullo insigni duce p̄uio docere. quod persimile est: ac si quis ædificiū velit sine fundamento in aere perstruere. quo vicio maxime laborant: qui sectas habēt. Ad id ipsum igitur studuisti domum tuam Plesseiacam/ nobilē sane cum doctrina tum moribus/ semper formare: vt haberes qui pure docerent/ & minime insulse ac barbare. Et ob hanc docendi viam probare soles plerasq; studij nostri particulares diatribas: inter quas non parum effers domum illam collegialem/ quam olim celeberrimi nominis Ioannes cognomento monachus/ sanctæ Rhomanæ ecclesiæ cardinalis condidit/ & id nomen loco indidit. In quo philosophis dudum præfuerunt/ & nunc quoq; præsunt: qui ne .. minimo quidem (quantum assequi & potuerunt & possunt) ab hac recta instituendi ex probatissimis authoribus norma vsq̄ discesserunt aut discedunt. neq; tu solus es qui hæc probas: sed doctissimi quiq; idem certe sentiunt. Cū itaq; res ita habeat: cōcepi ad te/ tuiq; similes parare libros primæ philosophiæ Aristotelis ex tralatione Bessarionis/ cum Aristoteles ipse absq; controuersia probatissimus in philosophia habeatur author. quos quidem libros ipse μετὰ τὰ φυσικά: alij vero pleriq; metaphysicorum appellant. ¶ Sed quid titulus ille μετὰ τὰ φυσικά designat/ quid promittit? Nichil aliud (mea quidē sentētia) μετὰ τὰ φυσικά: nisi post physica/ siue post naturalia designat. Id tamē nosse operæprecium est/ philosophiam tria cōplecti genera: mathematicū/ physicū/ diuinū. infimum mathematicum: vt quod de accidente sit. post quod ascendendo: naturale ac physicum/ vt quod de substantia est/ sed mobili ac media. post physicum vero sursum vergēdo: solum restat diuinum philosophiæ genus/ vt quod de substantia/ sed non mobili ac media/ verū prorsus immobili & summa/ prorsusq; diuina. hæc/ ipsum ens est: ad quod omnia sunt analogice reuocanda/ ex quo omnia/ per quod omnia/ in quo omnia/ cuius gratia omnia. ipsi honor in sæcula. hæc prænosse: huius sapientiæ clauis est. Hic igitur titulus μετὰ τὰ φυσικά: id tertium philosophiæ genus quod post physicum ac naturale/ sed quod iam supernaturale ac diuinum est/ nobis pollicetur. Quo fit: vt idem velint qui composito vocabulo hanc disciplinam metaphysicen vocant/ siue trāsnaturalem/ transmundanā/ supra vemūdanam/ aut quippiam simile id interpretari velint. sunt tamen diuina/ maxima pro parte in hoc opere sub naturalium inuolucris adumbrata/ haud secus ac ignis in silice: quem qui nouit excutere/ lucem videt & admirabilem quidem/ quam velabat longe dispar silicis opacitas. quāto igitur admirabiliora visurus est: cui deus ex opacitate vestigiorū ad solū superadmirabile & incōpræhēsibile veritatis lumē (qui ille ipse est) dederit assurgere? Est reuera Aristotelica litera (vt plurimū) similis ichnographiæ: metaphysicus vero intellectus similis architecto ædificiū erigēti/ cuius summitas cœlis a[l]tior. per quod eum videt opificē cuius esse est oīa/ posse ōnipotentia/ nosse sūma sapiētia/ velle autē omne bonū. ¶ Sed reuertamur ad Bessarionis interpretationē. Hāc charissime Fortunate/ sic cū græco cōtuli/ & ad intelligētiā sicubi in deuium flectebatur iter/ reuocaui: vt hos libros nūc vel facile absq; cōmētarijs legi posse haud dubitē. Cui adieci Argyropylū qui magis sapit paraphrasten: Bessario vero potius partes interpretis agit. intelligent hæc: qui latina/ græcis cōtulerint. Hic autem Bessario tam rarus author/ in manus meas peruenit: beneficio & humanitate (quis enim eo nobilior/ quis eo humanior fuit?) illustrissimi principis Ioannis Pici Comitis Mirandulæ/ viri sane omni æuo admirabilis/ vt qui erat tanq̄ literatorum sol/ & splēdissimum sapientiæ iubar. qui (quod norim) hoc metaphysicū opus solus habebat. Itaq; putēt qui hæc aliquādo lecturi sunt: non tam a me hoc rarum et eximium opus q̄ ab illo nobilissimo principe sibi vt in altissimarum rerum theorijs philosophiam semper pietati coniungentes proficiant/ communicatum esse. hic enim: philosophiæ finis. enimuero qui nescit philosophiam pietati coniungere/ id est ex humanis ad diuina/ ex vestigijs ad exemplaria/ ex obscuris ad lucida surgere: ignorat preciosissimum philosophiæ fructum. Vale fœlix: & tuum instituendi propositum prosequere. Ex cœnobio sancti GERMANI xiiij Septembris.

MDXV.

℄ Clariss. & sapiētiss. pricipis D. Bessarionis Epi Tusculani S. Ro. ecclesiæ Cardinalis dignissimi i nouā Metaphysicorū Aristotelis tralatione ad Alphonsū serenissimū regē Aragonū & vtriusq̧ Siciliȩ pricipē iuictiss. pfatio.



Agnum illum Alexandrum Macedonem inclyte atq̧ inuictissime princeps/æditionem Metaphysicorum Aristotelis/quibus apprime eruditus fuerat: iniquo animo tulisse memoria prodiderunt. cuius rei rationē: in literis quas ad pceptorē suū Aristotelē dedit/facile expssit/q̧ scilicet doctrina ac sapiētia potius q̄. armis viribusq̧/anteire cęteros cupiebat. Et quidē merito. cū illud hois/hoc animalis/illud ingenij/hoc corporis: sit virtus. hunc tu rex sapientissime imitatus: neq̧ armis solū ac tot tantisq̧ victorijs quibus immortalē tibi gloriā cōparasti cōtentus/literis quoq̧ modo diuinis/modo gentilibus/& his cū ad sapientiā tū ad eloquentiā conducentibus/nō in pace solum verū etiam in medio bellorum feruore incumbis. & ita incumbis: vt cum summus in armis sis/summumq̧ in re militari locū teneas/dubiū sit huiusmodi rebus studētibus/quonā magis excellas armisne an scientia/potentia an sapiētia. Cuius rei argumentū est: q̧ me vt librū metaphysicorum Aristotelis tibi latinū facerē efflagitasti. & ita efflagitasti: vt ego tāti pricipis tā honesto desiderio victus/oblitus fuerim meiipsius. & tātā rē aggressus sim: quā veteres aggressi latini/quid fecerint/quoue modo in latinū verterint/aliorū sit iudiciū. Ita certe verterūt: vt opus fuerit & sanctissimū ac clementissimū dn̄m Nicolaū quintū/pontificē maximū/qui oīs scientiæ/oīs diuinȩ humanæq̧ sapientiæ doctissimus in apostolicā sedē conscēdit/quiq̧ vt loco & dignitate ita philosophia/theologia & omni optimarū scientiarū genere principatū obtinet/viros eligere vtriusq̧ linguæ peritos qui oēs fere Aristotelis libros/denuo in latinā verteret orationē. et maiestatē tuā ante illius in apostolicū tribunal assumptionē a nobis petere: vt hūc de quo loquimur librū/latinum faceremus. quē iā diu a me perfectum: tuæ sacræ maiestati rex inclyte dedicaui. Hunc qualiscunq̧ erit/cū tua serenitas hilari vultu acceperit: non dubito cæteris quoq̧ ob authoritatē & dignitatem tuam/acceptum gratūq̧ futurum. Vale fœliciter rex inuictissime.

℄ Primus metaphysicorum Aristotelis ad Cosmā medicen interprete Ioanne Argyropylo Byzantio.



MNES homines: natura appetunt scire. signū cuius est: ipse sensuū amor. & fine nāq̧ vtilitate: propter seipsos/sensus amātur. ℄ Et maxime vis9. nō enī solū vt agam9: sed si nichil etiam acturi sumus/videre sane præ cæteris vniuersis expe-

℄ Primus metaphysicorū Aristotelis ad Alphonsum regem interprete Bessarione.



MNES homines: natura scire desiderant. signum autē: est sensuū dilectio. nam & absq̧ vsu: ppter seipsos amātur. ℄ Præ cæteris autem: qui per oculos fit. nō enim vt agamus solum/verum etiam nil acturi: ipsum videre prę oībus alijs (vt ita dicam) eli-

Bessario.

gimus. causa autem est: ꝙ sensuum hic vel
maxime nos cognoscere quicq̃ facit/ mul-
3 tasq́ differẽtias manifestat. ℂ Natura itaq́
animalia: sensum habentia fiunt. a sensu ve-
ro quibusdam eorum non innascitur me-
moria: quibusdam vero innascitur. & ob
hoc alia prudentia: alia disciplinarum ca-
paciora sunt/ q̃ illa quæ memorare non pos-
4 sunt. ℂ Prudentia quidem/ absq́ eo ꝙ di-
scant: quæcunq́ scilicet audire sonos non
possunt. vt apes: et si quod animalium ge-
nus/ simile est. Discunt autem: quæcunq́
vna cum memoria/ hunc quoq́ sensum ha-
5 bent. ℂ Cætera igitur/ phantasijs ac me-
morijs viuunt: experientia vero parum par-
6 ticipant. ℂ Humanum autem genus: arte
etiam ac ratiocinationibus. fit autẽ ex me-
moria: experientia hominibus. multæ ete-
nim eiusdem rei memoriæ: vnius experi-
7 entiæ vim efficiunt. ℂ Quare experien-
tia: pene simile quid scientiæ ac arti esse vi-
detur. per experientiam autem: ars & sci-
entia hominibus efficitur. experientia enim
Polus. (vt recte ait Polus) artem efficit: imperi-
tia vero casum. Fit autem ars: cum e mul-
tis experimentalibus conceptibus/ vna de
similibus vniuersalis opinio fiat. opinari
etenim quod Calliæ hoc morbo laboran-
ti hoc conduxit/ similiter Socrati/ ac sigil-
latim alijs multis: experiẽtiæ. ꝙ autem om-
nibus huiuscemodi secundum vnam spe-
ciem determinatis hoc morbo laborãtibus
conduxit/ vtpote flegmaticis/ aut cholericis/
aut æstu febricitãtibus: hoc artis proprium
8 est. ℂ Ad agendum itaq́: nil videtur expe-
riẽtia differre ab arte. quinimo videmus ex-
pertos: magis id quod intendunt/ cõsequi q̃
illos qui rationem absq́ experientia tenent.
causa vero est: ꝙ experientia singularium/
ars autem vniuersalium cognitio est. actio-
nes autem ac generationes omnes/ circa sin-
gulare sunt. non enim hominem nisi per ac-
cidens sanat: qui medetur. sed Calliam/
aut Socratem/ aut alium quempiam eorum
qui sic dicuntur: cui accidit homini esse.

Argyropylus.

timus. idq́ ex eo fit: quia sensus
hic ad cognoscendum maxime
suppetit/ compluresq́ differentias
rerum declarat. ℂ Animalia igi-
tur: vna cum sensu natura fiunt.
ex hoc autem/ in alijs memoria
non fit: in alijs fit. & propterea eo-
rum quæ memoriam habent: alia
prudentia sunt/ alia magis disce-
re possunt. ℂ Et prudentia qui-
dem/ sine habilitate discendi sunt:
quæ sonos audire non possunt. vt
apes: et si quid aliud tale genus
est animalis. Discit autem id om-
ne: quod & hunc cũ memoria sen-
sum habet. ℂ Cætera igitur ani-
malia/ imaginationibus atq́ me-
morijs viuunt: expertiaq́ expe-
rientiæ sunt/ nisi perparum. ℂ Ge-
nus autem hominum: & arte vi-
uit et ratione. atq́ ex memoria qui
dem: hominibus experientia fit.
complures enim eiusdem rei me-
moriæ: vnius experientiæ facul-
tatem efficiunt. ℂ Videnturq́ sci-
entia & ars & experientia/ fere si-
miles esse. per experientiam au-
tem: ars emergit atq́ scientia. nam
experientia quidem (vt inquit Po-
lus) artem efficit recte dicens: in-
experientia vero fortunã. Fit au-
tem ars: cum ex multis experien-
tiæ conceptibus/ vna de similibus
oritur vniuersalis existimatio. nã
existimationem habere/ hoc ægro-
tanti Calliæ/ hoc morbo/ atq́ So-
crati/ & compluribus item per sin-
gulos profuisse: id experientiæ ni-
mirum est. at omnibus talibus per
vnam definitis speciem/ hac affe-
ctis ægritudine contulisse/ vt ijs-
ce qui pituita/ aut bili abunda-
bant/ aut æstu affligebantur: id
iam artis esse videtur. ℂ Atq́ ad
agendum quidem: experientia nõ
differt ab arte. quinetiam exper-
tos rem magis attĩgere videmus:
q̃ eos qui rationem sine experi-
entia habent. idq́ propterea fit:
ꝙ experientia quidem singulari-
um/ ars autẽ vniuersalium est co-
gnitio. actiones vero generatio-
nesq́ omnes: circa singularia sane
versantur. Nam qui medetur: non
hominem sanat/ nisi per accidẽs.
sed Calliam/ vel Socratem/ vel cæ-
terorum aliquem qui hoc pacto di-
cuntur: cui accidit hominem esse.

Argyropylus.

¶ Qꝛ ſi quiſpiam ſine experientia rationē habeat/ & vniuerſale quidem cognoſcat/ ſingulare autem quod in hoc eſt ignoret: is in medendo perſæpe peccabit. ſingulare enim: magis in curationem cadit/ vt patet. ¶ Attamē cognoſcere ac intelligere: magis arti q̃ experientiæ cōpetere arbitramur. artificeſq; ſapientiores expertis eſſe cenſem9: ex eo ſane/ quia ſapiētia in cognoſcendo magis cunctis accōmodat. idq; propterea/ ꝙ illi quidem cauſam ſciūt: hi vero neſciunt. experti nanq;/ eſſe quidē ſciunt: ſed propter quid ſit ignorāt. illi vero: propter quid & cauſam ipſam cognoſcūt. ¶ Quapropter & architectos circa ſingula pręſtabiliores eſſe magiſq; ſcire: q̃ eos qui ſuis manibus opus artis conficiunt/ & ſapientiores eſſe putam9. quoniā hi quidē: efficiendarum rerū cauſas ſciunt. illi vero perinde ſeſe habēt atq; inanimata: quæ faciūt quidē/ at nulla ꝓrſus cognitione/ vt ignis vrit. hæc tamē natura quadā: illi cōſuetudine faciūt. Quibus efficit̃ vt ſapientiores ſint quidā: nō quia periciores ſint in agēdo/ ſed quia rationem habeāt/ cauſaſq; cognoſcant. ¶ Omnino autē docere poſſe: ſciētis ſignum eſſe cēſemus. Quapropter artem magis q̃ experientiam: ſcientiā eſſe putamus. artifices enī docere poſſunt: experti nō poſſūt. Præterea nullum ſenſum eſſe ſapientiam: arbitramur. quanq̃ enim hi ꝓpriiſſimę ſunt cognitiones ſingulariū rerum: de nulla tamē propter quid dicunt. nō enī cur ignis eſt calidus: ſed tantum ipſum calidum eſſe dicunt. Atqui veriſimile eſt eum hominem qui primo præter cōmunes ſenſ9 quāuis artē inuenerit: non ſolum ob vtilitatē quę ab inuentis proficiſcitur/ ſed vt ſapientem/ etiam antecellētemq; cęteris/ admiratione ab hominib9 affici. Atq; cum cōplures artes inuenirentur/ & aliæ ad neceſſaria/ alię ad degendum cōferrēt: ſemper tales ſapiētiores illis putamus/ propterea ꝙ ſcientiæ ipſorum non ad vſum pertineant. ¶ Quocirca cunctis iam talibus comparatis: eæ ſcientiarum inuentæ ſunt/ quæ neq; ad voluptatem/ neq; ad neceſ-

Beſſario.

¶ Si quis itaq; rationem abſq; experientia 9
teneat/ & vniuerſale quidē cognoſcat/ quod
autem ſub eo particulare eſt/ ignoret: ſæpe-
numero errabit a ſanando. id enim magis
ſanabile eſt: quod ſingulare eſt. ¶ Nichilo- 10
minus ſcire & cognoſcere: magis arti q̃ ex-
perientiæ arbitramur ineſſe. ac eos qui artē
tenent/ q̃ eos qui experientiam habent: ſa-
pientiores eſſe putamus. eo ꝙ ſapiētia pro-
pter ſcientiam: magis omnes ſequitur. hoc
autem: quoniam illi quidem ſciunt cauſam/
hi vero minime. experti etenim ſciunt quidē
ꝙ eſt: propter quid autem neſciūt. illi vero:
propter quid & cauſam cognoſcūt. ¶ Qua- 11
re & eos qui in quaq; re architecti ſunt: ho-
norabiliores/ & doctiores/ ac eis qui mani-
bus operantur/ ſapientiores putamus. quo-
niam cauſas eorum quæ fiunt: ſciunt. illi ve-
ro/ ſicut & quædam inanimata/ faciunt qui-
dem: ſed neſcientia faciunt ea quæ faciūt/ vt
ignis cōburit. ſed inanimata: natura qua-
dam horum ſingula faciunt. manibus labo
rantes: propter conſuetudinē. Tanq̃ ſapien
tiores ſint/ non prout actiui ſunt: ſed prout
rationem habent/ cauſaſq; cognoſcūt. ¶ Et 12
prorſus ſignū ſciētis: eſt poſſe docere. Quā
ob rem/ magis artem q̃ experientiam: ſcien
tiam eſſe putamus. illi enim poſſunt: hi ve-
ro minime poſſunt docere. Præterea ſenſū
nullum putamus: ſapiētiā eſſe. tametſi ſin-
gulariū hæ maxime ꝓpriæ cognitiones ſūt:
de nullo tamē dicūt propter quid/ vt ꝓpter
q̄d calidus ignis/ ſed ſolū ꝙ calidus. primū
itaq; cuiuſcunq; artis ſupra communes ſen
ſus inuentorem: non ſolum quoniam vtile
eſſet quod inuentum erat/ verum etiam vt
ſapientem & cæteris præſtantem (vt veri-
ſimile eſt) homines admirabantur. Cum
autem plures artes inuenirentur/ quarum
aliæ ad neceſſaria/ aliæ ad degendum eſ-
ſent: ſemper tales ſapientiores illis eſſe pu-
tamus/ ꝙ eorum ſcientiæ non ad vtilita-
tem eſſent. ¶ Quo fit vt huiuſmodi iam 13
omnibus inſtitutis: illæ ſapientiarum quæ
neq; ad degendū voluptarie/ neq; ad neceſ-

Bessario.

ſaria conducunt inuentæ ſint. & in illis locis
14 primo: vbi vacabant. ℭ Quare circa Aegy-
ptum: mathematicæ artes conſtitutæ ſunt.
illic enim: gens ſacerdotum vacare permiſ-
15 ſa eſt. ℭ Dictum autem in moralibus eſt:
quænam ſit artis & ſcientiæ differentia ac
cęterorum quæ eiuſdem generis ſunt. Cu-
ius autem gratia nunc ſermonem facimus il
lud eſt: ꝙ appellatam ſapientiam circa pri-
mas cauſas & principia / omnes arbitran-
16 tur verſari. ℭ Quare (vt dictum eſt prius)
expertus quidem / ſenſum quemcunq; haben
tibus ſapiētior eſſe videtur. artifex vero ex-
pertis. architectus etiā: manibus laboran-
17 te. ſpeculatiui autem: factiuis. ℭ Q; igitur
ſapientia circa aliquas cauſas & principia /
ſcientia ſit: patet. CAP. II.

18 QVoniā autē hāc ſcientiā q̄ri-
mus: hoc vtiq; fuerit cōſide-
randū circa quales cauſas &
qualia prīcipia ſciētia / ſapiē-
tia eſt. ſi itaq; repetat quiſq;
quas de ſapiente opiniones
habemus: fortaſſis ex hoc magis appareat.
Primo igitur opinamur: ſapientem / maxi-
me omnia vt poſſibile eſt ſcire / non habentē
ſingulariter eorum ſcientiam. Deinde illum
qui difficiliora / neq; ſcitu facilia homini / co-
gnoſcere poſſit: ſapientem exiſtimamus. ſen
tire enim: omnibus commune eſt. quamob-
rem facile: & neutiq; ſapiens eſt. Item illum
qui certior / ac magis docere valens / cauſas
reddat: ſapientem in omni ſciētia eſſe. Scien
tiarum quoq; illam / quæ gratia ſuiipſius &
propter ipſum ſcire q̄ illam quæ aliorū gra-
tia / eligēda ſit: magis ſapientiā eſſe. Et prin-
cipaliorem q̄ ei ſubminiſtrantem: potius ſa
pientiā eſſe. non enim vt ſapienti præcipia-
tur ſed vt ille præcipiat / nec vt illi ab altero
ſed vt ab eo minus ſapiēti ſuadeatur: decet.
Opiniones itaq; tales ac tot: de ſapientia &
19 ſapiētibus habemus. ℭ Horum autem / hoc
quidem / omnia (inq̄) ſcire: illi qui maxime
vniuerſalē ſcientiā habeat / neceſſe eſt ineſſe.
20 hic eni: quodā modo oīa ſubiecta ſcit. ℭ Fe-

Argyropylus.

ſaria comparanda cōducunt. pri-
moq; iis in locis: vbi primum ho-
mines ocio indulſerunt. ℭ Qua-
propter mathematicæ artes: pri-
mo circa Aegyptum obortæ ſunt.
illic enim conceſſum eſt: vt ſacer-
dotes ocio vacent. ℭ Dictum eſt
igitur in morum libris: quid inter-
eſt inter artem atq; ſcientiam cęte
roſq; ſimilis generis habitus. Sed
cuius gratia ſermonē nūc facim⁹:
id eſt. oēs eni eā ſcientiā quæ ſapiē
tia nuncupat: circa primas cauſas
& principia eſſe putāt. ℭ Quapro-
pter exptus (vt prius eſt dictū) ſen
ſū queuis habētib⁹ / artifex exptis /
architectus manu cōficiētibus op⁹
artis / contēplator effectore: ſapien-
tior eſſe videtur. ℭ Patet igitur ſa-
piētiam: circa principia quædā cau
ſaſve ſcientiā eſſe. CAP. II.



Voniam autem hāc
ſcientiam quærimus:
hoc erit nobis conſi-
derandum / quarum
inquā cauſarū princi
pioruq; ſciētia / ſapientia eſt. ſi igit
exiſtimationes quiſpiam eas quas
circa ſapiētes habem⁹ / ſūpſerit: id
forſitan inde magis perſpicuū fiet.
Primum itaq; exiſtimamus ſapien
tem oīa ſcire: maxime quoad fieri
poteſt / non per ſingula ſcientiā ip-
ſorum habētem. Deinde ſapientē
eū eſſe putamus: qui difficilia ho-
mini / non facilia cognitu / cogno-
ſcere poteſt. ſentire enim: omnibus
eſt commune. quapropter facile: &
haud ſapiens eſt. Præterea magis
exactum magiſq; habilem ad prin
cipia tradenda cauſaſq; doctrina:
ſapientiorē eſſe circa ſcientiā quā-
libet arbitramur. Sciētiarū etiā eā
quæ ſui cauſa ſciendiq; gratia eſt
expetibilis: magis ſaneq; ea quę eſt
euentus gratia / ſapientiam eſſe cē
ſemus. Et magis principem: idēti-
dē magis / q̄ ſubminiſtrantem. nō
enim præcepta ſapientē ſuſcipere /
ſed pcipere / nec hūc alii ſed huic
minus ſapiētem obtemperare: o-
portere cenſemus. Tales igitur &
tot de ſapiētia & ſapiētibus exiſti-
matiōes habem⁹. ℭ Horū autē pri
mū / oīa īquā ſcire / ei cōpetat q ma
xime ſcientiā habet vniuerſalem:
neceſſe eſt. iſte nāq;: ſcit quomodo
ſeſe habēt vniuerſa ſubiecta. ℭ Fe

Argyropylus.

re autē & ea sūt hoībus difficillima
cognitu: quæ maxime vniuersalia
sūt. lōgissime nāq; a sensib9 distāt.
¶ Exactissimæ ꝑterea sciētiarū eæ
sunt: quæ primorum maxime sūt.
Etenī quæ ex paucioribus accipiū
tur: exactiores ijs sūt q̄ ex additio=
ne sumūt. quo pacto Arithmeticā
exactiorē esse Geometria: cōstat.
¶ At vero magis etiā ad docendū
accōmodata esse videt ea sciētia:
quæ causarū magis est cōtempla=
trix. ij nāq; docēt: qui causas circa
singula dicunt/ atq; assignāt. ¶ Co
gnoscere etiā atq; scire cognoscen
di sciēdiq; causa: ei maxime cōpe=
tit/ quæ maxime scibilis/ sciētia est.
qui nāq; scire expetit ob id ipsum:
is eam expetet maxime quæ maxi
me scientia est. at talis est: ea quæ
maxime scibilis est. prima vero &
causæ: maxime scibilia sūt. ob hæc
enim atq; ex hisce/ cætera: & non
hæc/ per subiecta cognosci solent.
¶ Princeps quoq; maxime sciēti=
arū ac magis q̄ subministrans est
ea: quæ gratia cuius agendum est
vnūquodq;/ cognoscit. hoc autem
est ipsum in singulis bonū: atq; id
omnino quod est summū in omni
natura bonum. ¶ Ex omnibus igi
tur quæ dicta sunt: in eādem cadit
scientiā id quod quæritur nomen.
nam primorum ipsam principiorū
ac causarū contēplatricē esse: opor
tet. Summū enī bonū/ & id gratia
cui9: vna est causarū ¶ Nō esse au
tē effectricē: ex ijs etiā qui primo
philosophati sunt/ patet. ob admi
rationes enī: hoīes & nūc et primo
philosophari cœperunt. principio
quidem: facilia mirabilium admi=
rantes. deinde paulatim sic proce=
dentes: & de maioribus dubitan=
tes. vt de lunæ ac solis affectibus/
de stellis: de ortu etiam vniuersi.
¶ Qui vero dubitat & admiratur:
is ignorare se arbitrat̄. quapropter
& fabularū amator/ philosophus
quodā modo esse videtur. ex mira=
bilibus enī: fabula constat. ¶ Qua=
re si vt ignorationem fugiant phi=
losophati sunt: patet ob cognitio=
nem/ & non vsus cuiusq; gratia sci=
entiam illos esse secutos. testis au=
tē est: et idipsū quod accidit. cum
enim omnia necessaria ad facile/
cum voluptateq; viuendum ades=

Bessario.

re autem & difficillima hominibus cognitu
sunt ea quæ maxime vniuersalia sunt: siqui=
dem remotissima sunt a sensibus. ¶ Scien= 21
tiarum autem illæ certiores sunt: quæ maxi=
me primorum sunt. nam quæ sunt ex pau=
cioribus: certiores ijs sunt quæ ex additio=
ne dicuntur. vt Arithmetica q̄ Geometria.
¶ At vero illa magis docet: q̄ causas specu= 22
latur. ij enim docent: qui causas singulorum
dicūt. ¶ Intelligere autē & scire eorū ipsorū 23
gratia: illi præcipue scientiæ inest quæ eius
est quod maxime scibile est. qui enim scire
eius ipsius gratia eligit: eam quæ maxime
scientia est præcipue eliget. talis autem: est
eius quod maxime scibile. maxime autē sci=
bilia: sunt ipsa prima & causæ. propter hæc
enim & ex his/ cętera cognoscuntur: sed non
hæc per subiecta. ¶ Principalissima autem 24
scientiarum & principalior subministrante
est: quæ cognoscat id ob quod/ quodq; agen
dum sit. hoc autem est bonum cuiusq;: &
vniuersaliter quod in omni natura optimū
est. ¶ Ex omnibus itaq; dictis: in ean= 25
dem scientiam cadit quod quæritur nomē.
oportet etenim: primorum principiorum et
causarum eam speculatiuam esse. Nam &
bonum/ & cuius gratia: vna de causis est.
¶ Q̄ autem non factiua: etiam ex primis 26
philosophantibus patet. propter admira=
tionem enim: & nūc & primo inceperūt ho
mines philosophari. a principio quidē: ad=
mirando ea quæ de dubitandis/ faciliora
erant. deinde paulatim vlterius proceden=
tes: etiam de maioribus dubitando. vt de
passionibus lunæ/ & eorum quę circa solem
& stellas fiunt: ac de generatione vniuersi.
¶ Qui vero dubitat & admirat̄: putat se ig= 27
norare. quare philosoph9: amator fabularū
quodā modo est. eo ꝙ fabula: ex mirādis cō
stat. ¶ Quare si propter fugā ignorātię phi 28
losophati sunt: patet ꝙ causa cognoscēdi/ &
nullius vsus gratia ipsum scire ꝓsequebant̄.
testatur autem id: ipsum quod cōtingit. fe
re enim omnibus inuentis quæ ad necessa=
ria & ad facilitatem/ ac ad degendum cōdu

Bessario.

cāt: huiuſmodi prudentia quæri cœpta eſt.
29 ℭ Patet itaq: ꝙ ob aliam nullam vtilita-
tē q̄rimus. ſed queadmodū dicim9/ liber ho
mo de eo qui ſuiipſi9 & nō alteri9 gratia eſt:
ita & hæc ſola ſcientiarū libera eſt. ſiquidē
30 ſola hæc: ſuiipſius gratia eſt. ℭ Quare: me-
rito non humana eius poſſeſſio putabitur.
natura etenim hominū: in pleriſq ſerua eſt.
31 ℭ Quapropter ſecundū Simonidem: deus
vtiq ſolus hanc habet dignitatem. hominē
vero indignum etiā quærere illā quę ſibi cō
uenit ſcientiam. ꝙ ſi quid poetę dicūt/ & na-
tura cōparatū eſt vt diuinitas inuideat: in
hoc maxime id veriſimile eſt contingere. &
infœlices omnes eſſe: qui altiora ſe quærūt.
Sed nec diuinam naturam inuidam eſſe cō-
uenit. poetæq (ſecūdum prouerbium) mul
32 ta mentiuntur. ℭ Nec aliam q̄ huiuſcemo-
di: decet honorabiliorem putare. quæ enim
diuiniſſima: eadem etiam honorabiliſſima
eſt. Talis vero: bifariā dūtaxat vtiq fuerit.
nā & illa quā maxime deus habeat: diuina
ſcientiarū eſt. & ſi quæ eſt: quæ diuinorū ſit.
hæc autē ſola: vtrūq cōſecuta eſt. deus etenī
tū cauſa omnibus eſſe videtur: tum quoddā
principiū. & talem: aut ſolus aut præcipue
33 deus habet. ℭ Cæteræ itaq omnes/ magis
34 ea neceſſarię ſūt: nulla vero melior. ℭ Opor
tet autē quodā modo eius ordinē: in contra-
rium nobis inquiſitionū quæ a principio fie
bant/ conſtitui. incipiunt etenī ōnes (vt dixi-
mus) ab admiratione: an ſic ſe habeat. ſicut
de præſtigioſis quæ per ſeipſa mouentur: il-
li qui nondum ſpeculati ſunt cauſam. aut de
ſolſtitijs: aut de diametri incōmēſurabilita-
te. admirabile enī omnibus videtur: ſi quid/
cū non ſit minimū/ non mēſuretur. decet au-
tē in contrariū & in melius (ſecundū prouer
bium) conſumare. queadmodum in his fit:
cum diſcāt. nil enim magis vir geometricus
admiraretur: q̄ ſi diameter cōmenſurabilis
35 fieret. ℭ Quænam igitur natura eius ſcien-
tiæ quæ quęritur/ & quæ intentio quam de-
bet queſtio & totus tractatus conſequi: di-
ctum eſt.

CAP. III.

Simonides.

Argyropylus.

ſent: quæri talis prudentia cœpit. ℭ Quo patet ob nullā aliā vtilitatē nos ipſā quęrere. ſed vt hominē eum liberum eſſe dicimus/ qui ſuiipſius eſt gratia nō ob alium: ſic & ipſam ſolam ſcientiarum liberā eſſe. eſt enī hęc: ſuiipſius gratia ſola. ℭ Quapropter: & nō humana poſſeſſio ipſius non iniuria putaretur. multis enim conditionibus ſerua: natura hominum eſt. ℭ Quare ſecundum Simonidem: deus ſolus hunc habet honorem. at enim virum: non ſolum eam quæ ad ipſum accommodatur/ quærere decet. ꝙ ſi vera dicunt poetæ/ & in deum inuidentia cadit: hac in re maxime veriſimile eſt idipſum accidere. & infortunatos eos homines eſſe: qui hæc ſuperflua quærunt. Sed neq deus inuidus eſſe poteſt: ſed (vt & prouerbio dicit) multis in rebus mentiuntur poetę. ℭ Neq tali ſcientiam honorabiliorem vllam aliam putare oportet. eā enī honorabiliſſimā eſſe patet: quę diuiniſſima eſt. At hęc ſola: dupliciter talis eſt. ea nāq diuina eſt maxime: quā maxime deus habet. & ea rurſus: quę diuinarū eſt rerū. ſola autē hęc: vtrāq cōditionē hāc ſubijt. nā & deus oībus cauſa/ principiūve quoddā eſſe videtur: & talem ſcientiā aut ſolus aut maxime deus habet. ℭ Oēs igitur/ magis hac neceſſarię ſunt: pſtabilior vero nulla. ℭ Oportet tamē in ipſi9 acquiſitione fieri nobis econtra: atq cū a principio q̄rimus. nā incipiūt quidē (vt dictū eſt) oēs ab admiratione: vt fit cū mira quædam ſpectātur/ cauſa nondū perſpecta. miranturq ſi ita res ſe habeat: aut circa ſolſtitia/ aut circa diametri quadrati incōmēſurabilitatē. mirabile nanq cunctis eſſe videtur: ſi quid omnino non menſuretur. oportet autē huius exitū ad contrariū atq melius (vti dicitur prouerbio) finire cū didicerit. nichil enim magis vir geometra profecto mirabitur: q̄ ſi diameter cōmenſurabilis fiat. ℭ Quænam igitur natura ſit eius ſcientiæ quam quærimus/ & quod propoſitum ſignūve ſit quo inquiſitionem/ doctrinamve totam attingere oportet: ſatis iam explicauimus.

CAP. III.

Argyropylus.



VM autem cõstet primarū sciētiā causarū sumere oportere (tunc enī vnū qdq; dicimus scire cū primā cognoscere causam arbitramur) causę vero quatuor modis dicunt/ has ī mediū afferamus oportet. Itaq; causam vnā: dicimus esse substantiā ipsam quidditatē ve. nā ipsū propter quid primū: ad ipsā vltimo rationē redigitur. causa vero principiūq; id est: quod primū/ cū propter quid queritur/ assignat̄. alterā autē: materiā & subiectū. tertiā: eam vnde est principiū motus. quartā: eā quæ huic opponitur/ id inquā gratia cuius cætera fiunt ac ipsum bonū. finis enī hoc: est oīs generationis oīsq; motus. atq; q̄q̄ contēplati de ipsis sumus in hisce quę de natura dicta fuere: tamē ad veritatē magis perspiciendā/ maiores etiā nostros qui rerū contēplationē aggressi sunt/ sumamus oportet. & illos enim principia quędā & causas dicere: constat. ¶ Si igit̄ illorū sentētias in mediū attulerim9: aliquid euenerit sane/ quod ad propositū doctrinæ huius accōmodabitur. aut enim aliud quippiā īueniemus causæ genus: aut ijsce quæ magis dicūtur/ nūc credemus ¶ Plurimi itaq; eorum qui primo philosophati sūt: ea sola principia omniū esse existimarūt/ quæ sub ratione materiæ collocant̄. id enī elementū/ rerū id principium esse dicunt: ex quo fiunt vniuersa/ fiuntq; primo/ & in quod vltimū corrūpūtur. substātia pmanēte quidē: mutationē autē in affectibus subeūte. & iccirco neq; fieri quicq̄ neq; corrūpi putāt: quia talis natura semper seruatur. queadmodū neq; Socratē dicimus aut simpliciter fieri/ cū bonus fit aut music9: aut corrūpi simpliciter/ cū hos habitus abijcit. quia manet ipsum subiectū: Socrates inq̄ ipse. neq; quicq̄ idētidē cęterorū ¶ Oportet enī quādā vnā esse naturā vel plures vna: ex qb9 aut ex qua persistēte/ salua cætera fiūt. multitudinē tamē speciēq; pricipij talis: nō eādē inqunt oēs. sed Thales quidē author talis philosophiæ primus: aquā esse dicit. Qua-

Bessario.



VM autem manifestum sit 36
q primarū causarū oportet
scientiam accipere (tum enī
scire vnumquodq; dicimus:
cū primā causam nos nosse
arbitramur) causę vero qua-
drifariā dicantur/ quarū vnā quidem causā
dicimus esse substātiā & quod quid erat es-
se/ nam ipsum quare primum refertur ad ra-
tionem vltimam/ causa autem & principi-
um/ ipsum quare primum/ vnam vero ma-
teriā & subiectum/ tertiā autem vnde princi
pium motus/ quartam vero oppositā ei cau-
sam & cuius gratia & bonū/ hoc enim finis
totius motus & generationis est/ de his autē
omnibus etsi satis ī de naturalibus specula-
tum sit: nichilominus tamen illos quoq; qui
ante nos ad entium perscrutationē venerūt
& de veritate philosophati sūt/ asciscamus.
Patet etenim: q illi etiā principia aliqua &
causas dicunt. ¶ Proderit itaq; pfecto huic 37
tractatui nūc: si illa breuiter repetemus. aut
enim aliud causę genus inueniemus: aut cer
te magis illis credemus quæ nunc dictæ sūt.
¶ Plurimi igitur eorum qui primo philoso- 38
phati sunt: solas illas existimarunt omnium
esse principia/ quæ in materiæ specie sunt. ex
quo enī omnia entia sunt/ & ex quo primo
fiunt/ & ad quod vltimum corrumpuntur/
substantia quidem permanente/ mutata ve-
ro passionibus: hoc elementum/ et hoc om-
nium entium esse principiū aiūt. & ob hoc:
nichil fieri/ neq; corrumpi opinantur/ tan-
q̄ huiuscemodi natura semper conseruata.
quemadmodum neq; Socratem quando
formosus aut musicus efficitur: simpliciter
fieri dicimus. neq; cum istos habitus amit-
tat: corrumpi. eo: q subiectum ipsum So-
crates permanet. ita & cæterorum: nichil.
¶ Oportet enim aliquam naturam aut vnā 39
aut plures esse e quibus cætera fiunt/ illa cō-
seruata: pluralitatem tamen & speciem
huius principij/ non eandem omnes di-
cunt. Sed Thales quidem huiusmodi phi- Thales.
losophiæ princeps: aquam ait esse. Qua-

Bessario.

re terram quoq; super aquā asserebat esse.
Fortassis hanc habuit opinionem:quia nu-
trimētum omnium humidum esse videbat/
ipsum quoq; calidū ex eo factum/eoq; ani-
mal viuere.ex quo autem fit:id esse princi-
pium omnium.propter hoc igitur hanc ha-
buit opinionem: & quoniam cunctorū se-
mina/naturam humidam sortita sunt.aqua
vero:naturæ principium humidis est. Sunt
autem quidā: qui etiam antiquissimos illos
et nimis a præsenti generatione remotos &
primos theologizantes sic arbitrātur de na-
tura sensisse. Oceanū nanq; & Tethyn:ge-
nerationis parētes esse cecinerunt.iusiuran-
dum quoq; deorū:aquā esse/stygē ab ipsis
poetis appellatā.honorabilissimū enim:qđ
ātiquissimū est. iusiurādū aūt:honorabilissi
mū est. Si igitur ātiqua ista et vetusta de na-
tura opinio est:fortasse non est manifestum.
Thales tamē:hūc in modū de prima causa
Hippon. 40 dicitur asseruisse. ¶Hipponē etenī: nemo
dignabitur cū istis cōnumerare/propter in-
Anaximenes. 41 tellectus eius simplicitatē. ¶Anaximenes
Diogenes. autē et Diogenes:aerē priorē aqua/et maxi-
me simplicium corporū principiū statuunt.
Hippasus. Heraclitus 42 ¶Hippasus autē metapōtinus/et Heracli-
Empedocles. 43 tus ephesi9:ignē. ¶Empedocles autē:qua-
tuor/vna cum prædictis superaddēs etiam
terram quartum.hæc enim semper perma-
nere:nec fieri nisi pluralitate et paucitate/cō
Anaxagoras. 44 iuncta & disiūcta/in vnū & ex vno. ¶Ana-
xagoras autem clazomenius etate quidem
illo superior/operibus vero inferior:infinita
dicit esse principia.fere enim omnia quæ cō-
similium partium sunt vt aquam vel ignem:
ita fieri & corrumpi ait coniunctione & dis-
iunctione solū.aliter vero nec fieri neq; cor-
rūpi: sed perpetua permanere. Ex his itaq;
solam quis causam illā quæ in materie spe-
cie dicit putabit.hoc autē modo procedēti-
bus:ipsa res eos duxit et coegit vlteri9 q̄re-
re.nā etsi q̄maxime oīs corruptio & genera
tio ex aliquo vt ex vno aut ex plurib9 fit: cur
hoc accidit/et q̄ causa est? non enī ipsū sub-
iectū:sese mutari facit.vtputa:dico ꝙ neq;

Argyropylus.

propter & terrā super aquam dicebat esse. Sūpta forsitan hac existimatione ex eo:quia nutrimentum omniū humidū esse/& ex hoc fieri atq; hoc viuere calidū ipsum videbat.id autē ex quo quippiā fit:ipsius esse principiū cōstat.& insuper/quia semina omnium humidā habere naturam videbat:atq; aquam naturæ humidis principiū esse. Sūt autē quidā: qui & valde antiquos et multo ante hanc ætatē primosq; theologos/sic arbitrantur de natura putasse. Oceanū eni & Tethym: patres generationis fecerūt.iusiurandūq; deorū:aquam/quæ quidē a poetis ipsis styx appellatur.nam honorabilissimū quidē:est ātiquissimum. iusiurandū autem: honorabilissimū est. Atq; obscurū quidē forsitā est:si hæc opinio de natura/vetus sit quędā atq; antiqua. Thales tamen:hoc pacto fertur de causa prima dixisse. ¶Hipponē enim: nemo cum hisce ponere dignū putabit/ob mentis eius nimiā vilitatem. ¶Anaximenes autē atq; Diogenes:aerem aqua priorem maximeq; principium corporum simplicium/ponunt. ¶Hippasus autem metapōtinus/ & Heraclitus ephesius:ignem. ¶Empedocles vero: ipsa quatuor elementa / quartum iam dictis terram adiungens. hæc enim permanere semper & nō fieri dicit: sed multitudine paucitateve mutationem subire/ cum in vnum atq; ex vno congregantur ac disgregātur. ¶Anaxagoras insuper clazomenius ætate quidem hoc prior/ re vero posterior:infinita pricipia dixit esse. pene enim omnia quæ sunt similium partium vt aquam vel ignem: sic generari corrūpive congregatione dūtaxat disgregationeve. aliter vero neq; fieri neq; corrumpi: sed permanere perpetua dicit. Ex his igitur: solam quispiam causam eam esse putauerit/quæ rationē materiæ subit. hoc autem modo procedentes:ipsa res eos in via posuit quærereq; coegit.nam tametsi q̄maxime generatio corruptioq; omnis ex aliquo vno est aut pluribus: cur tamen id accidit/& quidnam huius est causa? non enim subiectum: seipsum mutari facit. etenim neq;

Argyropylus.

lignū/neq; æs: causa est/ vt vtrūq; ipsorum mutetur. neq; lignum quidem lecticā/æs vero statuam facit: sed aliud quid mutationis est causa. hoc autem quærere: nil aliud est q̄ alteram quærere causam vnde est principium motus/ vt nos eam appellare solemus. ¶Qui igitur huiuscemodi doctrinam a principio tetigere/ vnumq; subiectum esse dixere: nullam sua in opinione difficultatem sensere. sed quidam eorum qui vnū dicūt: quasi a quæstione hac superati/ vnum ipsum immobile inquiūt esse. totamq; naturam non solum generatione corruptioneve (hoc enim vetustū est: omnesq; in hoc consentiunt) sed alia quoq; omni mutatione. atq; hoc: ipsorum proprium est. nemini igitur vnum vniuersum ipsum ponentium: talis in mentem causa venit/ nisi Parmenidi soli. & huic: ea ratione nimirum qua non solum vnam/ sed etiam duas quodā modo causas esse ponit. ij autem magis dicere possūt: qui plura faciūt. vt qui calidum/ frigidū/ vel ignem et terram ponunt. nam igne quidem/ vt motiuam habente naturam: aqua vero/ terra & talibus/ vt contrariam habentibus naturam vtuntur. ¶Post hos autem taliaq; principia vt non sufficientia ad generandā rerum naturā ab ipsa veritate compulsi/ sicuti diximus: sequens principium quæsiuere. nam vt bene recteq; aliæ rerum sese habeant/ aliæ fiant: nec ignem fortasse/ nec terram/ nec aliud quicq̄ talium verisimile est esse causam/ nec illos idipsum existimasse. nec rursus: casui fortunæve tantam rem concedere tribuereq; bene sese habeat. ¶Itaq; quidam cum mētem mundi causam ac vniuersi ordinis esse/ perindeq; naturæ ac animalibus inesse dixerit: inter priores illos vana dicentes/ quasi sobrius habitus est. atq; Anaxagoram quidem manifeste sermones hos tetigisse: scimus. Hermotimum autem clazomeniū hoc prius dixisse: ferunt. Hi igitur sic existimātes: causam bene habendi simul principium esse rerum & talem causam posuere/ vnde est principium motus

CAP. IIII.

Bessario.

lignū/neq; æs causa est vt vtrunq; eorū mutetur. neq; lignū quidē lectū/æs vero statuā facit: sed aliud quippiā mutationis causa est. hoc autē quærere: aliud principiū quærere est/ pinde atq; id qđ nos vnde pricipiū
motus dicimus. ¶Qui igitur ōnino a prin- 45
cipio istam viam attigerūt/ vnumq; esse subiectum asseruerunt: nil difficultatis sibiipsis reliquerunt. verum quidam eorū qui vnum cōstituerūt: quasi deuicti ab hac quæstione/ ipsū vnū immobile dicūt esse/ naturāq; totā non solū secundū generationē & corruptionem (hoc enim vetus est: & cui omnes consenserunt) sed etiam secundū reliquam omnem transmutationē. & hoc: eorum est proprium. illorum igitur qui vnum solum esse dixerunt ipsum vniuersum: nulli contigit talem inspicere causam/ nisi fortassis Parmenidi. & huic: eatenus quatenus non solum vnam/ verū etiam duas quodā modo ponit causas esse. illis vero qui plura faciunt: magis accidit dicere. vtputa illis: qui calidū aut frigidū aut ignem & terram. vtūtur etenim igne: tanq̄ motiuā habēte naturā. aqua ve-
ro et terra/ et huiuscemodi: ecōtrario. ¶Post 46
hos autem & huiusmodi principia tanq̄ nō sufficientia vt entium naturam generarent/ rursus ab ipsa veritate (vt diximus) coacti: illud quod sequitur quæsiuerunt principiū. vt enī entia bene se partim habeāt/ partim fiant: nec ignē fortassis/ nec terrā/ nec aliud huiuscemodi quicq̄ verisimile est causā esse/ nec illos verisimile est arbitrari. nec rursus: casui & fortunæ tātam attribuere rem/ pro-
be se habet. ¶Quare qui vt in animali- 47
bus ita in natura intellectum inesse causam mundi/ totiusq; ordinis dixerat: quasi sobrius comparatus ad antiquiores vana dicentes/ apparuit. istas autem rationes qui palam attigit: Anaxagoram fuisse scimus. attamen Hermotimus clazomenius: dicitur causam prius dixisse. Qui igitur ita arbitrati sunt: principium existentiū posuerūt simul tā causā ipsius bene q̄ illam vnde motus/ existētibus inest. CAP. IIII.

Parmenides.

Anaxagoras.

Hermotimus.

Cap. 4

Beſſario.

Heſiodus.

48  Vſpicaretur autē aliquis He
ſiodum: primum hoc quæſi-
uiſſe/ & ſi quis alius amorem
aut deſiderium in exiſtenti-
bus vt principium poſuit/ ſi-
cuti Parmenides. etenim is

Parmenides.

vniuerſi generationem monſtrando: primū
quidē inter omnes deos/ amorē (ait) produ-
xit. Heſiodus vero: ante omnia fuiſſe chaos/

Heſiodus

deinde terram ſpacioſam/ atq; amorem qui
inter omnes immortales elucet. tanq̄ opor-
tunum ſit: vt in exiſtentibus aliqua cauſa in-
ſit quę res ipſas moueat atq; cōiungat. Hos
autem quomodo ordinare oportet/ quis ſci-
licet eorum primus ſit: liceat poſterius iudi-
49 care. ¶ Cum autem contraria quoq; bonis
ineſſe naturæ apparerent/ nec ſolum ordo et
pulchrum/ verum etiam inordinatio & tur-
pe/ pluraq; mala q̄ bona/ & turpia q̄ pul-
chra: ideo alius quidam amicitiam introdu-
xit & contentionem/ vtrūq; vtriuſq; horum
cauſam. ſi quis enim ſequatur & ſecundum
ſententiam accipiat/ non ſecundum ea quæ

Empedocles.

balbutiens Empedocles dicit: inueniet ami-
citiam quidē bonorum cauſam eſſe/ conten-
50 tionem vero malorū. ¶ Quare ſi quis dicat
quodam modo dicere/ et primum Empedo
clem dicere malum et bonum eſſe principia:
fortaſſis bene inquiet. ſiquidem bonorum
omnium cauſa: ipſum bonū. ac malorum:
51 ipſum malū eſt. ¶ Hi quidem (vt diximus)
& hucuſq; duas cauſas quas nos in de na-
turalibus determinauimus/ attigerunt: ma-
teriam & vnde motus. obſcure tamē & non
clare: ſed quemadmodū inexercitati in præ-
lio faciunt. etenim illi circuneuntes: egregias
plerūq; plagas infligunt. ſed nec illi ex ſcien-
52 tia: nec iſti videntur ſcire quid dicant. ¶ Fe-
re etenim nullo modo videntur his vti: niſi
paulum quiddā. nam et Anaxagoras: tanq̄

Anaxagoras.

machina vtitur intellectu ad mundi gene-
rationem. & cum dubitat propter quam
cauſam neceſſario eſt: tunc eum attrahit. in
cæteris vero: magis cætera omnia q̄ intelle
ctum/ cauſam eorum quæ fiunt ponit. Et

Argyropylus.

 Rimum autē Heſiodum idipſum quæſiuiſſe: quiſpiam ſuſpicabit. & ſi quis alius amorē aut cupiditatem in iſce quæ ſunt/ vti principiū poſuit: queadmodum eſt Parmenides. hic enim generationem extruens vniuerſi: ſic dicit. Cunctorū ille deum primū produxit amorē. et Heſiodus ait. Ante chaos: poſt hoc facta eſt latiſſima tellus. quiq; aliis decus eſt diuis: deus ipſe cupido. propterea q̄ oportet in iſce quæ ſunt: cauſam eā eſſe/ quæ res mouebit ac cōgregabit. Sed quiſnā horum primus hanc cauſam attulit: liceat poſteri⁹ iudicare. ¶ Quoniam autē & contraria bonis in natura videbantur ineſſe/ & non ſolū ordo pulchrum ve/ ſed & inordinatio atq; turpe/ pluraq; mala q̄ bona et turpia q̄ honeſta: alius quidam concordiā atq; diſcordiā introduxit/ vt vtrorūq; cauſa ſit vtrūq;. nā ſi quiſpiā ſequatur Empedoclem/ ſumatq; ea quæ dicit ad eius mentem ſentētiam ve/ & non ad ea quæ dicit balbutiēdo: concordiam quidem bonorum/ diſcordiam autem malorū cauſā inueniet eſſe. ¶ Quare ſi quiſpiam dixerit Empedoclē modo quodam dicere/ & primum dicere bonum ac malum principia rerum eſſe: recte fortaſſe dixerit. ſiquidem bonorum apud eum cauſa omnium: ipſum eſt bonum. malorum autem: malū. ¶ Hi igitur (vti diximus) & vſq; adeo duas earum cauſarum quas nos in naturæ contemplatione diſtinximus/ tetigiſſe videntur: materiam inquam et eam vnde eſt principium motus. obſcure tamē/ & non dilucide: ſed vt in pugna rudes & inexercitati faciūt. etenim illi cū agitātur: perſæpe pręclare agūt accōmodatoſq; inferūt ictus. verum neq; illi id per ſciētiam agunt: neq; hi quid dicūt/ ſcire videtūr. ¶ Nichil enim his vti videntur: niſi perparū. Nā & Anaxagoras ad extruendū quidē mundū vtitur mēte: perinde atq; diis in ſcęna poetę/ cū i anguſtū res deducūt. atq; cū dubitat ꝑpter quā cauſā neceſſario eſt: tunc ipſā trahit. in cæteris autē: oīa magis/ vt cauſas eorū quæ fiūt/ q̄ mētem aſſignat. Et

Argyropylus.

Empedocles magis quidem/q̃ ille causis vtitur:non tamen sufficienter.nec in his:id inuenit cui omnes assentiunt atq; concedunt. multis enim in locis ipsi concordia quidem disgregat: discordia autem congregat. nam cum vniuersum quidem per discordiam in elementa distinguitur: & ignis sane & cæterorum vnumquodq; elementorum in vnum tunc congregatur. sed cum per amicitiam in ipsum vnum iterum coeūt: tunc ipsæ partes ex vno quoq; rursus disgregentur necesse est. Empedocles igitur primus prçter veteres: diuisam hāc causam attulit.nō enim vnum principium motus:sed diuersa atq; cōtraria fecit.præterea/prim9 ea quatuor esse dixit: quæ vt in materiei specie elementa dicuntur.non tamen illis vt quatuor: sed vt duobus vtitur solis. igni quidem per se: oppositis autem vt vna natura / terra inquam / aere atq; aqua.hoc autem ipsum:ex eius carminibus quispiam sumere potest. Hic igitur(vti diximus)sic: & tot principia dixit esse. ¶Leucippus autem & socius ipsius Democritus elementa quidem plenum & vacuum esse aiunt:horum alterum plenum inquam ac solidum ens/alterum id est vacuū ac rarum non ens esse dicentes. Quapropter & inquiunt id quod est/nō magis q̃ id quod haud est esse:quoniā neq; vacuum minus q̃ corpus est.hæc autem/causas eorum quæ sunt: vt materiam esse aiunt.atq; vt ij qui vnum/subiectam substantiam faciunt/cætera ipsius affectibus generant/ rarum ac densum principia affectuum ipsorum ponentes:sic & hi differentias ipsas/cæterorum causas esse dicunt.has tamen:tres esse asserunt/ figuram/ ordinem/positionem.differre enim inquiūt id quod est:figura / ordine/ positioneq; solum.nam A quidem ab N: figura. AN autem ab NA:ordine.& Z ab N:positiōe differt.De motu vero: vnde aut quonam pacto insit rebus: & hi perinde atq; cæteri inertia omiserunt. De duabus igitur causis vti diximus: eousq; a prioribus quæsitum fuisse videtur.

CAP. V.

Bessario.

Empedocles.

Empedocles plus quidem isto causis vtitur: neq; sufficienter tamen. neq; in his:reperit quod sequitur.multis enim in locis apud eū amicitia quidem disiungit/contentio vero coniungit. cum enim in elementa per contentionem vniuersum dissoluitur:tunc ignis in vnum coalescit/& cæterorum elementorum vnūquodq;.cum autem rursus per amicitiam in vnum conueniant:necesse est iterū particulas vniuscuiusq; separari. Empedocles itaq; præter alios antiquiores: primus hanc causam diuidens/ introduxit.nec vnū motus principium:sed diuersa fecit & contraria. & adhæc elementa quæ in materiæ specie dicuntur: quatuor esse primus asseruit.non tamē eis vt quatuor vtitur:sed tāq̃ duo essent sola/igne quidem per seipsum/ oppositis vero/terra/aere/& aqua tanq̃ vna natura.comprçhendat autem quispiam idipsū:ex eius carminibus contēplans.Is igitur vt(diximus)ita:et tot principia asseruit.

Leucippus Democritus.

¶Leucippus vero ac eius familiaris Demo 53
critus/elementa quidem plenum & vacuum esse aiunt:dicentes hoc quidem ens/hoc vero non ens.& rursus: ens quidem plenum et solidū/non ens autem vacuum & rarum. Quare nichilo magis ipsū ens q̃ ipsum non ens esse aiunt:quia neq; vacuum q̃ corpus. hæc autem causas existentium:vt materiā esse.et quemadmodū qui vnum/faciūt subiectam substantiā/ cætera passionibus eius generant/rarum & densum passionum statuentes principia:simili modo hi quoq; differentias/ causas cæterorum aiunt esse.has autem:tres esse dicunt/figuram/ordinem et situm.differre etenim ens aiunt dumtaxat rysmo/ diathige & trope. quorum rysmus quidem: figura . diathige vero:ordo. trope autē:situs est.differt autem A ab N:figura. AN vero ab NA: ordine.Z autē ab N:situ. De motu vero vnde vel quomodo existentibus inest:& hi perinde atq; alij per negligentiā omiserūt. Hactenus itaq; de duabus causis vt dicebamus:videtur quæsitum a prioribus fuisse.

CAP. V.

Cap. 51

Pythagorici.

Bessario.



54 Nter hos vero & ante istos/ qui appellati Pythagorici/ primi mathematicis operã dederunt: illa præponebãt/ et in eis nutriti/ eorũ principia/entium quoq; cunctorũ esse putarunt principia.cum autem numeri priores his natura sint/in numeris vero plures similitudines tum ad existẽtia tum ad ea quæ fiunt/q̃ in igne/in terra/& in aqua inesse viderent(talis etenim vtputa numerorũ passio iustitia/ talis vero anima & intellectus/ alia vero tempus:cæterarũ quoq;/ vt ita dicam/vnaquęq; similiter)item cũ harmoniarum/in numeris inspicerẽt passiones ac rationes/cũ itaq; cætera quidem viderẽtur in omnibus/ numeris assimilari/ numeri vero totius naturæ primi:numerorum elementa/ entium quoq; cunctorum elementa esse putarunt/totumq; cœlum harmoniam & numerũ esse.& illa quidem quæ de numeris et harmonijs cõsentanea passionibus et partibus cęli ac vniuersi dispositioni mõstrare poterãt:colligẽtes applicabãt.q; si quid alicubi deerat/supplebãt:vt totus eis tractatus consentaneus esset.dico autem veluti quoniam denarius perfectus esse videatur/totãq; numerorum naturam compræhẽdere:ideo & ea quæ in cœlo feruntur decem esse aiunt. cum vero nouem solũmodo sint quæ manifeste apparẽt:decimã/oppositam terrã faci-
55 unt. ¶Determinatũ autem est a nobis alibi:de his magis exquisite.sed cuius gratia hæc repetimus: hæc est.vt & ab his etiam accipiamus quæ ponunt esse principia: & quo modo in dictas causas incidũt.Apparent etenim etiam isti numerum existimare: principium esse vt materiam existẽtibus/& vt passiones ac habitus. numeri autem elementa:par & impar.quorum:alterum finitum/alterũ infinitum.vnum vero:ex ambobus his esse.par etenĩ & impar esse.numerũ autẽ:ex vno. numeros vero vt dictũ est:
56 totum cœlũ. ¶Horũ autẽ alij decẽ aiũt:inter se coordinata esse pricipia.finitũ/infini-

Argyropylus.



Nter autẽ hos & ante hos/ij qui Pythagorici vocãtur:primi tetigere doctrinas ac auxere.& ĩ ipsis principia: omnium principia esse putarunt.atq; quoniam numeri sunt primi natura/& in numeris magis videbat̃ eis videre similitudines multas eorum quæ sunt & fiunt/q̃ in igne/terra/& aqua/veluti talẽ quidem numerorum affectum iustitiam esse/talem autem animam atq; mẽtem/alium vero tempus/& cæterorum fere quemq; similiter/ insuper affectus concentuum in numeris intuẽtes ac rationes/ quoniã inquã cætera quidẽ numeris videbantur similia esse in omni natura/ numeri vero primi atq; ante omnẽ naturã:numerorũ elemẽta/omniũ quæ sunt elemẽta esse putarũt/totũq; cœlũ cõcentũ ac numerũ esse. atq; quæcũq; in numeris & cõcentibus ostẽdere poterãt ad cœli affectus ac partes/& ad vniuersum totũ esse accõmodata:hæc aggregantes accõmodabãt.& si quid alicubi deficiebat:illud ad esse perducebãt/ quo tota sua tractatio perfecta sit atq; connexa. veluti cum denarius numerus perfectus esse/ omnemq; numerorum naturam compræhendere videatur: & ea quæ feruntur in cœlo/decem quidem inquiunt esse.at quia sunt nouem manifesta solum:ideo aduersam terram/ decimam faciunt. ¶Verum de his : alijs in locis exactius est a nobis determinatum. Sed cuius gratia hæc enarramus: id est. vt & ab his ea quæ principia esse ponũt/accipiamus:& quonã modo ad dictas causas cadunt. Atq; videntur & hi numerum principium eorum esse quæ sunt: & vt materiam/& vt affectus habitusve putare. numeri vero:elementa esse/ par atq; impar. & horum alterum/ finitum esse: alterum/infinitum. atq; ipsum vnum: ex vtrisq; his esse. par enim ac impar: vnum esse dicebant. numerum autem: ex vno constare.& numerũ totum ipsum cœlũ:vti diximus/esse. ¶Alij vero eorumdem: principia decem inquiunt esse. eaq;: per seriem attulerunt.finitum inquam & infini-

Argyropylus.

tum.impar & par.vnum & multi=
tudinem.dextrum & sinistrum.ma
rem & femellam. quiescẽs & quod
mouetur. rectum & obliquum. lu=
men & tenebras.bonum & malum.
quadratum & parte altera longius
¶Quo pacto & Alcmeon Crotoni
ates putasse videtur.nam aut hic
ab illis:aut illi ab hoc sententiam
hanc susceperunt.Etenim Alcmeõ
sene iam Pythagora fuit:similemq3
sententiam attulit.Dicit enim ple=
rasq3 humanarum rerum duas esse:
ipsas inquiens contrarietates.non
vt illi definitas:sed quasuis. vt al=
bum nigrum.dulce amarum.bonũ
malum.magnum & paruũ.Is itaq3:
de reliquis indefinite dixit.¶Pytha
gorici vero:& quot & quæ nam sint
ipsæ contrarietates/dixerunt.¶Ab
his igitur vtrisq3:tantum sumere li=
cet/contraria inquam principia re=
rum esse.a Pythagoricis vero:quot
& q̃nã sint illa. Quo tamen modo
fieri potest vt ad dictas causas re
ducantur:dilucide quidem ab illis
non est pertractatum. videntur ta=
men elementa:vt in materiei spe=
cie collocare.ex illis enim vt ex ijs=
ce quæ insunt:constare/fictãve sub=
stantiam inquiũt esse. ¶Antiquo=
rum igitur pluraq3 dicentium ele=
menta esse naturæ:ex hisce satis
quispiam mentem perspicere po=
test.Sunt autem:qui de vniuerso/
perinde atq3 si vnius esset naturæ/
dixerunt.non tamen modo eodem
omnes ; aut ratione recti / aut ra=
tione eius quod est secundum na=
turam. Atq3 sermo de hisce:nullo
modo ad præsentem causarum cõ=
siderationẽ accõmodatur.Nõ enim
vt naturaliũ qdã/vno supposito/eo
qd est/ex ipso tãq̃ ex materia gene=
rãt:sed alio mõ dicũt.illi nãq; vni=
uersũ generãtes:motũ addũt.hi ve
ro:imobile inquiũt esse. ¶Verũ tã=
tũ si dicat:ad cõsiderationẽ erit ac=
cõmodatũ.Parmenides eni id vnũ
qd ad rõnẽ/Meliss9 id qd ad mate=
riã accõmodat:tetigisse videt.Qua
propter & alter finitũ ipsũ:alter in=
finitũ esse dixit. Xenophanes autẽ:
ante hos vnum ipsum attulit pri=
mus.Parmenides enim:huius fuis=
se discipul9 fert.nichil tamẽ diluci=
de dixit:& neutram naturã tetigisse
videtur.sed in totũ cœlũ respiciẽs:

Bessario.

tum.impar/par.vnum/plura.dextrum/sini=
strum.masculinum/femininũ.quiescẽs/mo=
tum.rectum/curuum. lumen/tenebras. bo=
num / malum. quadratum / longius altero
latere.¶Quemadmodum etiam Alcmæo 57
Alcmæo
Crotoniates putasse videt.& aut iste ab il=
lis: aut illi ab isto hanc mutuati sunt opini=
one. fuit etenim ætate Alcmęo Pythagorę
iam senioris.asseruit autẽ:istis similiter. In
duo nãq3 plerumq3 humanas res ait distin=
gui:contrarietates dicens.non tamen (vt il=
li) distinctas:sed quascunq3/vtputa album
& nigrum/dulce amarum/bonum malum/
paruum magnum. is itaq3:indistinctum de
reliquis effudit sermonem. Pythagorici ve=
ro:quot/etiam & quæ sunt cõtrarietates/as=
seruerunt.¶Ex ambobus igitur his tantũ 58
accipere est:ꝙ cõtraria principia entiũ sũt.
Quot autem et quæ illa sint:ex cęteris solũ.
verum quomodo illa ad dictas causas ap=
plicentur:clare quidem ab eis non est deter=
minatum.videtur tamẽ:vt in materiæ spe=
cie ponere elementa.ex his enim tãq̃ intrin
secis:constare ac fingi substãtiã aiũt.¶Ve= 59
terum itaq3/ac plura elementa naturæ dicẽ=
tiũ:mentem ex his satis speculari licet.Sunt
autẽ qui de vniuerso tãq̃ si vna natura esset:
ita asseruerunt.non tamen modo eodẽ om=
nes.neq3 eius quod bene/neq3 eius quod se=
cundum naturam est.in præsẽti itaq3 cau=
sarum consideratione:nullo modo conue=
nit sermo de eis.Non enim vt quidã physi=
corum vnũ supponẽtes ipsum ens/nichilo=
minus ex vno tanq̃ ex materia generẽt:sed
alio modo hi dicũt.illi eni cũ generẽt vniuer
sũ:addũt tamẽ motũ.Hi vero imobile esse
aiunt.¶Attamẽ aliquatenus ꝑsenti ꝑscru= 60
tationi propriũ est. Parmenides eteni:vnũ
secũdũ rationẽ/attigisse videtur. Melissus ve
ro:secũdũ materiam. Quare & id ille qui=
dẽ finitũ:hic vero ifinitũ ait esse.Xenopha=
nes autẽ q̃q̃ prior istis:vnũ posuerat (nam
Parmenides:eius auditor fuisse dicit)nichil
tamẽ clarũ dixit:& neutri9 horum naturã
attigisse videtur.sed ad totũ cœlũ respiciẽs:

Parmenides.
Melissus.
Xenophanes.

Bessario.

61 ipsum vnum ait esse deum. ℭHi igitur (vt
dixímus) de præsenti quæstione omittendi.
duo quidem & penitus tanq̃ paululum a-
grestiores: Xenophanes atq; Melissus. Par
menides vero: magis vidisse quæ dixit vi-
detur. quod enim est præter ipsum ens/ip-
sum non ens nichil iudicans esse: necessario
vnum putat ipsum ens esse/& nichil aliud.
de quo: clarius in de naturalibus diximus.
Coact9 vero illa quæ apparẽt sequi & vnũ
ratione/plura vero secũdum sensum putãs
esse: duas causas rursum/ac duo principia
ponit calidum & frigidum/velut ignem &
terram dicens. Horum autem alterum/ca-
lidum scilicet cum ente: alterum vero cum
62 non ente collocat. ℭEx dictis itaq; ac ab
illis qui rationi incubuerunt sapientibus:
ista accepimus. a primis quidem & corpo-
rale principium. aqua namq; & ignis & si-
milia: corpora sunt. & horum/a quibus-
dam vnum: a quibusdam plura corpora-
lia principia. vtrisq; tamen: ista vt in ma-
teriæ specie ponentibus. cæteris vero & hãc
causam: & cum ista/etiam vnde mo-
tus statuentibus. & hanc: a quibusdam
Italici. vnam/a quibusdam duas. Vsq; ad Italicos
igitur & absq; illis: mediocrius cæteri de
eis dixerunt. nisi quod vt diximus: duabus
causis vsi sunt. & harum/alteram vnde mo-
tus: quidam vnam/quidam duas faciunt.
Pythagorici. Pythagorici vero: duo quidem eodem mo-
do dixerunt principia. Tantum autem
addiderunt/quod proprium eorum est:
q̃ finitum & infinitum & vnum/non pu-
tarunt vllas alias esse naturas/vtputa ignẽ/
aut terrã/aut aliud simile. sed ipsum infini-
tum/& ipsum vnum: substantiam horum
esse de quibus prędicantur. Quare & nu-
63 merum: substantiam omnium esse. ℭIn
hunc itaq; modum & de his asseruerunt:
& de ipso quid est. incœperunt quidẽ dice-
re & diffinire: sed valde simpliciter tracta-

Argyropylus.

deum ipsum esse ipsum vnum di-
cit. ℭHi igitur/vti diximus/in hac
perscrutatione sunt posthabendi.
duo quidem & penitus/Xeno-
phanes inquam atq; Melissus: pro-
pterea q̃ parum vt rudes sint/de-
esse videtur. Parmenides autem:
magis alicubi videns dicere/illud
videtur. præter enim id quod est/
id q̃d haud est nichil esse censẽs:
id quod est/necessario vnum & ni-
chil aliud esse putat. de quo dilu
cidius diximus in hisce quæ de na
tura sunt dicta. Sed cum ea sequi
quæ videntur compelleretur: ip-
sum quidem vnum ratione/plura
vero sensu ponebat. atq; duas cau
sas duoq; principia rursus/calidũ
inquam ac frigidum afferebat: vt
ignem ac terram. & horum alte-
rũ/vt id q̃d est: alterũ vt id q̃d haud
est ponit. ℭEx dictis igitur & a sa 1
pientibus qui huic iam sermoni
incubuere: tot nos accepimus. atq;
a primis quidem corporeum esse
principium ipsum. Nam ignis/a-
qua & talia: corpora sũt. quorum:
alij vnũ/alij plura. vtriq; tamen:
hæc vt materiam posuere. a qui-
busdam autem hanc ipsam causã:
& eam insuper vnde est principiũ
motus. atq; hanc: a quibusdam
vnam/a quibusdam duas. Vsq; igi 2
tur Italicos & præter illos: mollius
cæteri de ipsis dixerunt. verum
(vti diximus) causis duabus vtun-
tur. & harum alteram: quidam
vnam faciunt/quidam duas/eam
inquam vnde est principium mo- 3
tus. Pythagorici vero: duo qui-
dem principia modo eodem esse
dixerunt. tantum autem addide-
runt: quod quidem & proprium
est ipsorum. finitum enim & infi-
nitum ac vnum: nõ alias quasdã
naturas esse putarunt/vt ignem
aut terram aut aliquid aliud tale.
sed ipsum infinitum ac ipsum vnũ
eorum esse substantiam: de quibus
dicuntur. quapropter: & omnium
substantiam numerum esse/dixe-
runt. ℭDe his igitur: hoc mo- 4
do dixerunt. & de ipso quid est in-
ceperunt quidem dicere ac diffini-
re: valde autẽ simpliciter tractaue-

Argyropylus.

rũt.i ſupficie nāq; diffiniebāt.atq;
cui primo cōpeteret diffinitio di=
cta:id rei ſubſtātiā eſſe putabāt.ſi=
cuti ſi quiſpiā idem eſſe duplū du=
alitatēq; ex eo putaret:quia primo
duplū duobus ineſt.at nō idem eſt
fortaſſe dualitatis eſſe ac dupli.ali=
oquin ipſū vnū:plura ꝓfecto erit.
quod quidem illis etiā accidebat.
A prioribus igitur cęteriſq;: tot ſu=
mi poſſunt. CAP. VI.

5 
Oſt dictas autē phi=
loſophias: Platonis
acceſſit tractatio / in
pleriſq; quidem hos
ſecutus.in nonnullis
autem:& propria quædam habēs
præter Italicorum philoſophiam.
ab adoleſcētia namq; Plato factus
amicus primū Cratillo/& in opini=
onibus Heracliti ſententijſq; ver=
ſatus/qui quidē vniuerſa ſemp ſen
ſibilia fluere & de ipſis ſciētiam nō
eſſe cenſebat: hæc quidē & poſtea
tenuit atq; ita eſſe putauit.Cū vero
natura tota poſthabita/circa mo=
6 res Socrates verſaretur/atq; in his
ipſis vniuerſale quęreret/ mentēq;
primus diffinitionib9 adhiberet: il=
lo propter idipſū probato/hoc de
alijs fieri & nō de ſenſibilibus reb9
exiſtimauit.nō enī poteſt ipſa com
munis diffinitio cuiuſq̃ ſenſibilium
eſſe:cū ſemper mutētur. itaq; talia
quidē ideas formaſq; vocauit: ſen=
ſibilia vero præter hæc eſſe dixit.&
hęc:dici cūcta.ꝑ participationē enī
pleraq; vniuocorū/ formis eſſe ęq=
uoca inqt: ipſū vero nomē id ē par
ticipationē/mutare cœpit. Pytha=
gorici nāq;:ea quę ſunt/imitatione
numerorū inquiunt eſſe.participa=
tione autē/Plato:nomine mutato/
ſicuti diximus.quænā tamē ſit par
ticipatio formarū/ vel imitatio: vt
in cōmuni quæratur/& ipſe & illi
etiā omiſerūt.Inſup ꝑter ſenſibilia
formaſq;:res mathematicas medi=
as eſſe dixit.a ſenſibilib9 quidē hoc
differētes:ꝙ perpetuę atq; immo=
biles ſūt.a formis autē hoc: ꝙ ipſę
quidē cōplures ſimiles ſunt/forma
autē ipſa q̄ eſt/vna ſolū.quoniā au
tē formę ſunt cæteris cauſæ:elemē
ta illarum/ oīm quæ ſunt elemen=
ta eſſe putauit. magnum igitur &
paruum:vt materiā/ eſſe pricipia.
7 vnū autē:vt ſubſtātiā dixit.ex illis

Beſſario.

runt. diffiniebant nāq; perfunctorie. & cui
primo dicta diffinitio ieſſet:hoc eſſe ſubſtā=
tiā rei putarūt.peride ac ſi q̄s putaret idem
eſſe duplū & dualitatē:quoniā primū dua=
litati duplū ineſt.ſed non eſt idem fortaſſis:
duplo & dualitati/eſſe.ꝙ ſi non:ipſum vnū
erit multa.quod illis quoq; accidebat.A pri
oribus quidem & cæteris: hæc demum li=
cet accipere. CAP. VI.


Oſt dictas vero philoſophi= 64 Plato.
as:diſciplina Platonis ſup=
uenit/in pleriſq; quidē iſtos
ſecuta. quædam autem etiā
propria/vltra Italicorū ha=
bens philoſophiam.cū Cra Cratillus.
tillo nāq; ex recenti conuerſatus & Heracli= Heraclitus.
ti opinionibus aſſuetus:tanq̄ omnibus ſen=
ſibilibus ſemper defluentibus/ & de eis non
exiſtēte ſcientia/hæc quidē etiam poſtea ita
arbitratus eſt.Cū vero Socrates de morali= Socrates.
bus quidem tractaret/ de tota vero natura
nichil/in his tamē vniuerſale quęreret/& pri
mus mentem ad diffinitiones applicaret: il
lum ob hoc laudans/putauit de alijs & non
de aliquo ſenſibiliū hoc fieri.impoſſibile enī
diffinitionē communē cuiuſpiā ſenſibilium
eſſe:quæ ſemper mutantur.& ſic talia entiū:
ideas appellauit.ſenſibilia vero:pręter hæc.
& ſecundum hæc:omnia dici. ſecundū par=
ticipationem namq;/hæc multa vniuocorū:
eſſe ſpeciebus æquiuoca. participationē ve=
ro: ſecūdū nomē ſolū/mutauit. Pythagori= Pythagorici.
ci etenim imitatione numerorū aiunt entia
eſſe.Plato vero nomē mutādo:participatio= Plato.
ne.participationē vero aut imitationē ſpeci=
erum quænam ſit: cōmuniter quærere omi=
ſerūt.Itē pręter ſenſibilia & ſpecies mathe=
maticas:res ait medias eſſe.a ſenſibilibus q̄=
dē differentes:eo ꝙ perpetuę & immobiles
ſunt.a ſpeciebus vero:eo ꝙ illæ quidē multę
q̄dā ſimiles ſūt/ ſpecies vero ipſa/vnaquæq;
ſola.et quoniā ſpecies cauſę cęteris:illarū ele
mēta oīm putauit entium elementa eſſe. &
vt materiā quidē magnū & paruū eſſe prici
pia:tanq̄ vero ſubſtantiam ipſū vnū.ex illis

Bessario.

enī participatione ipsi9 vni9: species nume-
ros esse. ipsū tamē vnū substātiā esse: & nō
aliquid aliud/dici vnū esse queadmodū Py
thagorici. dicebat numeros quoqꝫ causas cę
teris substantiæ esse: similiter atqꝫ illi. Sed
pro infinito tanq̄ vno/dualitatē facere/infi-
nitū vero ex magno & paruo: hoc eius pro-
priū est. Item is quidē numeros præter sen-
sibilia: illi vero numeros ipsas res esse aiunt/
& mathematica i medio horū nō ponebāt.
65 ❡Ipsum igitur vnū & numeros ꝑter res fa-
cere/& nō vt Pythagorici/& introductio spe
cierū: propter eā quę in oratiōibus fit ꝑscru
tationē euenit. priores enī: dialecticę exꝑtes
fuerūt. dualitatē vero facere alterā naturā:
ꝓpterea ꝙ numeri ꝑter primos/ex ea aptis-
sime velut ex quadā effigie generant̄. atqui
accidit ecōtra. non enī verisimile est: ita fieri.
nūc etenī: ex materia multa faciūt. species ve
ro: semel generat solū. apparet autē ex vna
materia: vna mensa. qui vero speciē inducit
q̄ vna est: multas facit. Similiter aūt & ma-
sculus ad fœminā se habet. hæc etenī ex vno
cōgressu adiplet̄: mascul9 vero multas iplet.
at ista: imitationes illorū principiorū sunt.
Plato igitur: de propositis quęstionibus ita
66 determinauit. ❡Patet autē ex dictis ꝙ du-
abus causis vtitur solū: ea quæ ipsius quid
est/& ea quæ secundū materiā. species enim
cęteris ipsius quid sint/causę sunt: speciebus
vero ipsum vnū. & quę subiecta materia: de
qua species. illæ quidē de sensibilibus: illud
vero in speciebus vnū dicit̄. q͂a dualitas hæc
est: magnū & paruū. Itē ipsius bene ipsiusqꝫ
male: causam elementis attribuit/vtrisqꝫ
vtranqꝫ. quod etiam: primorum quosdam
Empedocles. philosophorum Empedoclem & Anaxa-
Anaxagoras. 67 goram magis dicimus quæsiuisse. ❡Breui-
ter igitur & sūmatim percurrimus: quinā &
quomodo locuti sunt de principijs/& ipsa
veritate. Tantum tamen ex eis habemus:
ꝙ eorū qui de principio & causa dixerunt/
nemo quicq̄ præter ea quę in de naturalib9
determinata sūt/dixerit. sed oēs/obscure q-
dē: illa tamē aliquaten9 visi sūt attigere. qui-

Argyropylus.

enī vnius participatione: formas
ipsas numeros ipsos esse asserunt.
ipsum tamen vnum perinde atqꝫ
Pythagorici/substantiam esse: nec
aliud quicquā esse quod vnum di-
catur. & item numeros/cęteris (vt
illi) substantiæ causas esse dicebat.
Pro infinito vero vt vno dualita- 8
tē/& īfinitū ex magno ac paruo fe
cisse: hoc ipsi9 ꝓpriū est. Et insuꝑ
ipse quidē numeros pręter sensibi
lia dixit esse: illi vero numeros res
ipsas esse dicebant/& mathema-
ticas medias inter ista nō ponunt.
❡Vnū igit̄ & numerū præter res
ipsas fecisse/& non vt Pythagori-
ci/& formarū etiā introductio: ob
considerationem in disserendo ni-
mirū fuit. priores enī: facultatis par
ticipes disserēdi nō erāt. dualitatē
autē alterā naturā fecisse ex eo fuit:
quia numeri ꝑter primos apte ex
ipsa/perinde ex sigillo quodā fiūt
ac generantur. fit tamē id ipsū ecō-
tra. nō enim ita fieri: cōsonū est ra-
tioni. nā illi quidē/ex materia mul
ta faciūt: & semel illis solū generat
forma. at vna quidem ex materia:
vna fieri mensa videtur. qui vero 9
affert formā vnius: multas facit/vt
patet. Similiter sese habet & mas
ad fœmellā. fœmella nāqꝫ vno coi
tu grauida fit: mas autem multas
grauidas facit. & tamē hæc: princi
piorū illorū sunt imitationes. Pla-
to igitur: de his quæ quęrunt̄/hoc
pacto determinauit. ❡Patet autē
ex dictis ipsum duab9 solū causis
vti: ipso inquā quid est atqꝫ mate-
ria. ipsi9 enī quid est cæteris quidē
formæ sūt causę: formis autē vnū.
& quęnā est/ipsa subiecta materia:
qua deducunt̄. in sēsibilibus quidē
formæ: in formis autē/vnū. est enī
dualitas: magnū inquā ac paruū.
Pręterea boni maliqꝫ: causā elemē
tis vtrisqꝫ vtrāqꝫ reddidit. qđ qui-
dē: & priorū quosdā philosophan
tiū. Empedoclē inquā ac Anaxa-
gorā dicimus q̄siuisse. ❡Breuibus
igit̄ sūmatimqꝫ narrauimus: quinā
& quo pacto de principijs verita-
teqꝫ dixerūt. Verūtamen tantū ex
his habemus: neminem inquā de
principio causaqꝫ dicētiū/ꝑter ea
q̄ i ijsce quę de natura sūt a nobis
determinata/dixisse. sed oēs/obscu
re quidē: illa tm̄ tetigisse videri. qui-

Argyropylus.

dam enim vt materiam principiũ
dicunt: siue vnũ / siue plura suppo
nãt. & siue corpus siue incorporeũ
id ipsum ponant: veluti Plato qui-
dem magnũ dicẽs ac paruũ / Itali-
ci autem infinitũ / Empedocles ve
ro ignẽ / terram / aerem atq; aquã /
& Anaxagoras eorum quæ sunt si-
milium partium infinitionẽ. hi igi-
tur oẽs: talem causam tetigerunt.
& insuper: qui aerem aut ignẽ aut
aquã / aut igne quidem dẽsius / ae-
re vero subtilius posuere. sũt enĩ /
qui primũ elementũ tale esse dixe-
rũt: atq; hi solũ hãc causam tetige-
re. Quidã autẽ & eã vnde est prin-
cipiũ motus: vt qui concordiã dis-
cordiãve / vel mentẽ vel cupidinẽ
principiũ faciũt. Quidditatẽ vero
substantiãve: dilucide quidẽ nemo
reddidit. Maxime vero ij dicũt: q
formas ponũt. neq; enĩ vt materiã
sensibiliũ / neq; vt causam vnde est
pricipiũ motus: formas ipsas & ea
quę sũt in formis esse existimãt. im
mobilitatis enim causa magis & vt
res sint in quiete: formas / inquiũt
esse. sed quidditatẽ formæ quidẽ cę
terorũ cuiq; præstant: ipsum autẽ
vnũ formis. ℭ Id vero gratia cuius
actiones / mutatiões motusq; fiũt:
aliquo quidẽ modo causam esse di
cunt. sic autẽ nõ dicũt: nec eo mo-
do quo sua natura flagitat. q nãq;
mentẽ aut concordiã dicũt: vt bo-
nũ quidẽ hasce causas ponũt. nõ
tamen vt horũ gratia quicq̃ sit eo-
rũ quæ sunt / aut fiat: sed vt ab his
horũ profluant motus. Similiter &
ij qui & id quod est / aut ipsũ vnũ /
talem naturã inquiũt esse: causam
quidem illud esse substantiæ / non
tamen huiusce gratia esse vel fieri
dicunt. ℭ Quare partim dicunt /
partim non dicunt ipsum bonum
causam esse. non enim simpliciter:
10 sed per accidens dicunt. ℭ Om-
nes igitur hi testari videntur: recte
de causis quot & quales sunt / a no
bis esse determinatum. quippe: cũ
nullam aliam causam tangere pos
sint. & insuper patet: quærẽda es-
se principia aut sic omnia / aut ho-
11 rum aliquem modum. Post hæc
autem pertractemus oportet: quo-
modo quisq; horum dixit / & quæ-
nam de principijs ipsis dubitatio-
nes emergunt. CAP. VII.

Bessario.

dam enĩ vt materiã principiũ ponunt: siue
vnã / siue plures supponãt. & siue corpus si-
ue incorpoream ponant: vt Plato magnum
& paruum dicens / Italici infinitum. Empe-
docles: ignẽ / terram / aquam & aerẽ. Ana-
xagoras vero: ifinitatẽ similiũ partiũ. hi igi-
tur omnes: talem causam perstrinxerunt. &
adhæc quicunq; aerẽ / aut ignem / aut aquã /
aut igne quidem densius / aere vero tenuius.
etenim tale quidam dixerunt: primum ele-
mentum esse. hi igitur hanc attigerunt cau-
sam solam. Alij vero quidam vnde principi
um motus: quicunq; scilicet amicitiam & cõ
tentionem / intellectum / aut amorem princi
pium faciunt. Ipsum vero quod quid erat
esse & substantiam: clare quidem nullus as-
signauit. Maxime vero dicũt: qui species po
nũt. nec enim vt materiã sensibilibus species
& ea quæ in speciebus sunt / neq; tanq̃ illinc
pricipiũ motus fieret: putãt. immobilitatis
enĩ causa & quietis: magis eas esse aiũt. sed
quod quid erat esse vnicuiq; cęterorũ species
attribuũt. speciebus autẽ: ipsũ vnũ. ℭ Ipsũ 68
vero cuius gratia actiones / mutationes / &
motus quodã modo quidẽ dicũt causã: non
autẽ ita dicũt vt aptũ esse natũ est. qui enim
intellectũ aut amicitiã dicũt: tanq̃ bonũ qd-
dã hæc ponũt. non tamen tanq̃ horũ causa /
quicq̃ existentiũ / aut sit aut fiat: sed tanq̃ ex
his motus eorum essent / ita dicunt. Simili-
ter & qui vnum vel ens esse hanc naturam
aiunt: substantiæ quidẽ causam esse dicunt /
non tamen huius causa aut esse aut fieri.
ℭ Quare contingit eis quodã modo dicere 69
& negare: bonum esse tale. non enim sim-
pliciter: sed secundũ accidens dicunt. ℭ Q; 70
igitur de causis & quot & quales sint recte
determinatum sit: testari nobis isti etiã om-
nes videntur / cum non possint aliam attin-
gere causã. & adhæc q̧ principia aut ita om
nia / aut horũ aliquo modo quærenda sint:
patet. Quo vero pacto horũ quisq; dixerit /
& quomodo de pricipijs se res habet: dubi
tationes quæ cõtingere possũt: de his ipsis /
deinceps percurramus. CAP. VII.

Plato.
Italici.
Empedocles.
Anaxagoras.

Bessario.

71 
Vicũq; igitur vniuersũ vnũ et vnã quandã esse naturam vt materiã ponunt/ & hanc corporalẽ & magnitudinem habentẽ: patet ꝙ multipliciter errant. corporũ enim/elementa solum ponunt: incorporeorum vero minime/cum etiam incorporea sint. cũq; de generatione & corruptione causas dicere conarentur/& de natura omnium rationes reddere: motus causam perimũt. Item substantiam nullius causam ponendo nec ipsum quid est/ & adhæc facile simpliciũ corporum quodcunq; pricipium esse (terra excepta) non considerantes mutuam inter ea generationem: quoquo modo ponunt. dico autem ignem/ terram/ aquam & aerẽ. quædam enim coniunctione: quędam vero disiunctione inuicem fiunt. hoc vero ad hoc vt prius & posterius sit: multum differt. id etenim apparere possit maxime omnium elementale: ex quo primo coniunctione fiunt. tale vero illud fuerit profecto quod partium minutissimarum/ subtilissimumq; corporũ
72 sit. ¶ Quicũq; ignem principium statuũt: maxime conuenienter huic rationi dicent. tale autẽ cæterorũ quoq; quisq;: fatetur ele-
73 mentũ corporum esse. ¶ Quare nemo posteriorum qui vnum ponebant: terrã elemẽtũ existimauerat scilicet propter partiũ ma-
74 gnitudinẽ. ¶ Triũ vero quodcunq; elemẽtorũ habuit authorẽ aliquẽ. quidã enĩ ignẽ/ quidã aquã/quidã aerẽ: hoc aiũt esse. At cur non dicunt & terrã vt multi hominũ? omnia etenim terrã esse dicũt. Hesiodus quoq; primã corporũ terram ait esse: tam vulgarem & publicam accidit hãc opinionẽ esse.

Hesiodus.

75 ¶ Scd̃m hãc itaq; rationẽ: si quis aut quicq̃ horum excepto igne/dicat/aut aere quidem densius/ aqua vero tenuius hoc ponat/ non recte profecto inquiet. Q̃z si id generatione posterius/natura prius sit/ quod vero digestum & coniunctum generatione posterius sit: contrarium his esset vtiq;. aqua quidem aere prior: terra vero/hac ipsa aqua.

Argyropylus.


Atet igitur: eos oẽs qui vnum vniuersũ ipsum/ vnãq; naturam vt materiam esse ponunt/atq; hanc corporeã magnitudineq; habẽtẽ/ multis modis peccare. corporum enim elemẽta tantũmodo ponũt: incorporeorũ vero non ponunt/ quæ quidem & ipsa sunt. atq; causas generationis corruptionisve dicere aggredientes/ & de vniuersis naturaliter loquentes: motus principium tollunt. Præterea substantiã & ipsũ quid est/ nulli⁹ rei causã esse: ponũt. et ĩsuper facile quod- 12
uis simplicium corporum præter terram principium esse dicunt: nõ considerantes quonam pacto mutuum ipsorum faciũt ortum/ ignis inquam/aeris/ aquæ ac terræ. alia namq; congregatione: alia disgregatione ex sese mutuo fiũt. hoc autem ad idipsum vt quippiam sit prius posteriusve: plurimum refert. Aliqua nanq; ratione id om- 13
nium maxime elementum esse videbitur: ex quo primo congregatione elementa fiũt. tale autem est id: quod minimarum est partium/ corporumq; etiam subtilissimũ est. ¶ Quapropter qui principiũ ignẽ ponũt: consentanea maxime huic dicerent rationi. tale autem & cæterorum quisq;: cæterorum corporum elementum esse fatetur. ¶ Ne- 14
mo nãq; eorum qui vnum dicunt/ terram elementum censuit esse/ ob magnitudinem partium: vti patet. ¶ Trium autẽ elementorum qd̃q; iudicem aliquem habuit. quidam enim ignem/ quidam aquam/ quidam aerem: id inquiũt esse. At enĩ cur nam & terram nõ dicũt: vt plerią; hoĩm opinant? cuncta nãq; terrã ĩquiũt esse. Hesiod⁹ quoq;: terrã ortã esse primã corporũ ait. adeo vetusta: adeo vulgaris hęc existimatio fuit. ¶ Hac igit̃ ratiõe/ neq; si qs horũ aliquid dicat p̃ter ignẽ/ neq; si quis aere qdẽ dẽsius/ aquæ vero subtilius id ponat: recte dicere potest. Q̃z si id quod ortu posterius est/natura est prius/ id autem quod est digestum atq; congestũ posterius est generatione: cõtrariũ his euenit sane. nam aqua quidẽ/ aere prior erit: terra autem/ aqua.

Argyropylus.

15 De his igit̃ hæc sint dicta: qui causam vnã (qualẽ diximus) ponunt. ¶Eadẽ dici possũt: & si qspiã hæc plura ponat. vt Empedocles materiã/quatuor corpora dixit esse. etenĩ huic partim eadẽ: partim propria euenire necesse est. nam hæc vicissim ex sese generari videmus: nõ igne/nõ aere/non terra semper eodem tempore permanente. Dictum est autẽ de his: in ijsce quæ de natura sũt dicta. de causa quoq3 eorum quæ mouentur/ vtrum vna sit/ an duæ ponendæ: neq3 recte neq3 bona cum ratione penitus putandũ est esse dictum. omnino etiam eorum sententia qui ita dicũt: alterationem e medio tolli/ necesse est. non enim ex calido frigidum: neq3 ex frigido calidum erit. quid enim ipsa contraria patientur: & quænã erit vna natura q̃ sit ignis & aqua/quod quidẽ; ille non dicit.

16 ¶Anaxagorã autẽ si quispiam elemẽta dicere duo putauerit: ea maxime ratione putauerit/ quã (etsi ille nõ dilucide pertractauit) secutus tamẽ fuisset/ si qui ipsam adducerẽt. nã q̃q̃ & aliter absurdũ est mixta in principio cuncta fuisse dicere: & quia accidit antea nõ mixta esse oportere/& qa nõ aptũ est qdã uis cũ quouis misceri. ac insup: qa fit vt affectus & accidẽtia a substãtia separent̃. eorundẽ enĩ mixtio & separatio est. ¶Si quis vero q̃ dicere vult exactius ptractãs sequat̃: admirabili9 dicere fortasse videbit̃.

17 nã cũ nichil segregatũ erat: nichil tũ vt patet de substãtia illa dicere vere licebat. veluti neq3 albũ/neq3 nigrũ/neq3 fuscũ/neq3 vllũ aliũ colorẽ: sed necessario erat ĩcoloratũ. aliquẽ enĩ colorũ horũ haberet. similiter & insipidũ. eadẽq3 ratione neq3 aliud similiũ quicq̃. neq3 enim quale quid ipsũ poterat: neq3 q̃tũ/ neq3 quid esse. aliqua nãq3 particulariũ formarũ ipsi inesset. hoc autẽ est ĩpossibile: si erant oĩa mixta. se-

18 gregata enim iã essent. at ille dixit mixta esse oĩa p̃ter mentẽ: hãc vero solã nõ mixtã esse atq3 syncerã. ¶Ex his igit̃ fit: vt ipse principia dicat vnũ ipsũ. hoc est enĩ simplex atq3 nõ mixtum/& alterum: quale ponimus indefinitũ/antea q̃ definiat̃ & alicui9 sit particeps formę.

Bessario.

De his igit̃ qui vnã (qualẽ dixim9) causã po
nũt: hęc dicta sint. ¶Idipsũ autẽ & si quis 76
hæc plura ponit: vt Empedocles quatuor
corpora ait esse materiã. & huic enĩ partim
eadẽ/partim propria: necesse est accidere. nã
& ꝙ inuicẽ fiũt/videm9: tanq̃ nõ semp igne
& terra manẽte eodẽ corpore. Dictũ autem
de eis in de naturalibus est. deq3 causa mouẽ
tiũ. vtrũ vnũ an duo ponẽda sint: neq3 recte/
neq3 irrationabiliter oĩno arbitrãdũ ẽ dictũ
fuisse. & simpliciter alterationẽ auferãt neces
se est: qui ita dicunt. nõ enĩ ex calido frigidũ:
nec ex frigido calidũ erit. quidnã ipsa cõtra-
ria patiantur: & quænã vna natura sit quæ
ignis & aqua fiat? quod ille minime inquit.
¶Anaxagoram vero si quis putat duo di- 77
cere elementa: maxime secundum rationẽ
arbitrabitur/quam ille quidem ipse non di-
gessit. necessario tamen sequeretur eos: qui
eam inferrent. quandoquidem aliter absur-
dum sit dicere a principio omnia mixta es-
se: tum quoniam accidit immixta oportere
antea esse/ tum quoniam non est natura ap-
tum quodcunq3 cuicunq3 misceri. Et adhęc:
quoniam passiones & accidentia separarẽ-
tur a substantijs. eorundem enim est mixtio
& separatio. ¶Si quis tamẽ sequat̃ digerẽs 78
vna cũ eo quod dicere vult: fortassis videat̃
quædã noua dicere. quãdo enĩ nil erat sepa
ratũ: patet ꝙ nil erat vere de illa substãtia di
cendũ. dico autẽ ꝙ neq3 album/ neq3 nigrũ/
aut fuscum aut alium colorem: sed ꝙ colo-
re vacans necessario esset. alioqui nanq3 ali-
quẽ horũ colorũ haberet. similiter etiã sine
sapore. eadẽ ratiõe nec aliud q̃cq̃ similiũ. nec
enĩ quale q̃d possibile ẽ illud esse: neq3 q̃tũ/
neq3 q̃d. specierũ enĩ q̃ in parte dicũt̃: aliquę
ei sane inessent. hoc vero ĩpossibile: si mixta
sint oĩa. essent enim: iã separata. ait autẽ om
nia esse mixta: intellectu excepto. hunc ve-
ro solum: impermixtum & purum. ¶Ex 79
his vero accidit principia dicere: & ipsũ vnũ
(hoc enim simplex & impermixtum) & alte
rũ tanq̃ ens quale indeterminatũ ponimus
ãteq̃ determinet̃/& aliqua participet specie.

Empedocles.

Anaxagoras.

Bessario.

80 ¶Q uare dicit̃ quidē/neq; recte/neq; clare:
vult autē simile q̃ddā & ijs quæ posteri9 di-
cunt/& ijs quæ nūc magis apparent. verum
hæ quidem illarū quæ circa generationem/
& corruptionē/ & motū sunt rationū: pro-
priæ sunt solum. fere enim de tali substātia:
& principia/ & causas inuestigant solum.
quicunq; vero de cūctis quidē entibus spe-
culantur/entium autem quædam sensibilia/
quædā nō sensibilia ponunt: manifestū est/
81 ꝙ de vtrisq; generibus ꝑscrutātur. ¶Qua-
re magis immoretur quispiam/ de ijs quid
bene/quidue nō bene dicāt: ad eorū quę no-
82 bis ꝓposita sunt inquisitionem. ¶Qui itaq;
Pythagorici appellātur: principijs quidē &
elemētis alieniori modo q̃ physiologi vtūt̃.
causa vero est: quoniā ea nō ex sensibilibus
acceperūt. Entiū enī quę mathematica sūt:
sine motu sunt/p̃ter illa quę circa astrologiā
sūt. disputāt tamē & tractāt oīa: de natura.
etenī generant cœlū. & circa eius passiones/
partes & opera: obseruāt qđ sequit̃/ & prin-
cipia/& causas in eis cōsumūt: tanq̃ cæteris
physicis conuenientes/ ꝙ illud est ens/ꝙq;
est qđcunq; sensibile est/& ꝙ continet id qđ
vocatur cœlum. Causas vero & principia si-
cut diximus sufficientia (vt dicunt) etiā vsq;
ad superiora entium transcendere: & magis
q̃ de natura/rationibus cōuenietia. Ex quo
vero modo motus erit/ finito & infinito/ &
pari & impari solum suppositis: nichil aiūt.
aut quomodo possibile est: sine motu & mu-
tatione generationem & corruptionem es-
se/ aut actiones eorum quæ in cœlo ferun-
tur. Item siue quis eis concedat ex his ma-
gnitudinem esse/ siue mostretur hoc: quo-
modo tamen quædam corporū leuia/quæ-
dam grauitatem habentia erunt? e qui-
bus supponunt & aiūt: nil magis q̃ de ma-
thematicis corporib9/ de sensibilibus dicūt.
quare de igne/ aqua/ aut de huiusmodi cæ-
teris corporibus nichil dixerunt: tanq̃ nil
de sensibilibus propriū dicētes. Itē quomo-
do passiōes quidē numeri/ & ipsū numerū:
putādū causas eorū esse quæ sunt a princi-

Pythagorici.

Argyropylus.

¶Quare neq; recte quidē: neq; di-
lucide dicit. vult tamē aliquid ijsce
simile dicere/quæ posteriores dixe-
rūt: & quæ nūc magis apparēt. At
enī hi quidē ad eos solū sermones
q̃ circa generationē/corruptionē/
motūq; versantur: accōmodate di-
xerūt. fere enī circa talē substātiā:
solum principia & causas quęrūt.
eos autē qui de ōnibus quidē quæ
sunt contemplationē faciūt/ ipsorū
autem alia sensibilia/alia non sen-
sibilia ponunt: de vtrisq; generi-
bus considerationem facere patet.
¶Quocirca magis apđ ipsos mo-
rā quispiā trahet: inquirēdo quiđ
bene aut nō bene dixerūt/ad eorū
quę nūc proponūtur nobis consi-
derationē. ¶Igitur ij qui Pythago- 19
rici vocātur: principijs quidē & ele-
mētis vltra q̃ naturales/vtūtur/ ꝓ-
pterea ꝙ non ex sensibilibus ipsa
sumpserūt. Res enim mathemati-
cæ: motu vacant/ præter eas circa
quas astrologia versatur. differunt
tamen & tractāt oīa: de natura. ge-
nerantq; cœlū: & id quod accidit
circa partes huius & affect9 opaq;/
conseruant. & principia causasq;
in his consumūt: vt cōsentiētes cæ-
teris naturalibus. atq; quod est: id
esse tantū putantes/ quod est sensi-
bile/ ab eoq; cōtinetur quod cœlū
appellare solemus. Causas autem
atq; principia (vti diximus) sufficiē- 20
tia dicūt: etiā ad ascēdēdū ad ea q̃
superiora sunt/ & magis illis q̃ ser-
monibus qui de natura fiūt accō-
modata. quo tamē modo finito ac
infinito solū suppositis/ & pare ac
impare motus erit/ aut quo pacto 21
fieri potest/ vt sine motu mutatio-
neve generatio sit atq; corruptio/
aut eorū opera q̃ ferunt̃ in cœlo: ni-
chil oīno dicunt. Pręterea si detur
etiā ipsis magnitudinē ex ijsce cō-
stare/aut etiā ostendat̃: quonā mo-
do corporū alia leuia alia grauia
erūt? ex ijs enī quæ supponunt ac
aiunt: nō magis de mathematicis
corporib9 q̃ sensibilib9 dicūt. Quo-
circa de igne vel terra vel cæteris
corporibus talib9 nichil ōnino di-
xerunt: tanq̃ nichil (vt arbitror) ꝓ-
priū de sēsibilib9 ipsis dicētes. Prę- 22
terea quonā pacto sumere oportet/
numeri quidē affectus ac numerū
causas eorum esse/ quæ a princi-

pio & nũc in cœlo sunt atq; fiunt:
numerũ autē nullũ aliũ esse præter
hũc numerũ ex quo mũdus est cō-
23 stitutus? Quādo enim hac quidē in
parte sententia ipsorum est opinio
atq; tēpus/ parũ autē supra vel in-
fra iniustitia iustitiaq; vel mixtio:
idq; ita esse demōstrant/ ex eo quia
vnũquodq; istorum numerus est.
fitq; vt hoc loco iā earũ magnitu-
dinũ quę cōstituunt sit similitudo:
ex eo quia affectus hi singulos lo-
cos sequuntur. est ne idem hic nu-
merus qui est in cœlo: quē accipere
oportet quodq; istorũ esse? an aliꝰ
24 præter hunc ipsum? ¶ Plato nāq;:
aliũ esse dicit. atq; q̄q̄ & ille nume-
ros & hæc esse & horũ causas arbi
tratur: intelligibiles autem causas/
hos autē sensibiles esse censet. Sed
de Pythagoricis quidē loqui nunc
omittamus: satis est enim hos teti
25 gisse. ¶ Qui vero ideas ponũt: pri
mo quidē quærētes harũ rerum su
mere causas/ alia his æqualia nu-
mero attulerũt. perinde ac si quis-
piā numerare volens: pauciora q-
dem si sint nō posse putet/ plura au
tē a se facta enumeret. pene autem
his æquales aut nō pauciores ipsę
26 sunt formę: quorũ causas quæren-
tes/ ex his ad illas ꝓfecti sũt. est enī
per singula quædā eiusdē nominis
forma: præterq; substātias cætero-
rũ/ quorũ est vnũ in multis/ & ī his
27 & in ꝑpetuis rebus. Deinde nullo
eorũ modorũ esse formæ videntur:
per quos ipsas esse ostendimus. ex
quibusdam enim: non necesse est
fieri ratiocinationē. ex q̄busdā aũt:
& eorum etiam formæ fiunt/ quo-
rũ nō esse formas/ cēsemus. per ra
tiones enim sciētiarum: formæ eo-
rũ oīm erũt/ quorũ sciētię sunt. & ꝑ
id vnũ inquā in multis esse: & ne-
gationũ nimirũ erũt. per hoc autē
ītelligere īquā q̄d: de corporũ etiā
erũt quę corrũpuntur. est enī horũ
simulacrũ ī imaginatiōe: vt patet.
28 Pręterea rationũ exactiores: parti
eorũ q̄ sũt ad aliquid ideas faciũt/
quorum non dicimus per se genus
esse. partim: tertium hominem affe
runt. atq; omnino rationes eæ quę
fiunt de formis: ea tollũt/ quę ma-
gis esse volunt qui formas inqui-
unt esse/ q̄ ipsas ideas. Fit enim vt
nō sit dualitas: sed numerꝰ primũ.

pio/ ac de nouo ī cęlo fiũt: numerũ vero aliũ
præter hunc numerum ex quo mundus cō-
stat/ nullũ esse? Cũ enim in hac quidem par
te opinio eis & tempus sit/ paululũ vero de-
sursum & deorsum iniuria & disiunctio aut
mixtio: probationem autem afferant/ ꝙ ho
rum quidem vnũquodq; numerus est. con-
tingit autem in hunc locum multitudinē iā
constitutarum magnitudinũ esse: eo ꝙ pas-
siones sequũtur singula loca. verũ iste est idē
numerus qui in cœlo: quē oportet accipere
quod horũ vnũquodq; est? an præter illũ:
alter? ¶ Plato etenim: alium esse ait. at ille 83 Plato.
quoq; numeros putat: & illa esse/ & horum
causas. sed ītelligibiles q̄dē causas: hos vero
sensibiles. De Pythagoricis itaq;: pretermit Pythago-
tamus modo. sufficit enim: in tantũ eos at- rici.
tigisse. ¶ Qui vero ponunt ideas: primum 84 I
quidē cũ quærerent horũ existentiũ causas D
habere/ cætera æqualia his numero attule- E
rũt. velut si quis numerare volens: cũ quidē A
pauciora existant/ arbitretur non posse/ plu-
ra vero ea faciat/ & ita numeret. fere etenim
species æquales aut non pauciores iis sunt:
ex quibus dũ de eis causas quęrerēt/ ad illas
processerunt. nā secundũ vnũquodq; æqui-
uocum quid est/ & (præter substantias) cæ-
terorum quoq; in multis est vnũ/ & in his/
& in sempiternis. Item quibus modis ostē-
ditur ꝙ species sunt: secundũ nullum eorũ
apparet. e quibusdā nāq;: nō est necesse fieri
syllogismũ. e quibusdā vero etiā quorũ non
putamus: horũ species fiunt. secundũ nāq;
rationes q̄ ex sciētiis: species erũt oīm quo-
rũ scientię sunt. secundũ vero vnũ in multis:
& negationũ. at secundũ q̄d intelligit̄ quip-
piā eo corrupto: etiā corruptibiliũ. siquidē
quicq̄ est horũ phantasma. Insuꝑ rationũ q̄
magis certę sunt/ quędā q̄dē eorũ quę ad ali
quid sunt/ ideas faciunt: quorum non dici-
mus esse per se genus. quædā vero: tertiũ ho
minem dicunt. & simpliciter hæ de specie-
bꝰ ratiōes illa perimũt: q̄ magis esse q̄ ipsas
ideas esse volunt qui dicunt species. Acci-
dit enī nō dualitatē esse primā/ sed numerũ:

Cap. 7.

Beſſario.

& quod ad aliquid eo qđ per ſe eſt. & cun⸗
cta quæcunq; cum quidam ſequerentur/de
ideis opiniones: aduerſati principijs ſunt.
Item ſecundum exiſtimationem/ſecundum
quã eſſe dicimus ideas: non ſolum ſubſtan⸗
tiarum/ ſed multorum etiam aliorũ ſpecies
erunt. etenim vnus conceptus non ſolũ de
ſubſtantijs:ſed de cæteris etiam eſt.& ſcien⸗
tiæ non ſolum ſubſtãtiæ: ſed etiam aliorum
ſũt.& cætera huiuſcemodi accidũt infinita.
Secũdũ vero neceſſitatem/ & opiniones de
eis:ſi ſpecies participabiles ſunt/ neceſſe eſt
ſubſtantiarum ſolum eſſe ideas.non enĩ ſe⸗
cundum accidẽs participatio earum eſt:ſed
eatenus oportet vniuſcuiuſq; participẽ eſſe/
quatenus dicitur non de ſubiecto. dico au⸗
tem/vt ſi quid ipſo duplo participat/hoc eti⸗
am æterno participat: ſed ſecundum acci⸗
dens.accidit enim duplo:æterno eſſe. quare
ſpecies:ſubſtantia erunt.hæ autem hic & ibi
ſubſtantiã ſignificãt.An quicq̃ erit dicere eſ
ſe aliquid præter has: vnum in multis? Et
ſi eadem ſpecies eſt idearum & participan⸗
tium: erit aliquid commune. cur enim ma⸗
gis in corruptibilibus dualitatibus & pluri⸗
bus quidem ſed æternis/dualitatem eſſe vnũ
& idem ſit:q̃ in hac & quadã? Et ſi non eſt
eadem ſpecies: æquiuocatio erit profecto/
& ſimile ac ſi quis & Calliam & lignum ho⸗
minem appellarit/ quorum nullam inſpicit
cõmunicationem.Potiſſimũ vero dubitabit
aliquis: quidnam ſpecies conferant ſempi⸗
ternis ſenſibilium/ aut illis quæ fiunt & cor⸗
rũpuntur.nec enim motus nec alicuius trãſ⸗
mutationis: eis cauſæ ſunt. At nec ad ſcien⸗
tiam aliorum:proſunt.nec enim horum:illę/
ſubſtãtia ſunt.in his etenim eſſent.nec ad eſ⸗
ſe:cum non inſint participantibus.Ita eteni
fortaſſis cauſæ putabũtur eſſe:vt album mi
xtum albo.ſed iſta ratio facile redargui po⸗
teſt:quam Anaxagoras prius/Eudoxus ve
ro poſterius/& quidam alij dixerunt. facile
enim eſt multa & impoſſibilia ad hanc opi⸗
nionẽ congerere. At nec ex ſpeciebus cætera
ſũt:ſecũdũ vllũ illorũ modorũ qui dici ſolẽt.

Anaxagoras. Eudoxus.

Argyropylus.

& id quod eſt ad aliquid: prius ſit
eo quod eſt per ſe. & vniuerſa etiã
ea: quibus opiniones quidam de
ideis ſecuti/prĩcipijs ſũt aduerſati
Præterea exiſtimatione quidẽ qua 29
ideas dicimus eſſe:nõ ſolũ ſubſtan
tiarũ erũt formæ/ ſed multorũ etiã
cęterorũ.eſt enĩ id vnũ qđ mẽte cõ
cipitur:nõ modo circa ſubſtãtias/
ſed etiã circa cætera.et ſciẽtiæ non
ſubſtantiæ ſolũ/ ſed cæterorũ etiã
ſunt.& alia eueniũt huiuſmodi in⸗
finita. Neceſſitate autẽ opinioni⸗ 30
buſve quæ de ipſis habẽtur:ſi for⸗
mę participabiles ſunt/ ſubſtãtiarũ
dũtaxat ideas eſſe neceſſe eſt. non
enĩ per accidẽs participãt:ſed hoc
cuiuſq; quodq; particeps eſſe opor
tet/quo non dicitur de ſubiecto.ve
luti ſi quippiã ipſi9 dupli particeps
eſt:& id perpetui particeps eſt/ſed
per accidẽs.accidit enĩ duplo: ꝑpe
tuum eſſe.quare formæ:ſubſtantiæ
erũt.atq; hæ:ſubſtãtiã & hic & ibi
ſignificãt.Vel quid id erit:vnũ inq̃
ipſũ in multis aliquid eſſe ꝑter hæc
ipſa dixiſſe? Atq; ſi ſpecies quidẽ
earũ eſt idearũ/ earũq; rerum quæ
ſunt participes:erit aliquid ꝑfecto
cõmune. cur enim in dualitatibus
ijſce q̃ corrũpuntur/& dualitatib9
multis quidẽ ac æternis:dualitatis
ꝑdicatio magis vna eſt eadẽq;/q̃ ĩ
hac atq; aliqua?Si vero nõ eadem
ſpecies eſt:nomẽ dũtaxat erit cõe/
& ꝑinde ac ſi qſpiã Calliã ac lignũ
hoĩem vocet/nulla ipſorũ ratiõe vi
ſa cõmuni.Maxime vero oĩm id 31
quiſpiã dubitauerit: quidnã formę
ꝑpetuis ſẽſibilibus/aut hiſce q̃ ori⸗
untur ac occidũt cõferãt?Neq; enĩ
mot9 neq; mutatiõis vlli9:ipſis ſũt
cauſæ.At vero neq; q̃cq̃ ad ſciẽtiã
cęterorũ cõducũt.neq; enĩ ſunt ho
rũ illæ:ſubſtãtia. eſſent enĩ in iſtis.
neq; vt ſint cõferũt: quippe cũ nõ
inſint in ijſce rebus q̃ ſunt partici⸗
pes.At enĩ hoc forſitan pacto vide
bunt̃ cauſæ eſſe:vt albus color mi⸗
xtus cum corpore/ mixti corporis
cauſa eſt. ſed hic ſermo facile ad⸗
modũ imminui poteſt: quẽ Anaxa
goras quidem prius/ Eudox9 autẽ
poſteri9 & alij qdã dicebãt. eſt enĩ
ꝑfacile multa abſurda ad huiuſce⸗
modi opinionẽ et ĩpoſſibilia ĩferre.
Atq nec vllo eorũ modorũ ex ipſis
formis ſũt cętera:q̃ dici cõſueuerũt

Argyropylus.

32 ¶Dicere autẽ exẽplaria esse resq;
cęteras ipsorum esse participes: su
peruacaneum est/ & tralationibus
poeticis simile. Quid est enim quod
ad ideas respiciens: operatur? et
insuper & esse quoduis & fieri si=
mile potest: etiam si ad similitudi=
nem illius non producatur. quare
et si sit & si non sit Socrates: fieri
potest qualis est Socrates ipse. simi
li modo fieret: & si Socrates perpe
tuus esset. Præterea exẽplaria plu=
ra eiusdem erunt. quare & formæ.
vt hominis: animal & bipes/& in=
33 super ipse homo. Præterea formæ:
non sensibilium solum/sed ipsarum
etiam formarum exemplaria erũt.
veluti genus ipsum: vt specierum
genus. quare idem erit exemplar
atq; imago. Præterea fieri non pos=
se videbitur: vt hæc sint seorsum/
substantia inquam & id cuius dici=
tur substantia esse. quare quonam
pacto seorsum erũt ipsæ ideæ si sũt
substantiæ rerum? in Phedone au=
tem & vt sint ipsæ res & vt fiãt cau
34 sæ/formæ dicuntur. Et tamen non
fiunt ea quæ sunt/& si sunt formæ:
nisi sit id quod est moturum. & in=
super multa alia fiunt/vt domus ac
annulus: quorum non dicimus esse
formas. quare patet & cætera etiã
et esse & fieri posse: & per tales cau
sas/per quales fiũt & ea quæ modo
35 sunt dicta. ¶Præterea si formę sint
numeri: quonã modo causæ erunt?
ex eo ne quia ea quæ sunt: alij nu=
meri sunt? vt hic quidem nume=
rus homo/hic autem Socrates:
hic vero Callias? Cur igitur his: illi
sunt causæ? nichl enim refert: si il=
li quidem perpetui sunt/hi vero
36 nõ sunt. Qz si propterea ꝙ ea quæ
sunt hic/rationes sunt numero=
rum ceu concentus: patet vnum
quid esse ea quorum sunt ratio=
nes. ꝙ si id est materia: patet & ip=
sos numeros quasdam fore quo=
rumdam inter se rationes. dico au=
tem hoc pacto. si Callias sit ratio
in numeris ignis & terræ & aeris
atq; aquæ: & aliorũ subiectorũ quo=
rũdam & ipse homo. siue numerus
sit quidã/siue non sit: ratio tamen
quorũdam in numeris et non nu=
merus erit/neq; ob hæc numerus
37 quidã erit. Præterea multis ex nu=
meris: vnus fit numerus. ex formis

Bessario.

¶Dicere vero exẽplaria eas esse/ & cætera 85
eis participare: vaniloquia/ & metaphoras
poeticas dicere est. Quid enim est quod a=
git: ad ideas inspiciens? possibile enim est &
esse & fieri quodcunq; simile: etiam non ad
illius imaginem. quare & existente Socra=
te & non existẽte: fiet vtiq; qualis Socrates
est/similiter autem etiam si Socrates sempi=
ternus esset. At eiusdem erunt plura exem=
plaria. ergo etiã species. veluti hominis: ani=
mal/& bipes/simul autem & idealis homo.
Item nõ solum sensibilium exemplaria spe=
cies erunt: verum etiam ipsarum (vtputa ge=
nus/tanq̃ genus) specierum. quare idem erit
exẽplar & imago. Item videri possit impossi
bile esse separatam substantiam & cuius est
substãtia. quare quo modo ideæ cum rerum
substãtiæ sint/separatæ fuerit? in Phædone
ita dicitur/ꝙ tum ipsius esse/ tum ipsius fieri
species causæ sunt. q̃q̃ speciebus existẽtibus:
non tamen participãtia fiũt/si non sit quod
moueat. At multa alia fiũt velut domus aut
annulus: quorum non dicimus esse species.
quare patet posse contingere cætera quoq;
et esse & fieri: etiam propter tales causas/
quales eorum quæ nunc dicta sunt. ¶Item 86
si species numeri sunt: quomodo erunt cau=
sæ? vtrum quoniam ipsa entia: sunt diuersi
numeri? vtputa hic quidẽ numerus homo/
hic vero Socrates/hic autem Callias? Cur
igitur illi his causæ sunt? etenim si hi qui=
dẽ æterni/hi vero non: nichil differt. Qz si
quoniam proportiones numerorum hæc/
aut consonãtia: patet ꝙ vnum quiddam erit
quorum proportiones sunt. si igitur hoc
materia est: manifestum est ꝙ ipsi etiam nu=
meri proportiones cuiusq̃ alterius ad alte=
rum erunt. dico autem vt si Callias propor=
tio est in numeris ignis/terræ/aquæ & aeris:
et ipse homo aliquorum aliorum subiecto=
rũ erit. & idea numerus/ac etiã ipse idealis
homo/siue aliquis numer9 sit siue non: erit
tamẽ ꝓportio in numeris aliquorũ/et nõ nu
merus. et ꝓpterea: nullus erit numerus. Itẽ e
multis numeris: vn9 numer9 fit. ex specieb9

EXEMPLAR

Phædon.

Bessario.

vero: quomodo species vna? Q; si nec ex
his/sed ex numerabilibus/vt ex decem mili-
bus quomodo se habēt vnitates? siue enim
eiusdem speciei sunt: multa inconuenientia
sequētur. siue non eiusdem speciei/nec eædē
inuicem/nec cæterę omnes omnibus: in quo
different cum impassibiles sint? hæc enim
nec rationabilia sunt: nec intellectioni con-
sentanea. Item necesse est aliud quiddā nu-
meri genus ponere: circa quod arithmetica/
et omnia quæ media dicuntur a quibusdā.
quę quomodo aut ex quibus principijs sūt/
aut cur ista sunt: quæ media illorum & ho-
rum erunt? Item vnitates quæ in dualitate
sunt: vtraq; ex aliqua priore dualitate. at
hoc impossibile est. Item cur vnum est: nu-
merus collectus? Itē ad hæc quę dicta sunt:
si vnitates differentes sunt/oportet ita dice-
re sicut quicūq; quatuor aut duo dicunt ele-
menta. etenim horum singuli non dicūt ele-
mentum quod cōmune est vtputa corpus:
sed ignem & terram/siue commune quid sit
corpus siue non. nunc autem dicitur ac si
vnum ita esset (vt ignis aut aqua) similium
partium. q; si ita sit: numeri non erunt sub-
stātię. Sed si ipsū vnū aliquid est/et hoc prin
cipiū est: patet q; vnū multipliciter dicitur.
aliter nāq; impossibile est. volētes autē sub-
stātiā referre ad principia: lōgitudines qui-
dem ex longo & breui/ponunt ex quodam
paruo & magno. planū vero: ex lato & stri-
cto. corpus autē: ex alto & humili. At quo-
modo aut planum habebit lineam/aut so-
lidum lineam aut planum? aliud nāq; ge-
nus latum & strictū: altum & humile. quē-
admodū igitur neq; numerus est i eis/ eo q;
multum & paucum ab his aliud est: ita ma-
nifestum est q; nec aliud quicq̄ superiorum
inferioribus inerit. at vero nec latum: genus
alti est. etenim corpus: esset planū quid. Itē
puncta: ex quo insunt? at horum generi ad-
uersabatur Plato: tanq̄ existenti dogmati
geometrico. sed nominabat principiū lineę:
hoc vero sępius ponebat lineas indiuisibi-
les. atq̄ necesse est: harū aliquē esse terminū.

Argyropylus.

autē: quomodo forma vna fieri po
test? Q; si nō ex ipsis/sed ex vnitati
bus quę sūt in numero vt in cētena
rio fiūt: quonā pacto vnitates se ha
bēt? nā si eiusdē sint speciei: cōplu-
ra euenięt nimirum absurda. si non
eiusdem/nec eædē sint inter se/nec
cæterę ōnes: quo different/cū exper 38
tes sint passionis? neq; enim cōso-
na sunt hæc rationi: neq; consenta-
nea mēti. Præterea gen9 aliud cōfi-
cere numeri circa quod arithmetica
versetur/necesse est: et omnia quæ 39
a quibusdā media nūcupātur. quæ
quo modo sunt/aut e quibus prin-
cipijs sunt: aut cur horum & ipso-
rum media erunt? Præterea vtraq; 40
vnitas quæ est in dualitate: ex alio
erit priore/ex ipsa inquam dualita-
te. at fieri nequit. Pręterea: propter
quid numerus vnum est compræ-
hensus? Insuper si vnitates diuersæ 41
sunt: oportebat eos perinde dicere/
atq; ij dicunt qui elemēta quatuor
aut duo asserunt esse. nam horum
non elementum esse dicit quisq; ip-
sum commune veluti corpus: sed
ignem ac terram/siue sit corpus ip-
sum commune/ siue non sit. nunc
autem perinde dicitur: ac si vnum
ipsum similiū esset partiū. vt ignis
vel aqua. q; si ita sit: numeri sub-
stantiæ sane non erunt. At patet/si
est quid vnū ipsum atq; id est prin-
cipium: multipliciter vnum dici. se-
cus enim: est impossibile. in princi-
pia autem substantias volentes re-
digere: longitudines quidem ex 42
breui ac lōgo/ex aliquo paruo ma-
gnoq; ponimus. & planum: ex lato
atq; angusto. corpus autē: ex pro-
fundo ac humili. At quonam mo- 43
do planum habebit lineam: aut so-
lidum lineam atq; planum? aliud
est enim genus latū atq; angustū:
et profundum ac humile. vt igitur
neq; numerus est in ipsis/quia mul-
tū ac paucū ab his est diuersum: sic
patet nec aliud quicq̄ inferis supe-
rorum inesse. at vero neq; latū ip-
sum: genus est ipsius profūdi. esset
enim corpus ipsū: quid planū. Pręte-
rea: ex quonā inerūt puncta? atq;
huic generi Plato aduersabatur: es-
seq; geometricā opinionē dicebat.
sed principiū lineæ vocabat: idq; li-
neas īdiuiduas psępe ponebat. & ta
mē harū finē quēdā esse: necesse est.

Argyropylus.

Quare ex ea ratione qua linea est:
44 et punctũ etiã est. ¶Omnino autẽ
philosophia quærente manifesta-
rum causam rerũ: hãc quidẽ omisi-
mus. nichil enĩ de causa dicimus:
vnde est mutationis principium.
substantiã autẽ ipsarũ dicere putan
tes: alias quidẽ substãtias esse dici-
mus. Quomodo autẽ harũ illæ sũt
causæ: dicere vane videmur. esse
enim particeps (vt antea diximus)
nichil esse videt. Neqȝ id etiã quod
circa sciẽtias causã esse videmus/
propter quod & omnis mẽs & om-
nis natura facit/ & quod vnũ prin-
cipiorũ dicimus esse: ideæ formæqȝ
tangũt. sed mathematicæ sciẽtiæ:
iisce qui hac tẽpestate sũt/ philoso-
phia fuerũt/ quãq̃ inquiũt aliorum
gratia ipsarũ studio vacare oporte-
45 re. Præterea substantiã ipsã subie-
ctã/ vt materiã mathematicã quis-
piã magis existimabit: & prædicari
magis substãtiæqȝ atqȝ materiæ dif-
ferẽtiam q̃ materiã esse/ magnũ in-
quã ipsũ ac paruũ. queadmodũ et
naturales rarũ dicũt & dẽsum: pri-
mas hęc asserẽtes subiecti differẽti-
as esse. hęc enĩ: excessus quidã sunt
& defect9. ¶De motu vero: qd pu
tare oportet? si mot9 hęc sũt: formæ
mouebũtur vt patet. sin vero non
46 sũt: vnde motus accessit? tota nãqȝ
cõsideratio de natura: sublata est.
Id p̃terea nõ fit: qđ facile esse vide-
tur/ vnũ inquã esse oĩa demonstra-
re. non enĩ ipsa designatione: vnũ
omnia fiũt. Sed ipsũ quid vnũ/ si
quispiã omnia præstet: & neqȝ etiã
hoc/ nisi ipsũ vniuersale genus de-
derit esse. hoc autẽ: quibusdã accõ-
modari nõ potest. at vero neqȝ ra
tionẽ vllã habẽt longitudines/ pla
na ac solida/ quæ sũt post nume-
ros: quonã pacto sũt aut erũt/ neqȝ
vim vllã habẽt. hęc enĩ: neqȝ formę
esse possunt. quippe cũ nõ sint nu-
meri neqȝ media. illa enĩ sũt mathe
matica. neqȝ ea quæ corrumpũtur.
47 sed rursus: quartũ hoc aliud gen9
emerget. Omnino autẽ fieri nõ po
test: vt elemẽta eorũ q̃ sũt quisq̃ in-
ueniat quęrẽdo/ si nõ ipsa (cũ mul-
tipliciter dicãtur) distinxerit. pręser
tim si hoc modo q̃rat: ex q̃bus nã
sint elemẽtis. fieri enĩ nõ potest: vt
ea ex quibus actio constat/ aut pas-
sio/ aut rectũ accipiantur. sed sub-

Bessario.

Quare ex qua ratione linea est: punctum
quoqȝ est. ¶Et simpliciter cum sapiẽtiæ sit/ 87
de manifestis causam quærere: hanc quidẽ
prætermisimus. nichil enim de causa dici-
mus: vnde principium trãsmutationis. sub-
stantiam vero eorum dicere putantes: alias
substãtias esse dicim9. Quomodo vero illæ
horũ substantiæ: incassum dicimus. partici-
pare nãqȝ (vt prius diximus) nichil est. Nec
illam etiam/ quam sciẽtijs esse causam vide-
mus/ propter quã omnis intellectus & om-
nis natura facit/ nec illã causam quam vnã
de pricipijs esse dicimus: ipsæ species at-
tingunt. sed qui hac ætate sunt ijs mathe-
mata facta sunt philosophia: q̃uis dicant
aliorum gratia ea oportere tractare. Item
subiectam substantiam vt materiam ma-
gis mathematicam quis profecto putaue
rit: ac magis prædicari & differentiam sub-
stantiæ ac materiæ esse/ veluti magnum &
paruum/ sicuti aiunt physiologi rarum &
densum/ primas subiecti dicentes has dif-
ferentias esse. hæc etenim: excessus quidam
& defectus sunt. ¶De motu autem. si hæc 88
quidẽ motus erũt: patet ꝙ species mouebũ-
tur. Qȝ si non: vnde euenit? tota etenim de
natura consideratio perit. Et quod facile
probare videtur/ ꝙ omnia/ vnum: non fit.
expositione etenim: nõ fiũt omnia vnũ. Sed
ipsum vnum si quis cõcedat omnia: nec hoc
quidem/ nisi quis vniuersale cõcedat esse ge-
nus. hoc autem: in quibusdam impossibile.
nullam autem rationem habẽt/ nec illæ quæ
post numeros/ longitudines/ plana/ & soli-
da sunt: nec quomodo sunt aut futura sunt/
nec si quam vim habent. hæc enim nec spe-
cies possibile est esse. non enim sunt numeri:
nec media. mathematica enim illa sunt. nec
corruptibilia. sed rursus quartũ aliud qđ-
dam hoc genus apparet. Et simpliciter ele-
mẽta quærere entium non diuidendo/ cum
multipliciter dicãtur: ĩpossibile est inuenire.
præsertim cũ hoc modo quærãt: ex quibus
elemẽtis est. ex quib9 enĩ ipsũ agere aut pati
aut ipsum rectũ: nõ est accipere. ꝙ si est: sub-

Cap. 7

Bessario.

89 stantiarum solum esse potest. ℂ Quare aut
quærere aut putare habere omniū existen-
tium elemēta: non est verum. quomodo ve-
ro aliquis: cunctorum elementa discet? ma-
nifestum est enim: ꝙ non est possibile quicq̄
eum cognoscere prius. quemadmodū enim
ille qui geometriam discit/aliqua quidē prę-
scire contingit. quorum vero illa scientia est
et quæ docendus est nichil præscit: ita & in
cæteris. Quare si qua cūctorum est scientia
(vt quidam aiunt) nichil profecto is præco-
gnoscere posset. atqui omnis disciplina per
præcognita aut omnia aut aliqua est. & aut
per demonstrationem: aut per diffinitio-
nes. ex quibus enim diffinitio est: illa præco-
gnoscere oportet ac nota esse. similiter &
90 quæ per inductionem. ℂ At si innata nobis
est: mirum est quomodo nos fugit/optimā
scientiarum habentes. Item quo pacto quis
cognoscet: ex quibus est/& quomodo ma-
nifestum erit? etenim hoc habet ambiguita-
tē. Dubitabit enim quispiā: sicuti & de qui-
busdā syllabis. quidā enī syllabam SMA:
ex S et M & A aiunt esse. quidam vero ali-
um sonum esse dicunt/& nullum ex notis.
Item quorum sensus est: ea quomodo quis
noscet sensum non habēs? atqui oporteret.
siquidē eadē cunctorū elemēta sunt: ex qui-
bus (sicuti cōpositæ voces) ex proprijs sunt
91 elementis. ℂ Q̄ igitur illas quæ in de natu-
ralibus dictæ sunt causas cuncti quærere vi-
deātur/& præter illas nullam aliam dicere
habeamus: ex illis quæ dicta sunt prius/pa-
tet. sed eas: obscure dixerūt. quodam modo
enim omnes dictę sunt prius: quodam mo-
do minime. balbutiēti enim assimilata fuit
prima philosophia de ōnibus: tanq̄ in prin-
cipijs noua existēs. nam & Empedocles: os
ait esse ratione. hoc autē est quod quid erat
esse & rei substātia. At verosimiliter necesse
est etiam carnis/cæterorumq; singulorum
esse rationē aut nichil esse. propter hoc enim
et caro/& os/cęterorūq; vnumquodq; est. &
non propter materiā: quam ille ignem/ter-
rā/aquam/& aerē ait. sed hæc altero dicēte/

Empedocles.

Argyropylus.

stantiarū tantūmodo sumi possunt.
ℂ Quare rerū omniū elemēta quę-
rere/aut habere putare: superuaca-
neum est/& non verū. quonā etiam
pacto quispiā elementa omniū di-
scet? patet enī: antecedere non pos-
se cognitionē. nam vt is qui geo-
metriam discit / alia quidem ante
cognoscere potest/nichil autē eo-
rum quorū est scientia/& quæ sunt
sibi discenda prius cognoscit: sic &
in alijs fieri solet. Quare si omniū
aliqua sciētia est/qualem inquiunt
quidam: nichil is antea sane cogno
scit. omnis tamē disciplina per an- 48
tea nota aut omnia aut aliqua fit:
et aut per demonstrationē/aut per
diffinitiones efficitur. ea enim ex
quibus diffinitio constat: antea co-
gnoscātur & sint nota oportet. simi
liter & ea: quæ fit per inductionem.
ℂ Atqui si est insita nobis: mirabi- 49
le est profecto quo pacto nos latet
potissimā scientiarū habere. Præ-
terea quonā pacto quispiā cogno-
scet: ex quib9 sūt oīa/& quonā mo-
do patebit? hoc enī: habet dubita-
tionē. Dubitauerit enim quispiam:
perinde atq; circa etiam syllabas
quasdam. nam quidam XA sylla-
bam ex C & S et A constare dicūt:
quidā alterum sonū ipsius propriū
inquiūt esse/& nullū eorū qui noti
sunt. Pręterea quonam modo quis
piā sensum nō habēs: ea quorū est
sēsus cognoscet? oportebat tamē:
si omniū ea sunt elemēta/ex q̄bus
perinde atq; cōpositę voces ex ele-
mentis ꝓprijs cōstāt. ℂ Ex his igi- 50
tur quæ prius sunt dicta patet: eas
vniuersos videri causas quærere
(quāuis obscure) quas in naturali-
bus diximus. nullamq; nos aliam
præter illas dicere posse. atq; prius
partim omnes: partim nullo modo
dictas fuisse. prima namq; philoso- 51
phia / vt noua quædam primoq;
orta: balbutiens de omnibus esse
videtur. nam & Empedocles/ os
ratione constare dicit. hoc autem
est quidditas rei substātia ve. Atqui
similiter & carnis/cæterorumq; cu-
iusq; rationē/ vel nullius esse: opor
tet. ob hoc enim & caro/& os &
vnumquodq; cæterorum: est. et
non ob materiam: quam illæ ter-
ram/ignem/aerem atq; aquam esse
dicit. verū hæc ille/si alius diceret/

Argyropylus.

necessario concessisset: dilucide vero non dixit. sed de his quidem & prius est declaratum. nunc autem redeamus: ea rursus allaturi/ quae de eisdē quispiā dubitabit. ex ipsis enim facultatē ad posteriores dubitationes forsitan consequemur.

¶Primi Metaphysicorum Aristotelis interprete Argyropylo/ libri finis.

¶Secundus metaphysicorū Aristotelis interprete Argyropylo.

1 

Ontemplatio veritatis: partī difficilis/ partī facilis est. īditiū autē est: neq; digne queq̄ ipsā cōsequi posse/ neq; vniuersos etiā aberrare. sed queq; de natura aliqd dicere/ & singulos quidē nichil aut parū ad ipsā cōferre: ex ōnibus autē cōgestis magnitudinē quādā emergere. Quare si ita sese habere videtur vt dicere prouerbio consueuimus/ quis nam ostiū nō attinget: hoc quidē pacto facilis erit. at totum ac partem habere non posse: id difficultatem ipsius ostendit. ¶Fortasse autem cū difficultas duobus sit modis: non in rebus sed in nobisipsis/ difficultatis est causa. nam vt vespertilionum oculi sese habēt ad lucem dei: sic & nostrae animae mens/ ad ea sese habet quae manifestissima omnium sunt natura. ¶Non solum autem iisce quorum quispiam opiniones acceptabit atq; vtetur: sed etiam iisce qui veritatem non penitus attigerunt/ gratias habere oportet. et hi nanq;: & aliquid cōtulerunt. habitum enim nostrum excitauerunt ac acuerunt. nam si Timotheus non fuisset: non tantam haberemus artem cantandi. et si Phrynis non antecessisset: non talis Timotheus euasisset. eodem modo res sese habet: & de iisce/ qui

Bessario.

necessario cōsensisset profecto: clare tamen nō dixit. de his igitur & antea manifestū est. quodcūq; autē de his q̄spiā dubitauerit: rursus repetamus. fortassis etenī: ex eis aliq̄d facultatis habebim9 ad futuras dubitationes.

¶Primi metaphysicorum Aristotelis interprete Bessarione/ libri finis.

¶Secundus metaphysicorum Aristotelis interprete Bessarione.



Peculatio de veritate: partim difficilis / partim facilis est. signum autem/ q; neq; satis eam aliquis consequitur: neq; aberrant omnes ab ea. sed quisq; aliquid de natura dicit/ & singuli quidē nil aut parū ei addūt: ex omnib9 vero collectis aliqua magnitudo fit. Quare si ita se videt̄ habere vt ī ꝓuerbio dicimus/ quis aberrabit a ianua: hoc modo profecto facilis esset. totū autē & partem habere non posse: hoc eius difficultatē ostēdit. ¶Cum vero difficultas 2
duobus sit modis: fortassis causa eius non rebus sed nobisipsis inest. quemadmodum enim vespertilionum oculi ad lumen diei se habent: ita & intellectus animae nostrae ad ea quę manifestissima omniū sunt. ¶Ve 3
rum non solum illis agendae sunt gratiae quorū opinionibus quis acquiescet: sed illis qui superficie tenus dixerunt. conferunt enī aliquid etiam isti. habitum nanq; nostrum exercuerūt. si enim Timotheus non fuisset: multum melodiae nequaq̄ habuissemus. si tamen Phrynis non extitisset: ne Timotheus quidem. simili modo & de illis est: qui

Timotheus.

Phrynis.

Bessario.

de veritate asseruerunt. a quibusdam enim
aliquas accepimus opiniones. quidam vero:
4 vt hi fierent/causa fuerunt. ¶Recte autem
se habet: philosophiam/scientiam veritatis
appellare. speculatiuæ etenim finis: veritas.
practicæ autem: opus. etenim si quo modo
se habent considerant: non causam per se
sed ad aliquid/ & eo in tēpore practici spe-
5 culantur. ¶Nescimus autē verū: absq; cau-
sa. vnūquodq; vero id ipsum maxime/alio-
rum est: secundum quod alijs vniuocatio in-
est. vtputa ignis: calidissimum. etenim cæte-
6 ris: hic est caliditatis causa. ¶Quare verissi-
mū etiam est: id quod posterioribus vt vera
7 sint/ causa est. ¶Propter quod principia
semper existētium: necesse est verissima esse.
nec enim aliquādo vera. nec illis vt sint/ali-
8 quid aliud causa est: sed illa/cæteris. ¶Qua
re vt secundum esse vnumquodq; se habet:
ita etiam secundum veritatem.

CAP. II.

9 AT vero ꝙ est principium ali-
quod/ neq; sunt infinitę entiū
causę/neq; in rectum/neq; se-
cundum speciem: patet. nec
Materia. enī vt ex materia: hoc ex hoc
potest esse infinitum. vt carnē
ex terra/terrā ex aere/aerem ex igne: & hoc
Efficiens. non stare. Nec vnde principium motus. ve-
luti hominē quidem ab aere moueri/hunc
vero a sole/solem autem a contētione: & hu-
Finis: ius nullū esse finem. Similiter nec cuius cau
sa: in infinitū progredi potest. vt deambula-
tionē quidem sanitatis causa/illam vero fœ-
licitatis/ fœlicitatē vero alterius: & ita sēper
aliud alterius gratia esse. Similiter autē &
Forma. 10 de eo quod est quod quid erat esse. ¶Me-
diorum sane quorū extra aliquid vltimū et
primū est: necesse est qđ prius est/causā esse
eorū q̄ post illud sūt. si enī dicere nos opor-
tuerit quid trium causa est: primū dicemus.
non enim vltimum (nullius enim: quod vlti-
mum est) neq; medium. vnius enim. nil
enim differt vnum an plura sint/nec infinita
an finita. infinitorum quidem hoc modo/

Argyropylus.

de veritate dixerunt. a quibusdam
enim: opiniones quasdam suscepi-
mus. at quidā: vt illi talia sentirent/
causa sane fuere. ¶Recte autē sese 3
habet & illud: scientiam inquam
philosophiæ/ veritatis appellari cō
tēplationē. nā finis quidē cōtēpla-
tiuæ: veritas est. actiuæ autē: opus.
etenī si quo modo res sese habet/
actores ipsi cōsiderāt: nō tamē eius
causā per se/nec vt ꝑpetuo talis est/
sed vt ad aliqd atq; vt nunc contē-
plātur. ¶Verū autē: sine causa ne- 4
scimus. vnūquodq; autem maxi-
me cæterorū est ipsū: quo & cæteris
nomen idē cum eadem competit
ratione. vt ignis: est calidissimum.
nā cæteris: hic caliditatis est cau-
sa. ¶Quare & id est verissimū: qđ
est posteriorib9 vt vera sint causa.
¶Quapropter eorū principia quę
sunt sēper: verissima sint sēper/ne-
cesse ē. nō enī īterdū sūt vera. neq;
illis vt sint quicq̄ est causa: sed cæ-
teris/ illa. ¶Quare vt qđq; est: sic 5
& veritatis particeps est. CAP. II.



T vero constat: prin-
cipium quoddā esse/
et neq; ꝑfectione re-
cta/neq; specie infini-
tas rerum causas esse.
fieri enī nō potest vt aut in materia
cū hoc ex hoc oritur/abeatur in in-
finitū. vt caro quidē ex terra/terra
autē ex aere/ aer vero ex igne fiat:
& huiuscæ null9 sit finis. Aut in eo:
vnde est principiū mot9. vt homo
quidē ab aere/aer autē a sole/sol ve
ro a discordia moueat̄: & huiuscæ
sit exit9 null9. simili modo neq; ī eo
gratia cui9 cætera sūt atq; fiūt: ī infi-
nitū ꝑfectio esse potest. vt ābulatio
quidē sanitatis/hæc autē fęlicitatis/
fœlicitas vero cuiuspiā sit identidē
gratia: atq; hoc pacto aliud sit ob
aliud sēper. Eodē modo: nec ī rati-
one in infinitum abitio esse potest.
¶In hisce nāq; mediis extra q̄ vlti- 6
mū est atq; prius: necesse est id qđ
est prius eorū q̄ sūt post ipsū/causā
esse. si enī dicere nobis fuerit opus
quid ex trib9 est causa: primū sane
dicemus. non enī dicemus vltimū:
quippe cū nulli9 sit ipsū vltimū cau
sa. at neq; mediū. est enī vni9 vt pa
tet causa. nichil enī interest: vnum
an plura sint media/& finita an in-
finita. infinitorum vero hoc pacto/

Argyropylus.

infinitiq; ōnino: partes omnes vsq;
adhoc præsens similiter medię sūt.
Quare si nichil sit primū: causa nul
7 la ōnino est. ¶At vero neq; ad in=
fera/ si supera principium habent:
in infinitū profecto esse potest. vt
ex igne quidē aqua/ ex hac autem
terra: & sic semꝑ aliud qddā gen⁹
fiat ac oriatur. ¶Dupliciter enim
hoc ex hoc fit: non vt hoc post hoc
fieri dicitur. velut ex isthmijs dicū=
tur olympia fieri: sed vt aut vir ex
puero mutationē subeunte fieri di=
citur/ aut aer ex aqua. ex puero igi=
tur virū fieri dicim⁹: vt ex eo quod
fit id qđ factum est/ aut ex eo quod
perficitur id quod est pefectum. Vt
enim inter esse atq; non esse mediū
est generatio: sic & inter id quod est
atq; id quod nō est/ id quod fit me=
dium semper est. qui autem discit:
fit sciens. & id est quod dicitur: ex
addiscēte fieri scientem. ex aere ve=
ro fit aqua altero subeūte corrupti=
onem. ¶Quapropter in illis quidē
non fit reflectio: neq; fit puer ex vi=
ro. non enim ex generatione fit
id quod fit: sed est post generatio=
nē. sic enim ex aurora fit dies: quia
post illā. iccirco neq; ex die fit auro=
ra. in hisce vero reflexio fit. ¶Neu=
tro autem modo in infinitū abitio
esse potest. etenim illorū quidem cū
sint media: finem esse necesse est.
hæc autem: reflectuntur. alterius
enim corruptio: alterius est gene=
ratio. ¶Et insuper fieri nequit: vt
ipsum primū cum perpetuum sit/
corrumpatur. cum enim generatio
nō in infinitū sursū ꝓficiscat̄: id ex
quo corrupto primo quippiā ortū
est/ perpetuum nō esse necesse est.
8 ¶Præterea id gratia cuius cætera
fiunt: est finis. tale autē est id: quod
non ob aliud fit/ sed alia illius gra=
tia fiunt. quare si vltimum tale fue=
rit: non erit in infinitum abitio: sin
vero nichil fuerit tale: nō erit id gra
tia cuius cætera fiūt. sed qui infini=
tionē faciunt: ipsius boni naturā e
medio tollūt. & tamē nemo quicq̄
agere aggredieť: si nō sit ad vltimū
9 accessurus. Neq; ꝑfecto mēs erit in
ratiōe rerū. gratia nāq; cuiuspiā sē
per is agit: q mētē habet. hoc enī:
est vltimū. vltimum vero: est finis.
10 ¶At vero neq; q̄dditas ī aliā diffini
tionē abūdātē ratiōe redigi potest.

Bessario.

et simpliciter infiniti: omnes partes mediæ
sūt similiter hucusq;. Quare si primū nichil
est: ōnino nulla causa est. ¶Et neq; deorsum 11
possibile est in infinitū descēdere: cū id quod
sursum versus/ principium habet. vt ex igne
quidem aquam/ ex hac vero terram: & ita
semper aliud quoddam genus fieri. ¶Du= 12
pliciter enī hoc ex hoc fit: nō vt hoc post hoc
dicitur. vt ex isthmijs ludis/ olympiaci: sed Isthmij ludi.
vt aut ex puero mutato vir/ aut vt ex aqua
aer. verū enimuero vt ex puero quidem/ virū
fieri dicimus: tanq̄ ex eo qđ fiebat id quod
factum est/ aut quod perfectum est ex eo
quod perficiebatur. semper etenī est aliquid
medium: vt inter esse & non esse generatio.
ita quod fit: inter existens & nō existens. qui
autem discit: fit sciens. & hoc est quod dici=
tur: ꝙ fit ex discente sciēs. vt autem tanq̄ ex
aere aqua: corrupto altero. ¶Quare illa qui 13
dem non reflectuntur mutuo: nec fit puer
ex viro. non enim fit ex generatione quod
fit: sed post generationem est. sic enim dies
ex diluculo: qm̄ post hoc est. quare nec dilu=
culū ex die. cætera vero reflectūť. ¶Vtroq; 14
tamē modo: impossibile est in infinitū pro=
gredi. illorum enim cum media sint: necesse
est finem esse. hæc autem: inuicem reflectū=
tur. alterius enim corruptio: alterius genera=
tio est. ¶Simul autem impossibile est pri= 15
mum corrumpi: cum sempiternum sit. cum
enim generatio non sit infinita sursum ver=
sus: necesse est nō esse sempiternū illud quo
primo corrupto quicq̄ factum est. ¶Item 16
ipsum cuius causa: finis. tale autem est quod
non est alterius gratia: sed eius causa cętera.
quare si tale erit vltimū: non erit infinitum.
ꝙ si nil tale: non erit ipsum cuius causa. sed
qui faciunt infinitū: latet eos quod boni na=
turam auferunt. at nullus inciperet agere
quicq̄: si non esset peruenturus ad finem. nec
esset intellectus in huiuscemodi. alicuius enī
causa agit: quicunq; intellectum habet. hoc
nāq; terminus est. finis vero: ipse terminus.
¶At vero nec qđ quid erat esse: reduci ad 17
aliā diffinitionē ratione abūdantē cōtingit.

Bessario.

Semper etenim prior: magis est. posterior vero: non est. cuius autem primum non est: nec quod sequitur est. Item ipsum scire perimunt: qui ita dicũt. non enim possibile est scire anteq̃ ad idiuidua deueniatur: & ipsum cognoscere non est. quæ enim ita infinita sunt: quomodo intelligere contingit?

18 ¶ Nec enim simile de linea est: quæ secundum diuisiones quidem non stat. intelligere vero nemo potest: nisi sistat. quare non numerabit diuisiones: qui infinitam pertransit. Sed etiam materiam: necesse est in eo quod mouetur intelligere. at nulli est esse infinito. ꝙ si nõ: non infinitũ est infinito esse.

19 ¶ Qꝛ etiam si species causarum infinitæ multitudine essent: nec hoc modo esset ipsũ cognoscere. tunc enim scire putamus: cum causas cognoscimus. infinitum vero secundum additionem: non est in tempore finito pertransire.

CAP. III.

20 

Vscultationes autem: secũdum cõsuetudines accidũt. queadmodum enim consueuimus: ita iudicamus dici debere. & q̃ præter hæc: nõ apparẽt similia. sed quia non consueuimus: ignotiora & magis peregrina. consuetum etenim: notius est. quantam vero vim consuetudo habeat / leges declarant: in quibus fabulosa ac puerilia plus possunt propter consuetudinem q̃ si cognosceremus ea.

21 ¶ Aliqui igitur: nisi mathematice loquẽtes / nõ admittunt.

22 ¶ Quidã vero: nõ nisi exẽplis vtentẽ.

23 ¶ Quidã autẽ dignũ ducũt: vt testis ꝑducat̃ aliquis poeta.

24 ¶ Et quidam: cætera omnia volũt.

25 ¶ Quosdam vero tedet certitudinis: aut propterea ꝙ nõ possunt sequi / aut propter curiositatem. habet enim certitudo tale aliquid. quare vt in contractibus: ita & in orationibus illiberale esse quibusdam apparet.

26 ¶ Quapropter oportet institutum esse: quomodo singula admittenda sunt. quoniã absurdũ est simul scientiã & modũ scientiæ quærere. neutrũ autẽ: facile accipere est.

27 ¶ Certitudinẽ vero

Argyropylus.

Semp enĩ ea quę est ãterior: est magis. ea vero quæ est posterior: non est. vbi autem primũ non est: neq; id est profecto quod hæret. Præterea qui ita dicũt: scientiã e medio tollũt. fieri enĩ non potest: vt quicq̃ sciat̃ / anteq̃ ad idiuidua sit ꝑfectũ. cognitioq; esse nõ potest. q nãq; fieri potest: vt ea q̃ hoc pacto sũt infinita / itelligant̃? 11

¶ Nõ enĩ simile est in linea: vbi in diuisionibus quidẽ nõ stat̃. nõ fit autẽ vt intelligamus: nisi diuisioni modũ ponamꝰ. Quocirca diuisiones nõ enumerabit: q̃ infinitam trãsit. Quinetiã materia: hoc ipso quod mouetur intelligatur necesse est. atq; infiniti nullius est esse. ꝙ si ita non est / infiniti esse: infinitum non est. 12

¶ Atqui si infinitæ etiã essent multitudine species causarũ: neq; hoc pacto rerũ ꝑfecto cõseq cognitionẽ possemꝰ. tũc enĩ scire arbitramur: cũ causas cognouerimꝰ. fieri autẽ neq; vt finito i tẽpore / id qđ ĩfinitũ est / additione pertranseamus. 13

CAP. III.



Vscultationes autem: per consuetudines fiunt. nam & consueuimus sic & oportere dici cẽsemus: vt ea quæ præter illas sunt / nõ similia / sed ob insolẽtiã ignota nobis alienaq; magis vidẽtur. quod enĩ nobis est cõsuetũ: id nobis est notũ. quantã autẽ ea vim habẽt quę cõsueta sũt nobis: leges ipsæ declarãt / in quibus circa fabulosa & puerilia cõsuetudo magis q̃ veritas potest. 14

¶ Quidã igit̃ nisi quispiã mathematice dicat: non acceptãt eos qui dicunt. ¶ Quidã nisi per exẽpla dicat̃: nõ approbãt. ¶ Sũt & qui poetã testẽ adducẽdũ esse censent. ¶ Atq; alij qdẽ oĩa exacte dici volũt. ¶ Alijs autẽ molesta ẽ exacta doctrina: aut quia sequi nõ possũt / aut quia quasi calculũ de rebꝰ exiguis idipsũ esse existimãt. habet enĩ tale quid ipsa exacta doctrina. quare quibusdã vt in pactis atq; contractibus: sic & in sermonibus diligentia talis / illiberale qddã esse videt̃. 15

¶ Iccirco erudítũ esse quenq; oportet: quonã pacto quæq; sũt acceptãda. qm̃ absurdũ est sciẽtiã simul & sciẽtiæ q̃rere modũ / vbi ne alterũ quidẽ cõsequi facile est.

¶ Mathematicorũ autẽ 16

Argyropylus.

exacta discussio/ nõ in vniuersis est flagitãda: sed ĩ ijsce dũtaxat q̃ materia vacãt. ¶Quapropter mod9 ille: nõ naturalis esse videt. vniuersa nãq; natura: fortasse materiã habet ¶Quã ob rẽ primũ quid sit natura cõsiderare oportet. hoc enĩ pacto et quibus de reb9 est sciẽtia naturalis/ & si vnius facultatis an pluriũ sit/ causas principiaq; cõtẽplari: ꝑfecto patebit.

¶Secũdi metaphysicorum Aristotelis interprete Argyropylo/ libri finis.

¶Tertius metaphysicorum Aristotelis interprete Argyropylo.



1 Ecesse ẽ ad eã scientiã quã quęrim9: ea primũ nos aggredi de q b9 dubitare primũ oportet. hęc autem sũt ea: de quibus aliter quidam existimarunt/ & si quid præter illa fuit neglectum atq; omissum. Est autẽ operepreciũ bene eos dubitare: qui consequi percupiunt facultatem. posterior enim facultas: solutio est eorum/ quæ prius dubitabantur. Atq; fieri non potest vt vinculum soluatur: si ignoretur. sed dubitatio mẽtis: idipsum de re declarat. quo enim mens dubitat: eo persimilis est ligatis. fieri enim nequit: vt vlterius hæc aut illi progrediantur. Quapropter/ difficultates omnes antea contemplari oportet. & horum gratia: & quia homines qui quærunt/ si primo nõ dubitauerint/ persimiles ijsce sunt/ qui ignorãt quorsum pergere oportet/ & insuper neq; si id quod quæritur inuenerunt tandem nec ne/ discernere possunt. finis enim: hisce quidẽ non patet. at ei qui antea dubitauit: est manifest9. Præterea meli9 ad iudicãdũ affectũ eũ esse necesse est: q rationes etiã cõtẽdẽtes oẽs/ perinde atq; aduersarios audiuit.

Bessario.

mathematicã nõ oportet in cũctis quęrere: sed in ijs quæ nõ habent materiã. ¶Quare non est naturalis modus. tota enim natura: forte habet materiam. 28
¶Quã ob rẽ considerandum est primum/ quidnam natura sit. sic enim & de quo naturalis sciẽtia est: manifestũ erit. & vtrum vnius scientiæ an pluriũ est: causas & principia speculari. 29

¶Secũdi metaphysicorũ Aristotelis interprete Bessarione/ libri finis.

¶Tertius metaphysicorũ Aristotelis interprete Bessarione.



D illã quæ quæritur scientiã: necesse est in primis nos percurrere/ de quibus primo dubitandum est. hæc autẽ sũt: & quęcũq; de eis aliter quidam existimarunt/ & si quid vltra hæc prætermissũ sit. Est autem operepreciũ/ aliquid facultatis habere volentibus: bene dubitare. nã posterior facultas: solutio eorum est quæ ãtea dubitata fuerũt. Soluere autẽ nõ est: cũ nodus ignoretur. sed intellectus hæsitatio: manifestum hoc de re facit. quatenus enim dubitat: eatenus simile quiddam ligatis patitur. vtroq; namq; modo impossibile est ad vlteriora procedere. Quare omnes primo difficultates speculari par est. & horũ gratia: et propterea ꝙ illi qui quęrunt/ nisi primo dubitent/ similes illis sunt qui quonã ire oporteat/ ignorant/ & adhęc neq; vtrum inuenerint quod quæritur/ an non/ cognoscere possunt. finis etenim his quidẽ nõ est manifestus: illi autẽ qui antea dubitauerit/ patescit. Itẽ meli9 se habere necesse est illũ ad iudicãdũ: qui tanq̃ aduersarios/ oẽs vtrinq; rationes oppositas audiat. 1

Bessario.

2 ¶ Est autem prima dubitatio de ijs quæ in prohemio quoq; dubitauimus: vtrum vnius an multarum scientiarum sit causas speculari. Et vtrum prima substantiæ principia: solum huius sit scientiæ considerare. an etiam: de principijs ex quibus omnes demonstrant. vtputa vtrum contingit vnum & idem simul affirmare & negare an non: & de cæteris huiusmodi. Qz si circa substātiam est: vtrum vna/ an plures circa omnes sint. et si plures: vtrum omnes inter se affines. an aliquas earum sapientias: nonnullas aliquid aliud appel-
3 lādum sit. ¶ Et hoc etiam ipsum necessariū est vt quæratur: vtrum sensibiles substantias esse dūtaxat dicendū sit/ an præter has etiam alias. Et vtrum: vnū an plura substantiarum genera/ sint. veluti qui species: quiq; mathematica harum & sensibilium media faciūt. Et de his igitur (vt
4 dicimus) considerandum est. ¶ Et vtrum circa substantias solum speculatio sit: an etiam circa ea quæ per se substantijs ac-
5 cidunt. ¶ Et adhæc de eodem & diuerso/ simili & dissimili/ & contrarietate/ & de priori & posteriori/ & cæteris cunctis huiuscemodi/ de quibus dialectici considerare conātur/ ex probabilibus solum perscrutantes: cuius est de his omnibus spe-
6 culari? ¶ Item quæcūq; per se/ eisdem ipsis accidunt: & non solum quid horum vnumquodq; est/ sed etiam vtrum vnum
7 vni contrarium. ¶ Et vtrum ipsa genera sint principia & elemēta: an illa in quæ diuiduntur quæ insunt singula. Et si ipsa genera: vtrum quæ vltima de indiuiduis prædicātur/ an priora. vtputa: vtrum animal vel homo principium/ & magis q̄ sin-
8 gularia sit. ¶ Potissimum vero quærendū & tractādū est: vtrū est aliqua præter materiā/ causa per se/ an non. et hæc: separata/ an non. et vtrum vna: an plures numero. et vtrū est aliquid præter cunctū (dico autē cūctum: cū quicq̄ de materia p̄dicatur) an nichil. an quorūdā q̄dē sit: quorun-

Argyropylus.

¶ Est itaq; dubitatio prima: de ijsce quæ in exordijs dubitauimus. vtrum vnius an plurium scientiarum sit causas cōtemplari. Et vtrū hoc solum ad hanc scientiam spectet: principia inquam prima substantiæ contemplari. an & ea principia ex quibus vniuersi demōstrāt. ceu si fieri possit: vt idem ac vnum affirmet simul atq; neget nec ne. & istiusmodi cętera. Et si sit huiusce sciētię circa substātiā versari: vtrū vna sit circa oēs an plures. et si sint plures: vtrū omnes generis sint eiusdē. an aliæ ipsarum sapientiæ: aliæ aliquo alio nomine sint appellandæ. ¶ Hoc etiam ipsum quærere necessarium esse videtur: vtrum substantias sensibiles solum/ an præter has alias esse sit asserendum. Et vtrum vnum sit genus: an genera substantiarū sint plura. vt ij qui formas faciunt/ censent: ac inter has & sensibilia/ res mathematicas medias collocant. De his igitur (vti dicimus) considerandum esse videtur. ¶ Et vtrum circa substantias tantum sit contemplatio: an & circa ea quæ per se substantijs accidunt. ¶ Præterea cuius nam sit de ijs omnibus contemplari: de quibus artifices disserendi/ considerare conantur/ ex solis verisimilibus facientes considerationem/ de eodem inquam & diuerso/ de simili & dissimili/ de contrarietate/ de priore posteriore ve/ & cæteris omnibus talibus. ¶ Et de his insuper quæ per se illis accidunt. vt non solum quid illorum sint singula: sed etiam si vnum sit contrarium vni/ consideret. ¶ Et vtrum principia & elementa sint genera ipsa: an ea quæ insunt & in quæ res quæq; diuiditur. Qz si sint genera: vtrum sint ea quæ vltimo de indiuiduis ipsis dicuntur/ an ipsa prima. ceu vtrum animal/ an homo principium sit: & magis sit præter singularia ipsa. ¶ Maxime vero quærendum atq; tractandum est: si præter materiā sit aliqua per se causa/ atq; hæc sit separabilis nec ne. & vtrū vna an plures numero sint. & vtrum sit quippiā præter ipsum totum (dico autem totum: cum de materia quippiam prædicatur) an nichil. an quorundam sit: quorun-

Argyropylus.

dam nō sit. & quales rerum sint ta-
les. ¶ Præterea principia: numero
ne an specie tā in rationibus q̄ in
subiecto/ sint definita. Et vtrum re-
rū quæ occidūt/ & rerū quæ nō oc-
cidūt: eadē principia sint/ an diuer
sa. Et vtrum oia corruptionis exp-
tia sint: an principia rerū quæ cor-
rūpuntur/ subeāt corruptionē & ip
sa. ¶ Præterea quęrendū est id qđ
oim est difficillimū/ & dubitationē
maximā habet: vtrū vnū ipsum &
id quod est/ nō aliud quicq̄ sed eo-
rum quæ sunt substantia sit/ vt Py
thagorici Platoq; dicebāt. an non
ita sit: sed aliud quippiā sit ei subie
ctum/ vt sentētia quidem Empedo
clis amicitia/ quorundam autē ali-
orum/ ignis vel aer vel aqua. ¶ Et
vtrum pricipia vniuersalia sint: an
ita sese habeant vt res singulares.
et potentia ne sint: an actu. & alio
ne modo: an motu. hæc enim: ma-
gnā dubitationē præbere possunt.
¶ Insuper quęrēdū est si numeri/
lōgitudines/ figurę ac puncta: sub-
stātię q̄dā sint/ nec ne. & si substan
tiæ sint: vtrū a sensibilib9 sint sepa
ratę/ an sint ī ipsis. De his eni oib9
nō solū difficile est consequi verita
tē: sed ne ratiōe quidē bene dubi-
tare facile. CAP. II.

3  Rimum igitur quæ-
rendū est de quibus
dixim9 primū: vtrū
vnius/ an pluriū sit
scientiarum/ genera
causarum omnia contemplari. et-
enim quonam pacto vnius erit sci-
entiæ principia rerū cognoscere:
cū non sint cōtraria? Præterea cō-
pluribus eorum quæ sunt: non oia
competunt. qui nanq; fieri potest
vt in immobilibus sit principiū mo
tus/ aut boni natura: si omne qui-
dem qđ est per se atq; suapte natu-
ra bonū/ finis sit/ atq; adeo causa/
vt illius gratia cætera sint atq; fi-
ant? finis aūt & id cui9 gratia cęte
ra fiūt/ actionis sit cuiuspiā finis:
actiones vero oēs/ efficiantur cum
motu? ¶ Quare fieri non potest:
vt in immobilibus hoc principiū/
aut vllum sit per se bonum. qua-
propter & in mathematicis nichil
oīno per hāc ostēditur causā: neq;
vlla prorsus ex ea fit demōstratio.

Bessario.

dā vero non. et quænam entium talia sint.
¶ Item principia: vtrum numero/ an spe- 9
cie definita sint. Et quæ in rationibus: & q̄
in subiecto. et vtrum corruptibilium & in-
corruptibilium eadem: an diuersa. Et vtrū
incorruptibilia omnia: an corruptibiliū cor-
ruptibilia. ¶ Item quod omnium difficil- 10
limum est & maximam ambiguitatem ha-
bet: vtrum vnum & ens (vt Pythagorici & (Pythagorici. Plato.)
Plato dicebant) non est aliud quicq̄ sed en-
tium substantia/ an non: sed aliud quid sub-
iectum/ vt Empedocles amicitiam ait/ alius (Empedocles.)
vero quidam ignem/ etiam alius aquā aut
aerem. ¶ Et vtrum principia vniuersalia 11
sint: an tanq̄ singularia rerum. et potentia:
an actu. Item vtrum aliter: an secundum
motum. et hæc enim: multam dubitatio-
nem præbere queant. ¶ Et ad hæc vtrum 12
numeri/ longitudines/ figuræ & pūcta: sub-
stantiæ quædam sint/ an non. & si substā-
tiæ: vtrū separatæ a sensibilibus/ an in eis.
De his enim omnibus: non modo inueni-
re veritatem difficile: verū neq; bene ratio-
ne dubitare facile est. CAP. II.

 Rimū itaq; de quibus pri- 13
mo diximus: vtrum vnius
an plurium scientiarum sit
omnia causarū genera spe-
culari. vnius enim scientiæ:
quomodo esset/ pricipia (cū
non sint contraria) cognoscere? Item mul-
tis entium/ non omnibus: omnia insunt.
quo nanq; modo possibile est motus prin-
cipium in immobilibus esse/ aut boni na-
turam? Si quidem omne quodcunq; per se
& propter suam ipsius naturam bonū sit
finis est/ & ita causa/ quoniam illius gra-
tia cætera & fiunt & sunt/ finis autem &
cuius causa actionis cuiusdam finis sit: om-
nes sane actiones/ cum motu. ¶ Quare 14
in immobilibus non contingere queat hoc
principiū esse. nō autē esse contingat quicq̄
p se bonū. vnde in mathematicis: nichil per
hāc causā pbat/ nec est aliqua demōstratio.

Bessario.

quare eius quod melius/aut peius/& omni-
no alicuius talium: nemo mētionem facit.
15 ℂ Quapropter quidam sophistarum (vt
Aristippus) spernebat eas. in alijs enim ar-
tibus ac ipsis etiam illiberalibus vt in fabri-
li & coriaria: inquiebat/ cur melius aut pe-
ius/de omnibus dici. mathematicas autem:
nullam de bonis & malis rationem face-
16 re. ℂ At si plures sunt causarum scientiæ/
& alia alius principij: quam earum dicen-
dum eam esse quæ quæritur? aut quis illo-
rum qui eas habent: rem quæ quæritur ma
xime sciet? contingit enim eidē: omnes mo-
dos causarũ inesse. vtputa domus/vnde qui-
dem motus: ars & faber. cuius vero causa:
opus. materia autem: terra & lapides. spe-
17 cies vero: diffinitio. ℂ Ex ijs itaq; q̃ ab an-
tiquis determinata sunt quæ sciētiarum ap-
pellanda sit sapientia: rationabile videa-
tur vnamquanq; ita appellandā esse. Verũ
quatenus principalissima & honorabilissi-
ma & cui cæteras scientias tanq̃ ancillas nō
contradicere decet: illa est ipsius finis & bo
ni. huius enim causa: cætera. Quatenus ve-
ro primarum causarum & eius quod ma-
xime scibile definita est esse: ipsa vtiq; sub-
18 stantiæ fuerit. ℂ Cum enim multipliciter
sit idem scire: magis quidem illum scire di-
cimus/qui rem quidnam sit ipso esse co-
19 gnoscat/ q̃ illum qui ipso non esse. ℂ Isto-
rum autem ipsorum/alterum altero ma-
gis: & maxime illum qui quid est/ non ve-
ro illum qui quantum/aut quale/ aut quid
agere/siue quid pati natura aptũ est. Item
& in cæteris tunc scire vnumquodq; ęorum
etiam quorum demonstrationes sunt arbi-
tramur: cum quid est sciamus. vtputa quid
est tetragonismus: ꝙ inuentio mediæ. si-
20 militer & de cæteris. ℂ Circa generatio-
nem autem/ & actiones/totamq; transmu-
tationem: cum sciamus motus principium.
hoc autem aliud: & fini oppositum est.
Quare alterius esse scientiæ videatur: ha-
rum causarum vnamquamq; speculari.

Aristippus

Argyropylus.

quia sic est melius aut deterius: nemo mentionem vllā omnino facit. ℂ Idcirco sophistarũ qdā (vt Aristippus) in ipsas inuehebat. in cæteris quidē inquiēs artibus & etiā sordidis/ vt in ædificandi facultate atq; sutēdi: oīa dici qa sic est melius aut deteri9. mathematicas vero: nullā bonorũ malorũq; curā habere. ℂ At vero si plures sint scientiæ causarũ/ & alia circa aliā causā versetur: quā harũ oportet eā dicere quā quęrim9? aut quē eorũ qui ipsas habēt: rē maxime scire dicem9? fit enī: vt ad eandē rē modi causarũ oēs accōmodent. domus enim principiũ quidē vnde proficiscitur mot9: ars est atq; ædificator. Id autē gratia cuius cætera fiũt: ipsũ est opus. materia vero: lapides sunt et cementum. & forma: est ipsa ratio. ℂ Ex ijs igitur quibus olim determinatum est/ quā scientiā/ sapiētiā oporteat appellare: cōsētaneũ esse rationi videt/ illarũ quāq; sapiētiā nũcupare. Quo nāq; sapiētia princeps est maxime atq; domina/ & cui cæteras vt seruas neq; cōtradicere fas est: hæc sciētia finis ac boni/ sapientia nũcupāda esse videt. huius enim gratia: cætera sũt atq; fiũt. Quo vero definitũ ē causarũ primarũ maximeq; scibilis sciētiā/ sapientiā esse: hæc substātiæ scientia/ nomē sibi nō iniuria sapientiæ vēdicabit. ℂ Nā cũ multis modis idem sciatur: magis quidē eos dicimus scire/ qui rem ex ijsce quæ insunt q̃ eos qui ex ijsce quæ non cōpetunt eidē/ cognoscũt. ℂ Horũ autem: aliũ alio magis. & maxime eũ qui quidnā sit percipit: sed nō eum qui aut quāta sit/ aut qualis/ aut si apta sit agere quippiam/ aut pati cognoscit. In cæteris etiā quorũ ē demōstratio: tũ scire qdq; putam9/ cũ quidnā sit vnũquodq; cognoscimus. vt quadrationem: inuentionem mediæ esse. & in cæteris simili modo. ℂ Atqui circa generationes actionesve/ atq; omnē mutationem tum maxime scimus: cum ipsum principium motus scimus. hoc autē/ aliud principiũ ē: atq; oppositũ fini. Quare cōtēplatio harũ causarũ cuiusq;: ad aliā aliāq; sciētiā videbit ptinere.

Argyropylus.

4 ℭAt vero de principijs etiã demõ
strationis est cõtrouersia: si vna sit
an plures de ipsis sciẽtiæ. atq; de=
mõstratiua principia dico: opinio=
nes cõmunes/ ex quib9 oẽs demõ=
strãt. vt õne quoduis affirmet aut
negetur necesse est. & impossibile
est: esse simul atq; nõ esse. & quę sũt
huiusmodi propositiones. est igit̃
horũ atq; substãtiæ/ vna sciẽtia: an
alia atq; alia? ꝙ si nõ sit vna: vtrã
dicere oporteat eã (quæ nunc quę=
ritur) sciẽtiã esse? ℭVnã igit̃ esse:
nõ est consentaneũ rationi. cur enĩ
magis est proprium geometriæ q̃
cuiusuis: hæc intelligere? si igit̃ cu
iusuis quidem similiter est/ omniũ
autem esse non potest: vt neq; cæ=
terarum/ sic neq; eius quæ substan
tias cognoscit proprium est de ip=
sis cognoscere. Et insuper: quonã
pacto ipsorum sciẽtia fuerit? quid
enĩ vnũquodq; ipsorũ est: & nũc pla=
ne cognoscimus. nam vtũtur ipsis
& aliæ artes: vt cognitis. Qꝫ si de=
mõstratiua sit de ipsis sciẽtia: gen9
subiectũ esse quippiã oportebit. &
quędam/ affectus: quędam/ digni=
tates ipsorum esse. impossibile est
enim demonstrationẽ de omnibus
esse. ex quibusdam enim & circa
quippiam & quorundam esse de=
mõstrationem: necesse est. Quare
fit: vt eorũ omniũ quæ demõstrã=
tur/ vnũ sit quippiã genus. vniuer
sæ nãq; demonstratiuæ sciẽtiæ: di
gnitatibus ipsis vtuntur. ℭAt ve=
ro si alia sit substantiæ scientia/ &
alia itẽ de ipsis: vtra sit potior ip=
sarũ/ & suapte natura prior? vni=
uersaliter enim dignitates: maxi=
me/ ac omnium pricipia sunt. ꝙ si
nõ ad philosophum: ad quẽnam
aliũ/ verum de ipsis ac falsum cõ=
5 templari/ spectabit? ℭPræterea/
vnane omnium substãtiarum: an
plures sciẽtiæ sunt? atq; si nõ vna
sit: cuiusnam substantiæ hanc sci=
entiam ponere oportet? vnam au
tem omniũ esse: non est consenta=
neũ rationi. et demonstratiua nãq;
scientia: vna oĩm per se accidẽtiũ
erit. siquidẽ oĩs demõstratiua sciẽ=
tia: circa aliquod subiectũ ex opi=
nionib9 cõmunibus accidẽtia p se
cõtẽplatur. Eiusdẽ igitur est: per se
accidentia ex eisdem opinionibus
circa subiectum aliquod cõtẽplari.

Bessario.

ℭAt vero & de principijs demonstratiuis: 21
vtrum vnius scientiæ an plurium sunt/ am=
biguum est. dico autem demonstratiua: opi
niones cõmunes/ ex quibus omnes demõ=
strant. vtputa ꝙ necesse est omne aut affir=
mare aut negare. & ꝙ impossibile est: simul
esse & non esse. & quæcunq; aliæ similes
propositiones sunt. vtrum vna/ istarum ac
substantiæ scientia est: an diuersa? ꝙ si non
vna: vtra dicenda est illa esse quæ nũc quæ=
ritur? ℭVnius itaq;: non est rationabile es= 22
se. cur geometriæ magis q̃ cuiuscunq;: pro=
prium sit de his speculari? si itaq; æquali=
ter quidem cuiuscunq; est/ de omnibus ve=
ro non contingit: sicuti nec cæterarum/ ita
nec illius quæ cognoscit substantias/ pro=
prium est de eis cognoscere. Et adhæc: quo=
modo eorum scientia erit? quid enim ho=
rum quodq; est: nunc quoq; cognoscimus.
vtuntur nanq; eis cæteræ etiam artes: tanq̃
cognitis. Qꝫ si demõstratiua de eis est: opor
tebit aliquod genus subiectum esse/ & ali=
quas passiones/ & aliquas eorum dignita=
tes esse. de omnibus enim demonstratio=
nem esse: impossibile est. siquidem necesse
est ex quibusdam & circa quippiã/ & quo=
rundam: demonstrationem esse. Quare ac=
cidit cunctorum quæ demonstrantur: vnũ
quoddam genus esse. omnes enim demon=
stratiuæ: vtuntur dignitatibus. ℭ At vero 23
si altera quæ de substantia/ & illa quæ de
his: vtra earum principalior & prior est?
vniuersaliter enim & maxime/ principia om
niũ: dignitates sunt. et si non est philosophi:
cuius alterius erit de eis verum & falsum
speculari? ℭEt omnino vtrum vna omniũ 24
substantiarum: an plures scientiæ sunt? si
igitur non vna: cuius substantiæ hæc scien=
tia erit ponenda? vnam autem omnium
esse: non est rationabile. etenim demonstra=
tiua vna: de oĩbus accidentibus esset. siqui=
dẽ oĩs demõstratiua: ea quæ ꝑ se circa aliqđ
subiectũ accidũt speculat̃ ex cõmunibus opi
nionibus. Circa itaq; idem genus: ꝑ se acci=
dẽtia eiusdẽ est speculari ex eisdẽ opinioĩb9.

Cap. 2

Bessario.

Circa enī ipsum ꝙ est: vnius. & ex quibus: vnius/ siue eiusdē/ siue alterius. vnde et accidentia: aut hæc speculabūtur/ aut ex his vna.
25 ¶Itē vtrū circa substantias solum specula-
tio est: an etiam circa accidentia eis? dico autem/ vtputa si solidum quædā substātia est/ ac lineæ/ & plana: vtrum eiusdem scientię est ista cognoscere/ & quæ circa vnūquodꝗ genus accidūt de quibus mathematicæ demōstrant/ an alterius? Si enim eiusdē: demōstratiua quædam erit etiā quæ substantiæ. non videtur autem ipsius quid est: demonstratio esse. Qꝫ si alterius: quę erit quæ speculatur circa substantiam accidentia? hoc enim
26 difficillimū reddere est. ¶Item vtrum sen-
sibiles solum substantias esse dicendum est: an præter istas etiam alias? et vtrum vnum an plura substantiarū genera sunt: vt ij qui dicunt species & media/ circa quæ mathematicas aiunt scientias esse? Quomodo igitur dicimus species/ causas & substantias per se ipsas esse: in superioribus sermonibus dictum est. Cum vero multiplicem difficultatem habeant: non minus est inconueniens dicere quidem esse quasdam naturas præter eas quæ in cœlo sunt/ illas vero easdem quas & sensibiles ponere: nisi ꝙ illa quidem sempiterna/ hæc vero corruptibilia. Idealem nanꝗ hominem & idealem equum & sanitatem aiunt/ & nichil aliud: simile quid illis facientes/ qui dicunt quidem esse deos/ sed formæ similis hominibus. nec enim isti aliud faciebant: nisi homines sempiternos. nec illi species: nisi sensibi-
27 lia sempiterna. ¶Item si quis præter spe-
cies & sensibilia ponat media: multas dubitationes habebit. patet etenim ꝙ similiter & lineæ præter etiam ipsas sensibiles/ erunt: & aliorum generum singula. Quare cum astrologia vna earum sit: erit & cœlum aliquod præter sensibile cœlum/ & sol/ & luna/ & cætera similiter quæ in cœlo sunt. At quomodo credendum est talibus? nam/ immobile: non est rationabile esse. mobile autem: & omnino est impossibile.

Argyropylus.

Subiectū enim circa quod: vnius scientiæ est. & ea/ ex quibus: vnius identidē est/ siue sit eiusdē siue nō eiusdē. quare & accidētia simili modo: siue hę contēplant̄/ siue ex istis
vna. ¶Pręterea vtrū circa substā- 6
tias solū sit contēplatio: an & circa ea quę ipsis accidunt? dico autem hoc pacto. si solidū sit substātia q̄dā/ & lineæ atꝗ plana: vtrū ad eādē hæc & accidētia circa vnūqdꝗ genus de quib9 mathematicæ demōstrant/ an ad aliā sciētiā cognoscere spectet? Nā si ad eandē pertineat: demōstratiua q̄dā & substātię profecto sciētia erit. at ipsius quid est: nō videt̄ demōstratio esse. Sin ad aliā: quænā est ea quæ accidentia circa substantiā/ contēplat̄? hoc enī assignare: difficile admodū est.
¶Præterea vtrū solas substantias 7
sensibiles esse: an & pręter hasce dicendū est alias esse? et vtrū vnū sit genus/ an plura substātiarū sint genera: vt ij putāt q formas inquiūt/ & res eas medias esse circa quas/ mathematicas versari scientias dicunt? Quēadmodū igitur ipsas formas/ causas atꝗ per se substātias esse dicimus: in primis sermonib9 de ipsis est dictū. At cū multæ difficultates habeantur de ipsis: non minus id est absurdū asserere quidē quasdā esse naturas præter eas quæ sunt in cœlo. has autē dicere nō differētes a sensibilibus esse: nisi duntaxat æternitate. quippe cū illas ꝑpetuas faciāt: hæ vero oriāt̄ ac occidāt. inquiūt enī esse ipsū hominē & equū ac sanitatē: aliud vero nichil perinde faciētes atꝗ ij/ q deos quidē inquiunt esse/ humanā autē formā habere. neꝗ enim illi quicq̄ aliud/ q̄ hoīes æternos: neꝗ hi formas aliud quicq̄/ q̄ res sēsibiles perpetuas faciūt. ¶Pręterea si qspiā p̄ter formas & sensibilia/ res ipas medias ponat: cōplures sane difficultates habebit. patet enī lineas similiter p̄ter ipsas & sēsibiles fore: & cęterorū generū qdꝗ. Quare cū astrologia vna sit horū sciētia: erit & quoddā cœlū p̄ter hoc sensibile cœlū/ et sol/ & luna/ & cętera similiter q̄ sunt in cœlo. at quonā pacto his est credēdū? nā neꝗ immobile illud esse: cōsētaneū est ratiōi. & oīno fieri nō potest: vt moueat̄.

Argyropylus.

Similiter & de his eſt putandũ: cir
ca quæ muſica/mathematica/per-
ſpectiuaq; verſatur. neq; enim ipſa
pter ſenſibilia poſſunt ob eaſdẽ cau
ſas eſſe. nã ſi media ſint ſenſibilia:
patet & ſenſ9/ & aĩalia/itẽ formas
& res ipſas caducas cõtinuo fore.
8 ¶Dubitauerit autẽ quiſpiã: & cir-
ca quas rerũ has ſcientias quærere
oportet. nam ſi hoc geometria a fa
cultate partiẽdi terras differt ſolũ/
ꝙ hęc quidẽ horũ eſt quę ſentim9/
illa vero nõ ſenſibiliũ: patet & pter
medicinã & cæterarũ quoq; facul-
tatũ/aliã quãdã fore ĩter ipſã me-
dicinã & hãc medẽdi artẽ. At hoc:
qui fieri poteſt? erũt enĩ quædã ſa-
na: præter ſenſibilia/ & ipſũ etiã ſa
nũ. & inſuper neq; hoc verũ eſt: fa
cultatẽ inquã partiẽdi terras ſẽſibi
liũ eſſe magnitudinũ/ & quę nõ va
cãt corruptione. corrũperetur enĩ:
cũ illæ intereũt. At vero neq; aſtro
logia quæ eſt circa hoc cœlum: ma
gnitudinũ ſenſibiliũ erit. neq; enĩ
ſenſibiles lineæ tales ſunt: quales
eſſe geometria dicit. nichil enĩ ſen-
ſibiliũ: adeo eſt rectũ aut rotundũ.
normã nãq; nõ pũcto circulus tan-
git: ſed vt Protagoras dicebat re-
darguẽs geometras. neq; motiões
reuolutioneſq; cœli ſimiles ſũt ijſ-
ce: de quib9 aſtrologia ſuas ratio-
nes facit. neq; puncta eandẽ natu-
9 rã habẽt: quã ſtellę. ¶Sunt autẽ q
eſſe quidẽ inquiunt ea/ quæ media
dicuntur inter formas ac ſenſibilia
nõ tamen ſeorſũ a ſenſibilibus/ ſed
in ijs ipſis eſſe. quibus oĩa quę eue
niũt impoſſibilia recenſere: longio-
ris eſt ſane orationis. ſatis autẽ fue
rit: & talia cõtẽplari. nõ enĩ hæc ſo
lum ita ſeſe habere conſentaneum
eſt ratiõi: ſed patet & ipſas formas
in ſenſibilibus eſſe poſſe. eiuſdẽ enĩ
ſunt hæc vtraq; rationis. Pręterea
duo ſolida eſſe eodẽ in loco: neceſ-
ſe eſt. & nõ immobilia eſſe: quippe
cũ in ſenſibilibus ſint/ quæ quidẽ
motu ciẽtur. Oĩno autem cuiuſnã
gratia quiſpiã eſſe quidẽ ipſa: ĩ ſen-
ſibilibus autem eſſe ponet? eadem
enim abſurda eueniẽt: & huic ſen-
tentiæ/ quæ & antecedenti. erit enĩ
quoddam cœlum profecto præter
hoc cœlum. verum non ſeorſũ: ſed
eodẽ in loco. quod quidem: magis
fieri nequit. CAP. III.

Beſſario.

Similiter & de quibus perſpectiua tractat:
& quæ in mathematicis harmonica. et hæc
enim impoſſibile eſt præter ſenſibilia eſſe:
propter ſimiles cauſas. ſi enim ſenſibilia ſũt
media & ſenſus: patet ꝙ animalia etiam
erunt eorum mediorum/ & quidem corru-
ptibilium. ¶Dubitauerit autẽ aliquis: circa 28
quæ entia oportet has ſcientias quærere. ſi
enim in hoc differret ſolũ a geometria/ Geo- Geodæſia
dæſia/ ꝙ hæc quidẽ eorũ eſt quæ ſentimus/
illa vero non ſenſibilium eſt: patet ꝙ præter
medicinã erit aliqua ſcientia & præter quã-
cũq; aliarum/ inter ipſam medicinam & hãc
medicinã. At quomodo poſſibile eſt? etenĩ
etiam ſalubria quædam eſſent: præter ſenſi-
bilia & ipſum ſalubre. ſimul autem nec hoc
verũ eſt: ꝙ Geodæſia ſenſibiliũ & corrupti-
bilium magnitudinũ ſit. corrũperetur enĩ:
illis corruptis. At neq; ſenſibiliũ magnitudi
nũ/ neq; circa hoc cœlũ aſtrologia eſſet. nec
enim ſenſibiles lineæ tales ſunt: quales geo-
metria dicit. nil enim ſenſibilium ita rectum
atq; rotundum. tangit enim circulus regulã:
non ſecũdum punctum/ ſed ſicut Protago- Protagoras.
ras dicebat/ redarguens geometras. nec mo-
tus/ nec reuolutiones cœli ſimiles: de quibus
aſtrologia rationes facit. neq; puncta eandẽ
naturam: quam ſtellæ habẽt. ¶Sũt autem 29
quidam dicentes eſſe quidem hæc quæ ſpe-
cierum & ſenſibilium media dicuntur: non
tamẽ a ſenſibilibus ſeparata/ ſed in eis. quos
quæ impoſſibilia ſequuntur: omnia quidẽ
enumerare longi ſermonis eſſet. ſufficit au-
tem: talia ſpeculari. non enim de his ſolum/
vt ita ſe habeant rationabile eſt: ſed patet ꝙ
etiam ſpecies cõtingeret in ſenſibilibus eſſe.
eiuſdẽ enĩ rationis: vtraq; hæc ſunt. Itẽ duo
ſolida in eodem loco neceſſe eſſet eſſe. & nõ
eſſe immobilia: in ſenſibilibus exiſtentia mo
tis. Et omnino cuius cauſa quis ponet qui-
dem eſſe ea: eſſe inquã in ſenſibilibus? eadẽ
enim quæ prædicta ſunt abſurda ſequẽtur.
erit nanq; aliud quoddam cœlũ pręter cœ-
lum: niſi ꝙ non ſeparatum/ ſed in eodẽ loco.
quod impoſſibilius eſt. CAP. III.

Bessario.

30 Agna itaq; tam de his dubitatio est/quonam modo ponendo/ veritatem consequemur: q̃ de principijs vnde oporteat genera existimare elementa & principia. an illa magis ex quibus insitis quicq̃ primũ est. vt vocis elementa & principia videntur ea esse: ex quibus primo omnes voces compositæ sunt/sed non vox in cõmuni. et figurarũ ea dicimus elementa: quorum demonstrationes/ in aliarum aut omniũ aut pluriũ demonstrationibus insunt. Itẽ etiã corporũ/& qui plura dicunt elemẽta esse/& qui vnum: ex quibus componuntur & ex quibus constant/ principia esse aiunt. vt Empedocles ignẽ & aquam/& quę cum eis sunt: elementa ait esse ex quibus insitis existentia fiunt. sed non ea: vt genera entium ponit. Et adhæc si quis cæterorũ quoq; naturam velit cõsiderare/ veluti lectũ ex quibus partibus & quomodo cõpositus est: tunc eius naturam cognoscit. Ex his itaq; rationibus: nõ essent principia / genera entium.

Empedocles.

31 ❡Cum autem singula cognoscamus per diffinitiones/principia vero diffinitionum genera sint: necesse est diffinitorum etiam pricipia/ genera esse. Et si entiũ habere scientiã est ipsum habere specierum sciẽtiam secundum quas etiam dicuntur: specierũ principia/ipsa genera sũt. Vidẽtur autẽ quidã etiã eorum qui elementa entium ipsum vnum/aut ens/aut magnũ/ aut paruum dicunt: tanq̃ generibus eis vti.

32 ❡At vero nõ possibile est vtroq; modo pricipia dicere. ratio nanq; substantiæ: vna. diuersa vero erit/quæ fit per genera diffinitio: & quæ dicit/ ex quibus insitis. Et adhæc/ etsi q̃maxime ipsa genera/ principia sunt: vtrum prima generum arbitrandum sit esse principia / an vltima quæ de indiuiduis prędicantur? etenim hoc dubitatur. Si enim quoniam vniuersalia/ magis principia sunt: patet q; summa generum (hæc enim de omnibus dicuntur) Tot sane principia entium erunt quot prima generum sunt. Qua-

Argyropylus.

E his igĩ magna est dubitatio: quonam modo positis/veritatem consequi possumus. et de principijs etiã vtrũ genera/elementa esse pricipiaq; putare oporteat: an ea potius ex quibus primis quæq; res cõstat. veluti vocis elementa principiaq; ea esse videnĩ: ex quibus primis voces cõponũtur/sed nõ vox/ ipsum cõmune. & designationum ea esse dicimus elemẽta: quorũ demonstrationes in istarũ aut omniũ aut plurimarũ demonstrationibus insunt. Præterea & qui vnũ corporũ elementũ/& qui plura inquiunt esse: ea dicũt principia esse/ ex quibus omnia corpora cõponuntur/et cõstãt. vt Empedocles ignẽ/aquã/ terrã/ ac aerẽ: elemẽta inquit esse/ ex quibus cõstãt quę sũt. sed nõ vt genera ipsorũ: hæc dicit. Insuper si quis velit & aliorũ cuiusq; naturã inspicere/ vt lecticã quibus ex partibus cõstet/& quonã pacto cõpositis: tũc ipsi9 naturã cognoscet. His igĩ rationibus: pricipia nõ esse genera rerũ videnĩ. ❡At si vnũqdq; quidẽ p diffinitiones cognoscim9/ principia vero diffinitionũ genera sũt: necesse est & diffiniendarũ rerũ pricipia/ genera esse. Et si ex eo rerũ scientia sumitur/ quia specierũ accipitur/ quibus res ipsæ queq; dicunĩ: specierũ ꝑfecto genera eorũ q̃ sũt/ pricipia erũt. Videnĩ autẽ & quidã dicentiũ vnũ ipsũ aut id qd est/ aut magnũ & paruum pricipia eorũ q̃ sunt esse: his ipsis vt generib9 vti. ❡At vero: neq; vtroq; modo pricipia dici possunt. rationem nanq; substantiæ: vnam esse constat. alia autẽ fuerit diffinitio: quæ per genera assignatur. & alia: quæ sumit ea ex quibus res constat. Insuper etsi quæ maxime pricipia genera sunt: vtrum generum prima putare oporteat principia rerũ esse/an ea quæ vltimo de indiuiduis prædicantur? nam hoc: suscipit cõtrouersiam. si enĩ magis vniuersalia/principia sunt putãda: patet suprema generum existimanda eorum quæ sunt/ principia esse. hæc enim: de vniuersis dicunĩ. Tot igitur erunt eorũ quę sunt principia: quot sũt ipsa genera prima. Qua- 10

Argyropylus.

re id quod est ac vnũ ipsum: princi
pia atq; substãtiæ erunt. hæc enim
maxime de vniuersis rebus dicun
tur. ¶At neq; ipsum vnũ/ neq; id
qđ est: genus esse potest. differēti-
as enĩ vniuscuiusq; generis/& esse/
et vnãquãq; vnã esse: necesse est.
fieri vero nõ potest: vt aut species
generis de differētijs ꝓprijs/aut ge
nus sine suis speciebꝰ dicat᷑ ac pre-
dicetur. Quare si id qđ est aut vnũ
ipsum sit genꝰ: nulla differētia/aut
vnũ aut ens erit. ꝙ si non sint gene
ra: neq; pricipia erũt/si genera prin
11 cipia sunt. Præterea ipsa media cũ
differētijs sumpta: genera vsq; ad
indiuidua erunt. nunc vero alia vi-
dentur esse: alia non vidētur. Insup
differentiæ: magis q̃ genera princi
pia erũt. ꝙ si & hæc sint principia:
infinita fere principia fiũt/præser-
tim si quispiã primum genus prin-
cipiũ esse ponat. ¶At vero si vnũ
ipsum magis rationem principij
subeat/& id sit vnum quod diuisi-
onem non capit / atq; hoc omne
aut specie/aut quãtitate sit tale/pri
usq; sit id quod est specie tale/ ge-
nera autem in diuisione species ca
piant: id erit magis vnum profe-
cto/ quod vltimo prædicatur. ho-
mo nãq;: nõ est(vt patet) ipsorũ sin
gularium hominum genus. Præ-
terea in quibus est prius atq; poste
rius: in hisce fieri non potest vt id
quippiam sit præter ipsa/quod de
ipsis communiter prædicatur. Vt
si dualitas prima est numerorum:
non est numerus quisq̃ præter spe-
cies numerorum. similiter neq; fi-
gura: præter ipsas species figura-
rum. ꝙ si horũ genera præter spe-
cies ipsas non sunt: multo minus
cæterorũ genera præter ipsas spe-
cies erunt. nam horum: genera ma
xime esse videntur. in indiuiduis
autem: non aliud prius/aliud po-
sterius est. præterea vbi aliud præ-
stabilius aliud deterius est: id quod
præstabilius est semper est prius.
quare neq; horũ fuerit genus. Ex
his igitur ea quę de idiuiduis præ-
dicantur: magis q̃ genera prin-
cipia esse vidētur. ¶At rursꝰ nõ fa
cile dictu videt᷑: quonã modo hæc
pricipia existimare oporteat. princi
pium enim et causam præter eas
res quarũ est pricipiũ/esse oportet:

Bessario.

re & ipsum ens et ipsum vnum: principia &
substantiæ erunt. hæc enim de omnibus ma
xime entibus dicuntur. ¶Non est autē pos- 33
sibile: neq; ipsum vnum/ entium esse genus/
neq; ipsum ens. necesse etenim est vniuscu-
iusq; generis differentias/ & esse/ et vnam-
quamq; vnam esse. impossibile vero est aut
species generis de proprijs differētijs prædi
cari: aut genꝰ esse absq; suis speciebꝰ. Qua-
re si vnũ vel ens genus est: nulla differentia/
nec vnum/nec ens erit. at si non genera: nec
principia erunt. si quidem genera: principia
sunt. Item etiam media cum differētijs col-
lecta: erunt genera vsq; ad indiuidua. nunc
autem quædam videntur: quædã vero non
videntur. & adhæc: differentiæ magis prin-
cipia q̃ genera. si igitur istæ etiam principia:
infinita(vt ita dicam)principia fiunt/& ma
xime/si quis primũ genus/principiũ ponat.
¶At vero & si principalis species: magis 34
ipsum vnum est(vnum autem est: quod in-
diuisibile est. omne vero diuisibile: aut secun
dum quantũ/aut secudũ speciem. prius autē
quod secundũ speciem est. genera autē: ma-
gis diuisibilia in species)vnum erit profecto
quod vltimo prædicatur. nõ enim est homo:
genus singularium hominum. Item in qui-
bus prius & posterius est: non est possibile
quod de his dicitur/aliquid pręter hæc esse.
Vtputa si dualitas numerorum est prima:
non erit aliquis numerus præter species nu-
merorum. similiter neq; figuræ: præter spe-
cies figurarum. ꝙ si non horũ: multo mi-
nus aliorum erunt genera præter species.
horum enim: maxime videntur genera esse.
in indiuiduis vero: non est hoc quidem pri-
us/hoc vero posterius. Item vbicunq; hoc
quidem melius/ hoc vero deterius est: sem-
per prius est quod melius est. quare nchil
horũ: genus esset. Ex his itaq; magis appa-
rent quæ de indiuiduis prædicantur q̃ ge-
nera: esse principia. ¶Rursus tamē quomo 35
do oporteat ista existimare principia: non
est facile dictu. principium enim & causam
esse oportet præter res quarũ principiũ est:

Cap.
3
4

Beſſario.

et poſſe eſſe ſeparatum ab eis.tale quid au-
tem eſſe præter ſingulare: cur quiſq̃ opina-
retur niſi quoniã vniuerſaliter/& de õibus
prædicatur? at ſi propter hoc: quæ magis
vniuerſalia ſunt/ magis ponenda principia
ſunt.quare prima genera:vtiq; pricipia ſint.

CAP. IIII.

36 St autem conſequens his &
ad ſpeculandũ omnium diffi-
cillima/ maximeq; neceſſa-
ria dubitatio:de qua præſẽs
fit ſermo .ſi etenim non eſt
quicq̃ præter ſingularia/ſin-
gularia vero infinita ſunt:quomodo poſſibi
le eſt infinitorum habere ſcientiam? quate-
nus enim vnum quid & idem/ & quatenus
vniuerſale quid eſt: eatenus omnia cogno-
ſcim9.at ſi hoc neceſſe eſt/& oportet aliquid
præter ſingularia eſſe : neceſſe erit vt gene-
ra aut vltima aut prima/ ſint præter ſingu-
laria. hoc autem: ꝙ impoſſibile ſit/ paulo
ante dubitauimus. Itẽ ſi q̃maxime aliquid
eſt præter cunctũ cum quicq̃ de materia p̄-
dicetur:vtrum ſi ſpecies eſt/pręter omnia eſ-
ſe aliquid oportet/an p̄ter aliqua eſſe/& p̄-
ter aliqua nõ eſſe/an præter nullũ? Si igit̃ ni-
chil præter ſingularia eſt:nichil intelligibile
erit/ſed õnia ſenſibilia.& ſciẽtia/nullius erit:
niſi quis ſenſũ dicat ſcientiã eſſe. Itẽ:nichil eſ
ſet ſempiternũ nec immobile. ſenſibilia enĩ
37 omnia:corrũpuntur & in motu ſunt. ¶At
ſi nichil eſt ſempiternũ:neq; generationem
eſſe poſſibile eſt.neceſſe eſt enĩ aliquid eſſe id
qđ fit/et ex quo fit & vltimũ horũ ingenitũ
eſſe.ſiquidẽ ſtat:& ex non ente fieri impoſ-
ſibile eſt.Item generatione & motu poſitis:
neceſſe eſt vt finis etiam ſit.nec enim infini-
tus eſt aliquis motus: ſed cuiuſq; eſt finis.
et fieri non eſt poſſibile: quod factum eſſe
ĩpoſſibile ſit.quod autẽ factũ eſt: neceſſe eſt
38 vt ſit cũ primo factũ eſt. ¶Item ſi materia
eſt propterea ꝙ ingenita eſt: multo magis
rationabile eſt ipſam ſubſtantiã eſſe/cũ illa
exiſtat vt hæc ſit.ſi enim nec hæc erit/nec il-
la:nichil erit õnino.ꝙ ſi hoc impoſſibile eſt:

Argyropylus.

et ſeparari ab ipſis poſſe.tale autẽ
quid præter ſingulare: cur quiſpiam
eſſe exiſtimabit/ niſi quia vniuerſa-
liter & de õibus prædicat̃? at ſi ob
id ipſũ putãdũ eſt q̃ppiã principiũ
eſſe:ea ſane q̃ magis vniuerſalia ſũt
magis pricipia ſũt ponẽda. quare
prima gña: pricipia erũt. Cap. IIII.

St autẽ poſt has alia 12
dubitatio ac omnium
difficillima & ad con-
tẽplandũ maxime ne
ceſſaria: qua de nunc
erit oratio. nam ſi nõ ſit præter ſin-
gularia quicq̃/ipſa vero ſingularia
ſint infinita:qui fieri poteſt vt infi-
nitorũ accipiatur ſcientia? quo nãq;
vnũ quid eſt in vniuerſis & idem/
et quo q̃ppiã vniuerſaliter cõpetit:
hinc vniuerſa cognoſcim9. at vero
ſi hoc ſit neceſſariũ/& pręter ſingu
laria aliquid eſſe oporteat: genera
profecto præter ſingularia neceſſe
eſt eſſe aut vltima aut prima. hoc
autẽ impoſſibile eſſe:nuper oſtẽdi-
mus dubitãdo. Præterea ſi q̃maxi-
me quippiã ſit præter totũ ipſum/
cũ de materia quippiã fuerit prædi
catum: vtrum præter omnia quip-
piam eſſe oporteat/ an præter ali-
qua quidem eſſe/ præter aliqua ve-
ro non eſſe/an præter nulla omni-
no? Si igitur nichil õnino pręter ſin
gularia ſit:nichil intelligibile pror-
ſus/ ſed omnia ſenſibilia erunt. &
nullius erit ſcientia. niſi quiſq̃ ſen-
ſum ſciẽtiã dixerit eſſe. Et inſuper
nichil erit perpetuum / nichil im-
mobile. ſẽſibilia enim intereũt vni-
uerſa: ſũtq; in motu. ¶Qz ſi nichil
perpetuum ſit: neq; generatio eſſe
poteſt. neceſſe eſt enim aliquid eſſe
id quod fit/& id ex quo fit/atq; ho-
rum vltimum ingenitum eſſe: ſi ſta-
tur/& ex eo quod nõ eſt fieri quicq̃
nõ poteſt. Præterea ſi generatio ſit
et motus: & finem eſſe neceſſe eſt.
neq; enim infinit9 vllus eſt motus:
ſed motionis omnis eſt finis. & im-
poſſibile eſt id fieri : quod factum
eſſe non poteſt. ipſum vero factum
neceſſe eſt eſſe: cum primum eſt fa-
ctum. ¶Præterea ſi materies eſt ex
eo quia ingenita eſt: multo magis
etiã cõſentaneũ eſt rationi ſubſtãtiã
eſſe quando vt hæc ſit/illa exiſtat.
nã ſi neq; hæc erit/neq; illa: nichil
penitus erit. ꝙ ſi hoc fieri nequeat:

Argyropylus.

necesse est aliquid esse prȩter ipsum
totum/ speciem inquam ipsam ac
formam. ¶At si quispiā id posue-
rit: dubitatio rursus existit/in qui-
bus hoc ponet/& in quibus nō po-
net. nam perspicuum est: in vniuer
sis esse non posse. non enim domū
aliquam preter singulares domos:
13 esse ponemus. ¶Et insuper erit ne
omnium ceu hominum: substantia
vna? At absurdū est. non enim vnū
sunt omnia/ quorum est substantia
vna: sed multa ac differentia. at et
hoc: metas rationis egreditur. Et
simul quonam pacto materies sit
tandem horum vnūquodq;: & est
14 totū ipsum hæc ambo? ¶Præter-
ea de principijs: & hoc quispiā du-
bitabit. nam si specie sint vnū: ni-
chil erit numero vnum/neq; ipsum
vnum & id quod est. Atq; quonam
pacto sciētia fuerit: si non erit quip
piā in omnibus vnū? ¶At vero si
numero sint vnum: & vnūquodq;
principiorum sit vnum/& non vt
in sensibilibus alia aliorum. vt hu-
ius syllabæ quæ est eadem specie:
et principia sunt eadem specie. nā
hæc: numero sunt diuersa. si igitur
nō hoc pacto sed numero sint vnū
ipsa principia rerū: præter elemēta
sane nichil aliud erit. nichil enim re
fert: vnum numero/an singulare di
catur. sic enim dicimus singulare:
quod vnum numero est. vniuersale
autē: quod in his est cōmune. vt igi
tur si elemēta vocis in numero defi
nito essēt/necessariū esset tot omnes
literas esse quot elemēta essent/ qp-
pe cū non essent eadē nec duo nec
plura ijsce q̄ sunt/ i ipsorū numero.
15 ¶Nulla autē dubitatione inferior
dubitatio/ ab ijsce q hac tēpestate
sūt/& a prioribus est omissa: vtrum
eorū quæ intereūt/& eorū quæ sūt
expertia corruptionis/ eadē an di-
uersa principia sint. nā si eadē sint:
quonā pacto & quā ob causam illa
quidem occidunt/ hæc vero vacāt
corruptione? ¶Hesiodo igitur cæ
terisq; theologis: id curæ fuit dun-
taxat/ quod sibiipsis verisimile es-
set /nos autem neglexerunt. cum
enim deos principia fecissent/ et
ex dijs orta esse omnia posuissent:
ea facta esse mortalia dicunt/q̄ ne-
ctar atq; ambrosiā nō gustarūt. hȩc
nomina sibiipsis (vt patet) nota du-

Bessario.

necesse est vt forma & species aliquid præ-
ter cunctum sit. ¶Si autem rursus hoc ali- 39
quis ponet: dubium est de quibus hoc po-
net/ & de quibus non. ꝙ enim de omnibus
non est possibile: patet. non enim ponemus
aliquā esse domū: præter domos singulares.
¶Et ad hæc vtrum vna erit omnium sub- 40
stantia: vtputa hominū. Sed absurdum est.
non enim vnum essent omnia quorum sub-
stantia vna: sed multa atq; diuersa. sed hoc
etiam incōueniēs est. Simul autem quomo-
do materia vnumquodq; horum est: & est
cunctum hæc ambo? ¶Item de principijs 41
hoc etiā aliquis dubitabit. nam si specie sunt
vnum: nichil erit numero vnum/nec ipsum
vnum & ipsum ens. Ipsumq; scire quomo-
do erit: si non aliquod vnū in omnibus erit?
¶At vero si numero vnū: et quodq; princi- 42
piorum vnum/& non vt in sensibilibus alia
aliorum. vtputa huius syllabæ cum specie
sit eadem: etiam principia specie eadē sunt.
etenim hæc: numero alia sunt. ꝙ si non ita/
sed principia entiū numero sunt vnum: non
erit præter elementa aliquid aliud. numero
enim dicere/aut singulare: nil differt. ita enī
singulare dicimus: quod vnum numero est.
vniuersale vero: quod in his. quemadmodū
si vocis elemēta eo quod vnum numero est/
determinata essent: necesse esset tot omnes
literas esse quot elementa/ cum non essent
duo aut plura eadem. ¶Nichilo autem mi- 43
nor dubitatio & posterioribus & prioribus
prætermissa est: vtrum eadem corruptibiliū
et incorruptibiliū principia sint/an diuersa.
si enim eadem sunt: quomodo hæc quidem
incorruptibilia/hȩc vero corruptibilia sunt/
et propter quam causam? ¶Quicūq; igitur 44
circa tēpora Hesiodi fuerūt/& cuncti theo- Hesiodus.
logi: solum quoad sibi persuaderēt curæ ha-
buerunt/ nos autem contempserunt. cum
enim principia deos facerēt/& ex dijs fuisse
dicerēt: quæcūq; nō gustarūt nectar & am-
brosiam mortalia dicūt fuisse. manifestum
autē est ꝙ sibiipsis hæc nomina cognita di-

Cap. 4

Bessario.

centes/talesq; afferentes causas: supra vires nostras dixerunt. nam si voluptatis gratia ea attigerunt: nequaq̃ sunt ipsius esse causa nectar & ambrosia. ꝙ si ipsius esse gratia: quomodo essent sempiterni/ cum alimento indigerēt? Sed de ijs quæ fabulose & sophistice dicuntur: non est dignum accurate considerare.

NOTA

45 ¶ Ab illis vero qui per demōstrationem dicunt: petere oportet ac interrogare/cur cum ex eisdē sint/ hæc quidem entiū sempiterna natura sunt/hæc vero corrūpuntur? cum autem neq; dicāt causam/neq; rationabile sit ita se habere: patet ꝙ non sunt eorum eadē principia/neq; causæ.

Empedocles.

46 ¶ Empedocles nāq;/quem quis maxime sibiipsi putauerit consona dicere: is quoq; idem passus est. ponit enim quoddā principium/corruptionis causam: cōtentionē. nichilominus tamē & hæc videatur generare præter ipsū vnum. cuncta enim alia ex hac sunt: præter deū. dicit enim: ex quibus omnia quæ erāt/ quæ sunt/quæq; in posterū erunt orta sunt. ac arbores & viri/ ac mulieres/ feræ/ alitesq; et pisces in aqua nutriti: ac dij lōgeui. At etiam absq; his: patet. nam si non inesset in rebus contentio: vnum omnia (vt ait) essent. cum enim conueniant: tunc extima statuitur contentio. Vnde & accidit ei: fœlicissimum deum/minus sapientē cæteris esse. non enim cognoscit omnia elementa. contentionem nanq; nō habet. cognitio autē similis simili. terra enim (ait) terrā inspicimus. aquā vero aqua/ac amicitia amicitiam: & contentionem contētione perniciosa. Sed vnde sermo digressus est/ hoc est manifestū: ꝙ accidit ei/contētionem non magis corruptionis q̃ ipsius esse causam esse. similiter nec amiciciam: ipsius esse. cum enim cōgreget in vnū: corrumpit cætera. & simul ipsius transmutationis nullam causam dicit: nisi ꝙ ita natura aptum est. cum enim ait. Magna contentio in membris nutrita fuit: ac ad honores ascendit tempore perfecto. quod eis cū alternum sit: amplum præcessit iusiurandum. tanq̃ necesse sit quidem transmutari:

Argyropylus.

centes: & tamen de causarū harum gustatione/ supra nostræ mētis vires dixerūt. nam si voluptatis gratia ipsas tangant: nectar sane atq; ambrosia/ nō vt sint/illis causæ esse videntur. si vero sint causæ: quonā pacto erunt perpetui/ cum alimētis indigeant? Sed de ijsce quidē qui fabulose philosophātur: serio considerare dignum non esse videtur. ¶ Eos autē qui per demōstrationē dicunt/ interrogare oportet: cur nā si ex eisdē quæ sunt principijs sint/ alia natura sēpiterna sunt/alia corrūpuntur? at cū neq; causam dicāt/ neq; consonū sit rationi rem ita sese habere: patet nō eadē ipsorū principia & causas esse. ¶ Eteni & Empedocli quē maxime sibi cōsona dicere qui spiā arbitrabitur: idem sane cōtigisse videtur. nam ponit quidē corruptionis quoddā pricipiū causamq;: discordiā esse. nō minus tamen & ipsa: q̃ concordia generare præter ipsum vnū videbitur. cuncta nanq; cætera: ex hac ipsa sunt præter deū. dicit enim. Ex ijs quæ fuerint/q̃ sint/ veniātq; futura: Sūt cuncta arboribus genus hinc/ hominesq; fereq;. Hic ortæ volucres/ nutritiq; ęquore pisces. Cœlicolęq; omnes lōgeui: numina magna. Et sine his etiam patet. nā si discordia nō esset in reb9: vnū vniuersa essēt/ vt inquit. nā cū vniuersa cōuenerit: tūc vltimo discordia ipsa extrudit. Quapropter & fit ipsius sētētia: vt de9 q oīm est fœlicissim9/min9 sit q̃ cætera prudēs. non eni oīa elemēta cognoscit: quippe cū discordiā nō habeat. cognitio vero sil'is: sil'i fiat. dicit eni. Nā terrā terra: lympha cognoscim9 vndā. ætherq; ęthere sane: ignis dinoscit igne. Sic & amore amor ac tristi discordia lite. at enī id est manifestū vnde nostra est ꝓfecta oratio: euenire inquā ipsi discordiā qdē nō magis corruptiōis/q̃ vt res sint/cōcordiā vero nō magis vt sint/q̃ vt corrūpātur/ causā esse. cōgregās eni in vnū: corrūpit cætera. Et insuꝑ mutationis ipsi9 causā nullā dicit: nisi ita fieri aptam esse. inqt eni. Ast vbi nutrita est igēs discordia mēbris: Tēpore trāsacto dulcis cōcordia cessit. Fœdere ꝙ magno ꝓcedit vtrisq; vicissim. vult enī vt patet necessario fieri mutationē:

Argyropylus.

necessitatis vero causam nullã assi-
gnat. attamẽ tantũ dicere: solus cõ-
sone sibi videtur. nõ enĩ eorũ quæ
sũt/ alia subire corruptionẽ/ alia nõ
subire: sed vniuersa præter elemen-
ta subire dicit corruptionẽ. Pręsens
autẽ dubitatio est: cur alia occidũt/
alia corruptionis expertia sũt/ si ex
eisdẽ sint elemẽtis. Non esse igitur
eadẽ omniũ pricipia: patet ex ijsce
quæ satis ad hoc ostẽdendũ sũt di-
cta. ❡Si vero principia sint diuer-
sa: vna emerget cõtinuo dubitatio/
vtrũ & ipsa corruptionis expertia
sint/ an corruptionẽ suscipiãt. nam
si corrũpãtur: patet hæc ex quibus-
dã cõstare necessariũ esse. vniuersa
enĩ: in ea corrũpũtur/ ex quibus cõ-
stant. Quo fit: vt principiorum alia
priora pricipia sint. quod quidẽ fie-
ri nequit: & si stetur/ & si in infinitũ
in principijs abeat. Præterea quo-
nã pacto erũt res quæ sũt corrupti-
onis participes: si principia interi-
bunt? Sin vero vacẽt corruptione:
cur ex his quidẽ res participes/ ex
alijs autẽ expertes erũt corruptio-
nis? hoc enĩ nõ est cõsentaneũ ra-
tioni: sed aut fieri neq̃t/ aut oratione
indiget longa. Præterea neq; quisq̃
aggressus est diuersa esse principia
dicere: sed eadẽ quidẽ omnes om-
nium esse dicũt. primũ autem illud
quod dubitauimus prætereũt: hoc
16 vt quoddã paruũ sumẽtes. ❡Hoc
autẽ omniũ & ad contẽplandũ dif-
ficillimũ/ & ad cognoscẽdã veritatẽ
maxime necessariũ esse videt: vtrũ
id quod est/ atq; vnũ ipsũ/ substãtiæ
sint eorũ quæ sunt/ & vtrũq; ipsorũ
nõ aliud quicq̃ sit/ sed alterũ quidẽ
vnũ sit/ alterũ autẽ ens. An quære-
re oporteat quidnã sit id quod est
ac vnũ ipsũ: vt alia quædã natura
subiecta? quidã enĩ illo: quidã hoc
modo naturã ipsorũ sese habere pu
tant. ❡Plato nãq; & Pythagorici
nõ aliud quicq̃ id qđ est ac vnũ ip-
sũ/ inquiũt esse: sed id ipsorũ est na
tura. quippe cũ substãtia ipsius: sit
ipsũ esse vnꝰ ac entis. ❡Naturales
autẽ: quidnã sit dicũt. Empedocles
enim quasi ad notius redigẽs: dicit
quidnã sit ipsum. nã cõcordiã/ ipsũ
esse: dicere sane videbitur. hæc enĩ
cũctis est causa vt sint vnũ. ❡Alij
vero ignẽ/ alij aerẽ esse inquiũt hoc
vnũ & id qđ est: ex quo ea q̃ sunt &

Bessario.

causam tamen necessario nullam manife-
stat. tantum tamen sibiipsi consentanee di-
cit: ꝙ non facit hæc quidẽ entium corrupti-
bilia/ hæc vero incorruptibilia/ sed omnia
corruptibilia præter elementa. Quæ autem
dicitur nunc dubitatio est: cur si omnia ex
eisdem sunt/ hæc quidẽ sunt/ hæc vero non?
Q̃ igitur non sint eadẽ pricipia: hæc demũ
dicta sint. ❡Q̃ si diuersa pricipia sunt: vna 47
quidem dubitatio est/ vtrũ icorruptibilia eti-
am ista erunt/ an corruptibilia. Si enim cor-
ruptibilia: patet ꝙ necesse est ea quoq; ex
aliquibus esse. omnia enim: in illa ex quibus
sunt corrumpuntur. Quare accidit: pricipi-
orum alia esse principia priora. hoc autem
impossibile: siue statur siue in infinitum pro-
greditur. Item si principia adimentur: cor-
ruptibilia quomodo erũt? Q̃ si incorrupti-
bilia sunt: cur ex his quidem cum incorru-
ptibilia sint/ corruptibilia erunt/ ex alteris
vero incorruptibilia? hoc enim non est ra-
tionabile: sed aut impossibile est/ aut mul-
tis indiget rationibus. Item nemo conatus
est alia ostendere: sed eadem omnium prin-
cipia dicunt. et quod primo dubitatum est:
tanq̃ paruum quiddam putantes/ prætere-
unt. ❡Omnibus autem & ad speculãdum 48
difficillimum & ad cognoscendam veritatẽ/
maxime necessarium est: vtrum ipsum ens/
& ipsum substaniæ entium sint/ & non ali-
quid aliud vtrunq; eorũ sit sed hoc vnum/
illud vero ens sit. An oportet quidnam sit
ipsum ens & ipsum vnum quærere: tanq̃
altera natura subiecta? quidã enim illo: qui-
dam vero hoc modo putãt naturã habere.
❡Plato nãq; ac Pythagorici non esse aliud 49 Plato. Pythagorici.
quid ipsum ens/ nec ipsum vnum aiebant:
sed hoc eorum naturam esse/ tanq̃ substan-
tia idem vnum et ens esset. ❡Qui autem de 50
natura tractarunt vt Empedocles: tanq̃ in Empedocles.
magis cognitum reducens/ dicit ꝙ vnum
est ens. videri nanq; possit dicere hoc amici-
tiã esse. causa enĩ hæc omnibus est: vt vnum
sint. ❡Alij vero ignem/ & alij aerem aiunt 51
ipsum vnũ/ & ipsum ens esse: ex quo entia &

Bessario.

52 esse & facta esse. ¶ Similiter & qui plura
elementa ponunt. necesse enim & his est/
tot esse dicere ipsum ens & ipsum vnum:
53 quot aiunt principia esse. ¶ Accidit autem
ꝙ si quis non ponat esse aliquam substan-
tiam ipsum vnum & ipsum ens: nec aliorũ
vniuersalium quicꝗ esse. hæc enim vniuersa-
lia maxime omnium sunt. Q̃ si non est ali-
quid ipsum ens & ipsum vnum: multo mi-
nus quicꝗ aliorum sit præter ea quæ singu-
laria dicuntur. Item si ipsum vnum non sit
substantia: patet ꝙ nec numerus erit tanꝗ
natura alia separata ab entibus. numerus
enim: vnitates. vnitas vero vnum quid est.
Q̃ si quid est ipsum vnum/ & ipsum ens:
necesse est eorum substantiam esse vnum &
ens. non enim aliquid aliud vniuersaliter
54 prædicatur: sed eadẽ ipsa. ¶ At vero si quid
erit ipsum ens & ipsum vnum: magna dubi
tatio est quonã modo aliquid aliud præter
hæc erit. dico autem quomodo entia erunt
plura vno. quod enim aliud ab ente est: non
est. quare secundum Parmenidis rationem: (Parmenides.)
necesse est accidere omnia entia/ esse vnum
55 et hoc esse ens. ¶ Vtroq; autem modo diffi-
cile est. siue enim vnum non sit substantia/
siue ipsum vnum sit: impossibile est nume-
rum esse substantiã. & quare quidem si non
sit: dictum est prius. Si autem sit: eadem ac
de ente dubitatio est. ex quo enim & præ-
ter ipsum vnum/ erit aliud vnũ: necesse pro-
fecto est nichil esse. õnia vero entia: aut vnũ/
aut plura quorum vnumquodq; vnum est.
Item si ipsum vnum indiuisibile: secundum
quidem Zenonis positionem/ nichil vtiq; (Zeno.)
fuerit. quod enim neq; additum neq; dem-
ptum facit aliquid maius: id nõ esse entium
aiunt/ tanꝗ ens magnitudo sit. et si magni-
tudo: corporalis. hæc namq;: omniquaq;
ens. cætera vero quodã modo quidem ad-
dita facient maius: quodam modo vero ni-
chil. vt superficies & linea facient: punctum
56 vero & vnitas minime. ¶ Sed cum ipse mo-
leste speculetur/ ac cõtingat aliquid indiuisi-
bile esse: sic ad illum habetur aliqua respon-

Argyropylus.

esse & fieri dicũt. ¶ Eodẽ modo fa-
ciunt: & ij qui plura afferũt elemen
ta. necesse est enim & hosce tot esse
dicere id qđ est ac vnũ ipsum: quot
esse principia dicũt. ¶ Fit autem: si
quispiã non posuerit vnũ ipsum &
id quod est/ substãtiã quãdã esse: vt
neq; cæterorũ quicꝗ vniuersaliũ sit.
hæc eni maxime omniũ vniuersa-
lia sunt. Si igitur non sit quicꝗ vnũ
ipsũ ac ipsũ ens: multo minus cæ-
terorũ quicꝗ fuerit/ præter ea quæ
singularia dici solet. Præterea si nõ
sit vnũ ipsum substantia: patet neq;
numerũ esse vt quandã a rebus se-
paratã naturã. nam numerus qui-
dẽ: est vnitates. vnitas autẽ: ꝓprie
vnũ qđ est. Si vero sit quippiã ipsũ
vnum & ens: necesse est ipsorũ esse
substantiã vnũ ipsũ/ & id quod est.
nõ enim aliud quicꝗ vniuersaliter
prædicatur: sed hęc ipsa. ¶ At vero
si sit quippiã ipsũ vnũ & ipsũ ens:
magna existit nimirum dubitatio/
quonam modo quicꝗ aliud præter
hæc erit. dico autẽ hoc pacto: quo-
nam modo ea quæ sunt/ plura erũt
vno. id enim nõ est: quod est aliud
ab eo quod est. quare necessario fit
ratione Parmenidis: vt vnũ/ õnia
sint/ atq; hoc sit id qđ est. ¶ Vtroq;
autem modo: difficultas esse vide-
tur. siue enim vnum ipsum non sit
substantia/ siue sit quippiã ipsum
vnũ: impossibile est numerũ substã
tiam esse. si igitur non sit: dictũ est
ãtea id ob quod illud eueniet. Sin
vero sit: eadem emerget/ quæ & de
eo quod est fieri dubitatio solet. ex
quo nãq; & præter vnũ ipsum/ erit
ipsum aliud vnũ: necesse est ipsum
vnũ nõ esse. omnia autẽ quæ sunt:
aut vnũ sunt aut multa/ quorum
quodq; est vnũ. Præterea si idiuisi-
bile sit/ ipsũ vnũ: nichil erit ꝓfecto
Zenonis opinione. quod eni neq;
cũ addit/ neq; cũ aufertur maius vel
minus facit: id esse negat. quippe
cũ id qđ est: sit magnitudo/ & ma-
gnitudo corporea. hæc eni õni ex
parte est ens. cæterę vero si addãt:
partim faciũt maius/ partim nõ fa-
ciunt/ vt superficies ac linea. pũctũ
autẽ & vnitas: nullo pacto facient
maius. ¶ Sed quoniã hic iepte ad-
modũ contẽplatur/ & potest i rati-
one rerũ indiuisibile esse: vt & hoc
pacto sit & ad illum quædã respon-

Argyropylus.

sio. nam tale: non maius quidē/sed plus faciet si addatur. ¶Illud quærendum esse videtur: quonā pacto ex vno tali vel pluribus/ fuerit magnitudo. Est eni hoc: perinde atq; si linea ex punctis constare dicatur. At vero & si quispiā hoc pacto putat/ vt ex vno ipso/ac alio non vno quodam numerus ipse fiat/ quemadmodū quidā dicunt: non minus tamē quærēdū est cur & quomodo interdum numerus/ interdum magnitudo id erit quod inde oritur/ si non vnum ipsum inæqualitas & natura eadem erat? nō enim patet: aut quonā pacto ex vno ac ipsa/ aut quo modo ex numero quodam et hac eadē/ magnitudines fient & oriantur. CAP. V.

17 
Ost hæc autē sequitur dubitatio: vtrū numeri/ corpora/ plana/ac puncta substātię quædā sint/an nō sint. nā si nō sint: præterit nos quidnā sit id quod est & quænā sint substātiæ rerū. affectus enim/ motus/ relationes/dispositiones ac rationes: nullius rei substantiam significare videntur. omnia nāq; de aliquo subiecto dicūtur: & nichil hoc aliquid est. Quæ vero maxime substātiam significare videbuntur: sunt ignis/ aqua/aer/atq; terra ex quib9 corpora cōposita cōstāt. horū caliditates qdē/frigiditates/ac tales affect9: nō sūt substātiæ. corp9 autē solū quod hęc patitur atq; suscipit: permanet/ quia est qd & substātia qdā. ¶Atq corpus minus q̄ superficies/& hæc min9 q̄ linea/& linea minus q̄ vnitas punctū ve: substantia esse videtur. his enim corpus definitur: vt patet. & hæc quidem sine corpore posse esse videtur: corpus autē sine his esse nequit. ¶Quocirca plerięq; homines quidē ac veteres: corpus quidē substātiā & id quod est esse arbitrabantur. cætera vero: huius affectus. quare & principia corporū: principia rerum esse putabant. posteri autem & qui sapientiores his esse sunt visi: numeros. Vt igitur dicebamus: si non sint hæc ipsa substantiæ / nulla est prorsus substātia/ neq; quicq̄ omnino est ens. nō eni ea quæ hisce accidūt: dignū est entia appellare. ¶At vero si

Bessario.

sio. huiuscemodi nanq; additum nō maius
sed plus efficit. ¶Sed quomodo ex vno tali 57
aut pluribus: magnitudo erit? Simile nanq;
est: ac si dicatur ex punctis lineam esse. Qđ si
quis ita putat/ vt quemadmodum quidam
dicunt ex ipso vno & alio quodam non vno
numerus fiat: nichilominus tamen quæren-
dum est/cur & quomodo quandoq; nume-
rus/quādoq; magnitudo erit quod fit/si ip-
sum non vnum/inæqualitas/ac eadem natu
ra erat? nec eni apparet quo pacto ex vno
et ista/neq; quo pacto ex aliquo numero &
ista/magnitudines fieri queant. CAP. V.


Is autem consequens dubi- 58
tatio est: vtrum numeri/ &
corpora/ superficies & pun-
cta aliquæ substantiæ sint/
an non. Si enim non sunt: fu
git nos quidnā ipsum ens/
et quæ entium substātiæ sint. passiones eni
et motus & quæ ad aliquid sunt/ipsæq; dis-
positiones ac proportiones: nullius substan-
tiam significare videntur. cuncta etenim de
aliquo subiecto dicūtur: nichilq; horum ip-
sum quid est. Quæ vero maxime substanti-
am videantur significare: sunt aqua/ terra/
et ignis/ex quibus composita corpora con-
sistunt. horum caliditates quidem/ & frigi-
ditates/& huiuscemodi passiones: non sub-
stātiæ sunt. corpus vero solū quod hæc pati-
tur: p̄manet tanq̄ aliquod ens/et aliqua exi-
stēs substātia. ¶At vero corpus: minus est 59
substātia q̄ superficies/ et superficies q̄ linea/
et linea q̄ vnitas et punctum. his enim cor-
pus diffinitur. & hæc quidem videtur posse
sine corpore esse: corpus vero absq; his im-
possibile esse. ¶Quare plures quidē et anti- 60
quiores/ substantiā quidē & ens/ putabant
esse corpus: cætera vero huius passiones. vt
et principia corporū: entiū essent principia.
posteriores vero/& illis sapientiores habiti:
numeros. Quemadmodum itaq; diximus:
si hæc non sunt substantiæ/nulla substantia/
nec aliquod ens omnino est. quæ eni eis acci-
dunt: non conuenit entia nominare. ¶At si 61

Bessario.

hoc quidem conceditur/ꝙ longitudines & puncta magis q̃ corpora substantiæ sint/ at qualia corpora/hæc sint nõ videmus (in sensibilibus nãq; ĩpossibile est esse) nõ erit profecto vlla substantia. Itẽ videntur hęc oĩa/dimensiones corporis esse: hoc quidẽ ad latitudinem/ hoc vero ad profunditatem/illud porro ad longitudinem. Et adhæc similiter inest in solido quæcũq; figura. Quare si nec in lapide mercurius/ nec in cubo dimidium cubi sic vt disterminatũ: ergo nec sup̃ficies. nam si quæcunq;: & ea profecto sit quæ dimidium disterminat. eadẽ autem ratio: & de linea/puncto et vnitate est. Quare si corpus maxime substantia est/hæc autem corpore magis/ hæc vero nõ sint/neq; substantiæ quædam sint: fugiet nos profecto quidnam sit ens/ quæve entium substantia est.

62 ¶ Ad hæc enim quæ dicta sunt: etiam quæ circa generationem & corruptionem accidunt inconueniẽtia. Videtur enim substantia cum ante non sit/ nunc sit/aut cum antea sit/postea non: hæc pati/fieri scilicet atq; corrumpi. at puncta/lineas/& superficies: neq; fieri neq; corrumpi contingit/cum quãdoq; sint quandoq; vero non sint. cum enim tangãt aut diuidantur corpora: quãdoq; vna/ cum simul tangũt/quãdoq; duæ/ cum diuiduntur fiunt. quare neq; iam cõpositis sũt/ sed corruptæ sunt: & diuisis sunt cum antea non essent. punctum nanq; indiuisibile: non est diuisum in duo. Cæterum si generantur & corrumpuntur: ex aliquo fiunt. Similiter autem se habet & circa nunc quod est in tempore. nec hoc enim contingit generari et corrumpi: sed tamen aliud esse semper videtur: cum non substantia aliqua sit. patet autem ꝙ etiam circa pũcta/ lineas/et superficies: similiter se habet. eadem enim ratio est. cũcta nãq;: similiter aut fines aut diuisiones sunt.

63 CAP. VI.



Mnino autẽ aliquis dubitabit: quare oportet alia quędã præter sẽsibilia et media quęrere/ vtputa eas quas poni-

Argyropylus.

hoc quidẽ cõceditur/longitudines inquam puncta ve magis q̃ corpora substantias esse/hæc autẽ quorũ nam sint corporũ nõ videmus (esse enim in sensibilibus nequeũt) non erit profecto substãtia vlla. Præterea hæc õnia: partim in latitudinẽ/ partim in altitudinẽ/partim in longitudinẽ/corporis dimẽsiones esse videntur. Insuper: æque in solido quæuis inest figura. Quare si neq; in lapide mercurius insit/neq; tesseræ dimidiũ sit in tessera sic diffinitũ: neq; ergo superficies inest. nã si quæuis esset: & ipsa profecto esset/ quæ dimidiũ ipsum definit. eadẽ: et de linea & puncto ac vnitate est ratio. Quare si corpus quidẽ maxime substantia sit/ hæc vero magis q̃ corpus/ non sint autẽ hæc/ neq; sint substãtiæ quædã: præterit sane quidnã sit id quod est/& quæ tandẽ sit substantia rerũ. ¶ Nam vltra ea quæ dicta sunt: præter etiam rationem accidũt ea/quæ circa generationẽ corruptionẽq; eueniũt. Substantia enim si prius nõ erat & nũc est/ aut si ante erat & postea nõ est: hęc ipsa pati cũ generatione corruptioneq; videtur. at fieri non potest: vt puncta/ lineę/superficiesve quę interdũ sunt interdũ non sunt/ generentur vel corrũpantur. cum enim corpora se tangũt: simul fit superficies vna. cũ diuidũtur: duæ. et sic etiam cętera. quare neq; cõpositis est/ sed euanuit: & diuisis/ sunt quę prius non erãt. non enim indiuisibile punctum: diuisum est bipartito. Q̃ si generentur & corrumpantur: ex aliquo generantur. Similiter & res sese habet: & circa ipsum temporis punctũ. neq; hoc enim: generari corrumpive potest. attamen videtur aliud semper esse: quia non est substãtia quędam. eodem modo rem sese habere patet: et circa pũcta & lineas atq; plana. est enim eadem in vniuersis his ratio. nam omnia: similiter aut fines sunt aut diuisiones.

CAP. VI.



Mnino autem dubitauerit quispiam: cur et quęrere alia quędã præter sensibiles et medias res oportet/ vt ea quæ poni- 18

Argyropylus.

mus formas. Nam si propterea ꝙ
mathematicæ ab hisce alia quidem
differunt ratione/ hoc autem ꝙ mul
tæ sunt quædam eiusdem speciei
non differunt: non erunt ipsarum
principia numero definita. quem=
admodū & literarum numero qui=
dem/ omnium non sunt principia
definita: specie vero sūt. si vero hu
iusce syllabæ quispiam/ aut huius=
ce vocis principia sumat: harū eti=
am erunt rerum & numero defini=
ta. Similiter & in medijs. īfinita enī
sunt & ibi: ea quæ sunt speciei eius
dē. quare si præter sensibilia & ma
thematica nō sint aliqua alia qua=
lia quidā inquiūt formas esse: sub=
stantia vna numero specieq; non
erit. neq; pricipia eorum quę sunt:
erunt numero sed specie definita.
Si igitur hoc est necessarium: & for
mas ob idipsum esse necesse est. nā
etsi non bene positionem suam de=
clarant ij qui dicunt ideas esse: id
tamen est quod volunt. & hæc ip=
si dicant necesse est: vnamquanq;
formarum substantiam quādam es
se/ & nullam per accidēs. ¶ At ve=
ro ea quæ necesse est euenire im=
possibilia/ si formas posuerimus/ &
vnum numero principia ipsa non
specie esse: iam antea diximus.
19 ¶ His autem hæc dubitatio pro=
pinqua esse videtur: vtrum poten
tia sint ipsa elementa / an aliquo
alio modo. nam si sint alio modo:
erit aliquid aliud principijs prius.
potentia nanq; illam causam an=
tecedet. atq; non omne quod est
potentia: illo modo sese habere ne=
cesse est. Sin vero potentia sint: fie=
ri potest vt nichil sit eorū quę sunt.
potest enim & id esse quod non=
dum est. nam fit quidem: id quod
nō est. nichil autem fit eorum quæ
nequeunt esse. ¶ Has igitur dubi=
tationes de principijs dubitare: ne
20 cesse est. Et vtrum vniuersalia sint:
an eo sint modo quo dicimus ip=
sa singularia esse. nam si ipsa vni=
uersalia sint: non erunt substan=
tiæ. nichil enim communium: hoc
aliquid / sed quale significat. sub=
stantiam autem/ hoc aliquid signi=
ficare: constat. Q2 si id quod com=
muniter prædicatur / hoc aliquid

Bessario.

mus species. Si enim propterea ꝙ mathe=
matica quidem ab ijs quæ hic sunt alio
quodam differunt/ in eo sane quod plu=
ra eiusdem speciei sunt/ nichil differunt. &
ideo non erunt eorum principia: numero
determinata. sicuti etiam hic literarum/
numero quidem non sunt/ omnium prin=
cipia determinata/ sed specie. nisi quis: hu
ius syllabæ/ & huius vocis accipiat. harū
enim: numero etiam determinata erunt.
Similiter etiam de medijs. infinita etenim
etiam illic sunt: quæ eiusdem speciei sunt.
quare si præter sensibilia & mathematica
non sint alia quædam/ qualia dicunt qui=
dam species esse: non erit vna numero &
specie substantia. nec entium principia ali
qua numero aliquot sed specie erunt. Si
itaq; hoc necessarium est: & species pro=
pterea necesse est esse. etenim quanq̄ non
bene declarēt qui hæc dicūt: hoc tamē est
quod volunt. et necesse est eis hoc dicere:
ꝙ specierum vnaquæq; substantia quæ=
dam sit/ & nulla secūdum accidens. ¶ At 64
vero si ponemus species esse/ & principia
vnum numero non specie esse: diximus
quæ impossibilia necesse est accidere.
¶ His autē prope est dubitare: vtrum po= 65
tentia / an alio quodam modo elementa
sint. si enim alio quodam modo: erit ali=
quid aliud pricipijs prius. potētia nanq;
prior illa causa est. non est autem necesse:
vt omne quod potentia est/ illo modo se
habeat. Q2 si elementa potentia sunt: con=
tingit nichil entium esse. possibile enim
est esse: etiam quod nondum est. fit enim
quod nō est. sed nichil eorum fit: quæ esse
impossibilia sunt. ¶ Et his itaq; de prin= 66
cipijs dubitationibus: necesse est dubita=
re. Et vtrum vniuersalia sint/ an (vt dici=
mus) singularia. si enim vniuersalia: non
erunt substantiæ. nichil enim communi=
um: quod quid / sed quale quid signifi=
cant. sed substantia: quod quid. Q2 si
quod communiter prædicatur/ quod quid



Bessario.

sit/& exponi possit: multa animalia erunt ipse Socrates & homo & animal. si singula quidem: quod quid & vnum significant. Si igitur principia vniuersalia sunt:
67 hæc accidunt. ℭ Qꝫ si nõ vniuersalia sint/ sed vt ipsa singularia: non erũt scibilia. ipsius enim vniuersalis: omniũ scientiæ sunt. quare erunt alia principia priora de principijs vniuersaliter prædicata: si sit quidẽ eorum futura scientia.

ℭ Tertij metaphysicorũ Aristotelis interprete Bessarione/libri
FINIS.

ℭ Quartus metaphysicorum Aristotelis interprete Bessarione ad Alphonsũ regẽ.



1 St quædam sciẽtia: quæ speculatur ens prout ens est/ & quæ ei per se insunt. hæc autem: nulli earum quæ in parte dicũtur/eadem est. nullæ nanqꝫ cæterarũ: vniuersaliter de ente prout ens est/ considerant. sed eius aliquam partem abscindentes: quod ei accidit speculantur. vt
2 mathematicæ scientiæ. ℭ Cum autem principia & supremas causas quæramus: patet ꝙ alicuius naturæ per se/ necesse est eas esse. si igitur illi etiam qui entium elementa quærunt/ ista principia quærebãt: necesse est etiam elementa entis non secũdum accidens esse/sed prout entia sunt. Quare nobis quoqꝫ entis prout entis: primas causas accipiendum est.

CAPVT II.

Argyropylus.

erit/digitoqꝫ poterit designari: Socrates sane multa animalia erit/ipseqꝫ & homo ac animal/si vnumquodqꝫ hoc aliquid vnumqꝫ significat. Hæc igitur accidunt: si principia vniuersalia esse ponantur. ℭ Sin vero non sint vniuersalia/ sed vt singularia: non cadunt sub scientiam. nanqꝫ omnium/ vniuersaliũ est. quare principia erunt alia principijs sane priora/ vniuersalem subeuntia prædicationem: si ipsorũ scientia sit futura.

ℭ Tertij metaphysicorum Aristotelis interprete Argyropylo/libri
FINIS.

ℭ Quartus metaphysicorũ Aristotelis interprete Argyropylo ad Cosmam medicẽ.



St sciẽtia quædam: quæ id qđ est ea ratione qua ẽ ens/ & ea q̃ huic insunt per se contẽplatur. hęc autem: nulla est earum/ quæ scientiæ particulares dicuntur. nulla enim cæterarũ: id quod est vt est ens/considerat. sed partem quæqꝫ aliquam excipiens: id quod accidit/ de hac contemplatur. vt mathematicę scientię faciunt. ℭ Quoniam autem principia summasqꝫ causas quærimus: patet ipsas necessario/per se cuiuspiam esse naturæ. ꝙ si & ij qui eorum quæ sunt/elementa quærebãt/ hæc principia quærebãt: necesse est & elementa eius quod est vt est ens & nõ per accidẽs/esse. Quapropter & a nobis ei⁹ qđ est ea ratione qua est ens: primæ causæ sunt sumendæ. 1

CAPVT II.

Argyropylus.

2 HD autē quod eſt/ dici-
tur quidem multiplici-
ter: ſed ad vnū & vnā
quandam naturam &
non æquiuoce dicitur/
ſed vt & omne ſanum ad ſanitatem
dicitur. partim: quia conſeruat. par-
tim: quia efficit. partim: quia indicat
ipſam. partim: quia eſt ſuſceptiuum
ipſius. & medicatiuum item: ad me-
dicinam. aliud enim tale ex eo dici-
tur: quia medicinā habet. aliud: quia
aptū eſt ad ipſam. aliud: quia opus
eſt medicinæ. & alia plura: ſimili mo
do. ſic & id quod eſt/ multis quidem
modis: ſed ad vnum principium di-
citur. quædam enim: quia ſubſtan-
tiæ ſunt / entia dicuntur. quædam:
quia ſubſtantiæ ſunt affectus. quæ-
dam: quia ſunt ad ſubſtantiam via/
aut corruptiones / aut priuationes /
aut qualitates / aut effectiua genera-
tiuaq; ſubſtantiæ / vel eorum quæ ad
ipſam dicuntur ſubſtantiam / aut ali-
cuius horum negatio / vel ſubſtātiæ.
Quocirca & id quod nō eſt: nō ens
dicimus eſſe. ℂ Vt igitur et omni-
um ſanorum: ſic & cæterorum vna
ſcientia eſt. non enim ſolum eorum
quæ per vnam rationem dicuntur/
vna ſcientia eſt: ſed eorū etiam quæ
ad vnam dicuntur naturam. & hæc
enim: quodam modo vna ratione di
cuntur. ℂ Patet igitur vnius etiam
eſſe ſcientiæ: ea quæ ſunt vt & en-
tia ſunt contemplari. vbiq; autē ſci-
entia: ipſius eſt proprie primi/ & ex
quo cætera pēdent/ & propter quod
dicuntur. Qz ſi hoc eſt ſubſtantia:
ipſum philoſophum principia ſub-
ſtantiarum / cauſaſq; habere opor-
tet. ℂ Omnis autem generis vni-
us: ſenſus eſt vnus atq; ſcientia. ve-
luti grammatica quæ eſt vna: om-
nes contemplatur voces. Quapro-
pter & eius quod eſt vt ens: quæcūq;
ſunt ſpecies / vnius eſt ſciētiæ gene-
re / & ſpecierum ſpecies contempla-
3 ri. ℂ Atqui id quod eſt ac vnum ip-
ſum ex eo idem ſūt atq; vna natura:
quia mutuo ſe ſequuntur / vt princi-
pium atq; cauſa / ſed non vt vnam
ſubeūtia rationem. Nichil autem re-
fert & ſi eadem hoc pacto putaueri-
mus eſſe: ſed & ad propoſitū magis
conducit. idem eſt enim vnus homo
& homo: & qui eſt homo & homo.

Beſſario.



Ns autē multipliciter qui- 3
dē dicitur: verū ad vnum/
vnamq; quandam naturā
& non æquiuoce/ ſed quē-
admodū omne ſanū ad ſa
nitatē. quoddā: eo ꝙ con-
ſeruat. quoddā: eo ꝙ facit. quoddā: eo ꝙ
ſignū ſanitatis. quoddā vero: ꝙ capax ei9
eſt. et medicinale: ad medicinā. quoddam
enim eo ꝙ habet medicinā medicinale di-
citur. quoddā: propterea ꝙ natura aptum
ad eā ſit. quoddā: propterea ꝙ opus medi
cinæ ſit. eodē modo: cætera quoq; accipie-
mus. ita & ens multipliciter quidē dicitur:
ſed totū ad vnū principiū. quędā enī/ quo-
niā ſubſtantiæ: entia dicūtur. quædā: quo-
niā paſſiones ſubſtantiæ. quædā: quoniā
via ad ſubſtātiā/ aut corruptiones/ aut pri-
uationes/ aut qualitates/ aut effectiua/ aut
generatiua ſubſtantiæ/ ſiue eorum quæ ad
ſubſtantiā dicūtur/ aut ad aliquorū ex his
negationes aut ſubſtātias. Quare & ipſū
nō ens: eſſe nō ens dicimus. ℂ Quēadmo- 4
dū igit̄ ſanorū oim vna ſciētia eſt: ita & de
cæteris eſt. nō enī ſolū eorū quæ ſcđm vnū
dicunt̄/ verū etiā eorū quæ ad vnā naturā
dicunt̄: vnius ſciētię eſt ſpeculari. etenī hęc:
etiā quodā modo ſecundū vnū dicuntur.
ℂ Patet itaq; vnius eſſe: & entia ꝓut entia 5
ſpeculari. vbiq; aūt ꝓprie primi/ & ex quo
cætera pendent & propter quod dicūtur:
ſcientia. ꝙ ſi hoc ſubſtantia eſt: oportet ꝑ-
fecto/ vt ſubſtātiarum principia & cauſas
philoſophus habeat. ℂ Omnis autē ge- 6
neris: & ſenſus vnus vnius/ & ſcientia. ve-
luti grammatica vna exiſtens: omnes vo-
ces ſpeculat̄. Quare entis quoq; quot ſpe-
cies ſūt/ & ſpecies ſpecierū ſpeculari: vnius
ſciētię genere eſt. ℂ Si itaq; ens & vnū idē/ 7
ac vna natura ſunt/ propterea ꝙ ſe inui-
cem ſequuntur quemadmodum principi-
um & cauſa/ non ꝙ vna ratione ſignificā-
tur: nichil quidem refert ſi etiam ſimiliter
putabim9/ quinimo magis proderit. idem
enim vnus homo & ens homo ac homo.

Beſſario.

& non ſignificat diuerſum aliquid ſecun-
dū dictionē repetitam: id/ eſt homo/ & ho-
mo/ & vnus homo. Patet autem ꝙ non ſe-
paratur ens nec in generatione nec in cor-
8 ruptione. ſimiliter & de vno. ¶ Quare ma
niſeſtum eſt: ꝙ additio in his idem ſigni-
ficat. & quod vnū nichil aliud eſt: præter
ens. Item cuiuſq; ſubſtantia/ vnū eſt: nō ſe-
cundum accidens. ſimiliter & ipſum ens:
9 quoduis. ¶ Quare quot vnius ſpecies: to-
tidem & entis ſunt. de quibus ipſum quid
eſt ſpeculari: eiuſdē genere ſcientiæ eſt. di-
co autem vtputa: de eodem/ & ſimili/ cæte-
riſq; huiuſcemodi. fere autem omnia con-
traria: ad hoc principium reducūtur. Cō-
ſiderata ſunt autem hæc a nobis in electi-
one contrariorum. totq; philoſophię par-
10 tes ſunt: quot ſubſtantiæ. ¶ Quare neceſ-
ſe eſt: vt aliqua earū prima/ & alia ſequēs
ſit. ſunt autem ſubinde habētia genera: ip-
ſum vnum & ens. quare etiam ſcientiæ ſe-
quentur iſta. philoſophus namq; eſt: vt il-
le qui mathematicus dicitur. & hæc enim:
habet partes. ac prima quędā: et ſecūda ſci
entia eſt. cæteræ quoq; cōſequētur: in ma-
11 thematibus. ¶ Cęterū vnius eſt oppoſita
ſpeculari: vni vero opponiť pluralitas. ne-
gationē vero & priuationē/ vniꝰ eſt ſpecu-
lari: ꝓpterea ꝙ vtroq; modo vnū ſpeculať
id cuius eſt negatio aut priuatio/ ſiue quæ
ſimpliciter diciť ꝙ nō ineſt illi/ ſiue alicui ge
neri. ibi ſiquidē vni differentia eſt: præter il
lud quod in negatione. negatio nāq;: ab-
ſentia illius eſt. in priuatione vero: & ſubie
cta quędā natura ſit/ de qua priuatio dici-
12 tur. vni autē: pluralitas opponiť. ¶ Quare
etiam prædictis oppoſita/ diuerſum/ diſſi-
mile/ & inæquale/ & quæcūq; alia quę aut
ſecundum eadem dicuntur/ aut ſecundum
pluralitatem & vnitatem cognoſcere: di-
ctæ ſciētiæ eſt. ex quibus vnū quiddā eſt:
ſcilicet cōtrarietas. cōtrarietas enī: differen
13 tia ꝗdā. differētia vero: diuerſitas. ¶ Qua-
re cū vnum multipliciter dicať: hæc quoq;
multipliciter ꝗdē diceť. vniꝰ tamē eſt cū-

Argyropylus.

& non aliud quicquā dictio ſignifi-
cat ſi reduplicabitur: eſt homo/ & ho
mo/ & vnus homo. Patet autē: nec
in generatione ſeparari/ nec in cor-
ruptione. ſimiliter & in vno. ¶ Qua-
re perſpicuum eſt additionem in his
idem ſignificare: & nichil aliud vnū
ipſum præter id quod eſt/ eſſe. Præ-
terea vniuſcuiuſq; ſubſtantia vnum
eſt/ non per accidens: ſimiliter & ens
ꝓprie quid. ¶ Quare quot ſunt vni-
us: tot & eius quod eſt/ ſpecies ſunt.
de quibus quidnam ſit cōtemplari:
ad eandem genere ſciētiam ſpectat.
vt de eodem ac ſimili & cæteris tali-
bus. fere autem omnia contraria: ad
hoc principium reducuntur. Hęc ve 4
ro: contemplati ſumus in contrario-
rum delectione. atq; tot ſunt philoſo
phiæ partes: quot ſubſtantiæ ſunt.
¶ Quare neceſſe eſt ipſarum quādā
eſſe primam: & aliam ſequentem. nā
vnum ipſum & id quod eſt: genera
continuo habent. quapropter & ſci
entiæ: hæc ſequuntur. Ipſe nāq; phi-
loſophus: perinde ſe habet/ atq; iſ-
ce qui mathematicus nuncupať. ete-
nim partes hæc habet. & prima quę-
dam eſt ſcientia: & ſecunda. & aliæ
deinceps ſunt mathematicis collo-
catæ. ¶ Cum autem vnius ſit facul-
tatis oppoſita contēplari/ & vni plu-
ralitas opponatur/ atq; negationem
priuationemq; ſcientiæ ſit eiuſdē cō
ſiderare: ad hanc ſane ſcientiam &
pluralitatis contemplatio pertinebit.
vtroq; nanq; modo vnum ipſum in
contemplationem venit: cuius eſt ne
gatio vel priuatio/ quæ aut ſimplici-
ter illi inquā non ineſt/ aut cuipiā ge-
neri. atq; ibi quidem vni ipſi differen
tia ineſt: præter id quod eſt in nega-
tione. ipſa nanq; negatio: illius eſt ni
mirum abſentia. in priuatione vero:
& ſubiecta quædā exiſtit natura/ qua
de priuatio diciť. quæ cum ita ſint: &
vni pluralitas opponať. ¶ Fit vt eo-
rum etiā cognitio quæ ſunt oppoſita
dictis/ ad ſciētiā dictā attineat. diuer
ſi inquā diſſimilis/ inęqualis: & ſiqua
ſint alia/ ꝗ aut ad idē aut ad pluralita
tē & vnū accōmodanť/ ex quibus eſt
cōtrarietas ipſa. quippe cū differētia
quidē: diuerſitas ſit. contrarietas au-
tem: differentia quædam. ¶ Quare
cum ipſum vnū multis modis dica-
tur: & hæc multipliciter quidem di-
cētur. ſcientiæ tamen vnius eſt: vni-

Argyropylus.

uerſa cognoſcere. nõ enim ſi mul-
tis modis dicãtur: ad diuerſas ſci-
entias ipſorum contemplatio per-
tinebit. ſed ſi neq; vna ratio ipſis
cõpetat: neq; ad vnũ rationes om
niũ reducũtur. cum autẽ ad primũ
omnia referãtur/ vt ea quæ dicun-
tur vnum ad primum vnum: dicẽ
dũ eſt & de eodem & diuerſo con-
trarijſve/ rẽ eodẽ modo ſeſe habe-
re. ¶ Quare diſtĩctione facta quot
vnũquodq; modis dicatur: aſſignã
dũ eſt ad primũ in vnoquoq; prę-
dicamento quonã ad illud dicitur
modo. quædã enim hoc ſane dicẽ-
tur: ꝙ illud habet. quædã: ꝓpterea
ꝙ illud agit. quędã: alijs talib9 mo
dis. ¶ Patet igitˉ illud qđ olim ĩ du
bitationibus dixim9: vni9 inquã fa
cultatis eſſe/ de his & de ſubſtãtia
rationẽ habere. hoc autẽ: vnũ erat
5 eorũ/ q̃ diximus dubitãdo. ¶ Atq;
ipſius philoſophi nimirũ eſt: poſſe
de oĩbus cõtẽplari. nã ſi nõ ad phi
loſophũ idipſũ pertineat: quiſnã
erit quæſo qui ſi idẽ ſit Socrates &
Socrates ſedens/ aut ſi vnũ ſit vni
contrariũ/ aut quidnã ſit cõtrariũ/
aut quot modis ipſum oppoſitũq;
dicatur/ & identidẽ de cæteris eiuſ-
cemodi rebus cõſiderabit? ¶ Cum
igitur vnius vt vnũ eſt/ & ei9 quod
eſt vt ens eſt/ hæc per ſe ſint affect9
ſed nõ vt numer9 eſt/ aut linea/ aut
ignis: patet illi9 eſſe ſcientiæ & qd-
nã ſint hæc cognoſcere/ & ea quæ
ipſis accidũt cõtẽplari. atq; nõ hac
parte aberrãt ij qui de ipſis cõſide-
rãt vti nõ philoſophãtes: ſed quia
prius his eſt ſubſtantia/ qua de ni-
chil prorſus intelligũt. nã vt & nu-
meri quo numerus eſt proprij ſũt
affectus/ veluti paritas/ imparitas/
cõmẽſuratio/ æqualitas/ exceſſus/
defect9/ atq; hæc & p ſe & inter ſe-
ſe numeris cõpetũt/ & ſolido ſimi-
liter & mobili ac immobili & expti
atq; participi põderis ſũt affectus
alij ꝓprij: ſic et ei qđ eſt vt ens eſt
ſũt ꝓpria q̃dã. atq; hæc ſũt: ea de
q̱bus eſt philoſophi veritatẽ cõſide
rare. ¶ Cui9 hoc indiciũ eſt. artifi-
ces nãq; differẽdi/ atq; ſophiſtæ: mu
nus ipſi9 philoſophi ſubeũt. ſophi
ſtica enĩ facultas: apparẽs eſt tãtũ-
mõ ſapiẽtia. & artifices differẽdi: de
oĩb9 differũt. cõe autẽ oĩb9: ẽid qđ
ẽ. de ijſce vero ꝓpterea differũt: ꝙ

Beſſario.

cta cognoſcere. non enim ſi multipliciter:
ideo alterius. ſed ſi neq; ſecundum vnum/
neq; ad vnum rationes reducuntur: tunc
alterius. cum autem ad primum cuncta re-
ducuntur/ vtputa quotcunq; vnum dicun-
tur ad primũ vnum: ſimiliter de eodem &
diuerſo & contrarijs dicendum ſe habere.
¶ Quapropter diuidendo quoties ſingu- 14
la dicuntur: ſic attribuẽdum eſt ad primum
in vnoquoq; prædicamento/ quomodo ad
illud dicitur. quædam: eo ꝙ habent illud.
quædam: eo ꝙ faciunt. quædam: ſecũdum
alios huiuſcemodi modos dicẽtur. ¶ Ma- 15
nifeſtum itaq; quod in dubitationibus di-
ctum eſt: vnius eſſe tam de his q̃ de ſubſtã-
tia rationem habere. Hoc autem vnum erat
eorum/ quæ in dubitationibus diximus.
¶ Et Philoſophi eſt de õnibus poſſe ſpe- 16
culari. ſi enim non philoſophi: quis erit qui
conſiderabit ſi idem Socrates & Socrates
ſedens? aut ſi vnum: vni contrarium? aut
quid eſt contrarium: aut quoties dicitur?
Similiter de cæteris quoq; huiuſcemodi.
¶ Cum itaq; vnius prout vnius/ & entis 17
prout entis hæ per ſe paſſiones ſint/ & non
prout numeri/ aut lineæ/ aut ignis: patet ꝙ
illius ſcientiæ eſt & quid eſt cognoſcere &
accidentia eis. & non in hoc errant/ qui de
his conſiderant tanquã non philoſophan-
tes: ſed quoniam ſubſtantia de qua nichil
ſciunt prior eſt. nã quemadmodũ & nume-
ri prout numerus eſt/ propriæ paſſiones ſũt
vt imparitas/ paritas/ cõmenſuratio/ æqua-
litas/ exceſſus/ defectus & hæc tum abſolu-
tis/ tum mutuo relatis inſunt numeris/ ſimi-
liter ſolido/ & immobili/ & mobili/ & leui/
& graui aliqua propria ſũt: ita & enti pro-
vt ens eſt quædã propria ſunt. & hæc ſunt:
de quibus veritatem conſiderare philoſo-
phi eſt. ¶ Signum autem eſt: ꝙ dialectici 18
& ſophiſtæ eandẽ quidẽ quã philoſophus
ſubeũt figuram. ſophiſtica enim: apparens
ſolum ſapientia eſt. dialectici quoq; de om-
nibus diſputant. ens vero: commune om-
nibus eſt. diſputant autem de his: ſcilicet

Bessario.

eo ꝙ hęc ꝑpria philosophiæ sunt. circa idē
enī genus: sophistica & dialectica versãt cū
philosophia. verū philosophia: ab hac qui-
dem modo potestatis/ab illa vero electione
vitæ differt. dialectica autem est tentatiua:
de quibus philosophia est cognitiua. sophi-
stica vero apparens: existens vero minime.
19 ¶ Item contrariorū altera coordinatio pri-
uatio est: & cuncta ad ens & non ens/ &
vnum & pluralitatem reducuntur. vtputa
status quidē: vnius est. motus vero: plurali-
tatis. entia vero/ & substantiam: fere cuncti
concedunt ex contrarijs compositam esse.
omnes etenim: principia aiunt esse contra-
ria. quidam: par & impar. quidam: calidū
& frigidum. quidam: finem & infinitum.
quidam: amicitiam & contentionem. cæte-
ra quoq; omnia: vidētur reducta ad vnum
& pluralitatem. Accipiatur autē reductio a
nobis: imprimis principia & ōnino & quæ
20 ab alijs/in hæc tanq̄ in genera cadūt. ¶ Ma
nifestum itaq; ex his etiā est: ꝙ vnius sciētię
est ens prout ens est/speculari. cuncta etenī:
aut contraria aut ex contrarijs. principia ve
ro contrariorum: vnum & pluralitas. hæc
autem/ vnius scientiæ: siue secūdum vnum
dicantur/siue non/ sicuti fortassis & veritas
se habet. Et quāuis vnum multipliciter di-
catur: ad primum tamen cætera reducen-
21 tur. & contraria: similiter. ¶ Ac propterea
et si ens aut vnum non est vniuersale & idē
in omnibus / aut separatum sicuti fortassis
non est: hæc nichilominus ad vnum / illa
vero cōsequenter. Et propterea: non est geo
metræ quid cōtrarium/ aut perfectum/ aut
vnum/ aut ens/ aut idem/ aut diuersum sit
22 speculari/nisi ex supposito. ¶ Q igit̃ vnius
scientiæ/ est ens prout ens est/ & quæ ei ꝑut
enti insunt speculari: manifestum est. et ꝙ
non solum substantiarum: verum etiam eo-
rum quæ substantijs insunt eadem specu-
latiua est/ ac illorum quæ dicta sunt/ & de
priori & posteriori/& genere & specie/& to
to & parte/ cæterisq; huiuscemodi.

CAPVT III.

Argyropylus.

hęc philosophię propria sūt. circa
nāq; gen⁹ idē: & sophistica/& disse
rendi facultas/ & philosophia ver
satur. sed ab altera quidem faculta
tis modo/ ab altera autem electio-
ne vitæ: differre philosophia vide-
tur. atq; disserendi quidē facultas:
de ijs est tentatrix/ de quibus est
philosophia cognitiua. sophistica
autem apparet quidem: non tamē
est. ¶ Præterea contrariorum alte- 6
ra series priuatio est: omniaq; in id
quod est atq; non est/ & vnum ac
multitudinem reducuntur. veluti
quies quidem vnius est: motus au
tē multitudinis. ea vero quæ sunt/
& substantiā: fere oēs ex contrarijs
cōponi fatentur. omnes nāq;: pri-
cipia cōtraria dicunt esse. quidam
enim: par & impar. quidā: calidum
frigidumq;. quidam: finitū ac infi-
nitum. quidam: cōcordiam discor-
diamue principia esse dicunt. hæc
autem omnia cæteraue: in ipsum
vnum multitudineq; reduci viden
tur. Sumatur enim a nobis ipsa re-
ductio: principia vero quę ab alijs
afferunt̃/penitus in hæc vt in ge-
nera cadūt. ¶ Patet igitur ex his
etiā: vnius esse sciētiæ id quod est
vt ens est contēplari. vniuersa enī:
aut contraria sunt/aut ex cōtrarijs
constāt. principia vero contrario-
rū: sunt vnū ipsum ac multitudo.
hæc autem scientiæ sunt vnius: si-
ue vna siue nō vna ratione dican-
tur/ quēadmodū sese fortasse rei ve
ritas habet. At tametsi multis mo-
dis dicat̃ ipsū vnū: ad primū tamē
cętera dicent̃. & cōtraria: simili mo
do. ¶ Et si id qđ est aut etiā ipsum
vnū nō vniuersale est/ & idem in
oībus vel separabile/ quēadmodū
forsitan nō est: alia tamen ad vnū
referuntur/alia deinceps sunt col-
locata. Et idcirco geometrę nō est/
quidnā sit cōtrariū aut pfectū/ aut
ens/aut vnū/aut idē/ aut diuersū
considerare: nisi ex suppositione.
¶ Perspicuū igit̃ est: ad vnā scien
tiā pertinere id quod est vt ens est/
& ea q̄ insunt ipsi vt tale est cōtem
plari. & nō solū substātiarū: sed etiā
eorū quæ cōpetūt scientiā eādem
esse cōtemplatricē. eorū inquā quę
diximus: & de priore posterioreue/
& genere & toto/ & specie ac parte
& huiuscemodi ceteris. CAP. III.

Argyropylus.



7 Ost hæc autẽ dicẽdũ
esse videt: vtrũ vni9
an diuersarũ sciẽtia-
rũ sit de ijsce princi-
pijs q̃ in mathemati
cis postulata appellant/ac de substã
tijs cõtẽplari. patet itaqȝ nõ ad di-
uersas: sed ad vnã horũ etiã cõsi-
deratiõnẽ/ & ad philosophi sciẽtiã
pertinere. vniuersis enim quæ sũt:
sed nõ generi cuiq̃ seorsũ a cæte-
ris/accõmodant. atqȝ vtũtur quidẽ
his oẽs: ex eo quia sunt eius quod
est/ qua ratione est ens. & genus
vnũqdqȝ: est ens. eousqȝ tamẽ vtũ-
tur: quousqȝ satis est ipsis. id est
quoad occupat genus: quo de affe-
rũt demõstrationes. Quare cũ pa-
teat/hæc ipsis vt entia sunt vniuer
sis cõpetere(hoc est enim ipsis cõ-
mune) horũ quoqȝ cõtẽplatio eius
est pfecto/ qui id quod est ea rati-
one qua est ens contẽplat. ℭ Quo-
circa nemo eorũ qui partes cõside-
rãt: de his ipsis quicq̃ dicere aggre
dit/si sint vera inquam nec ne. nec
geometra/nec arithmetic9: sed na-
turaliũ qdã duntaxat id ipsũ nõ in-
cõgrue faciẽtes. soli nãqȝ: de natu-
ra tota & de eo qd est/considerare
putabãt. verũ cũ sit quidã superior
naturali(natura nãqȝ gen9 est vnũ
qddã/ ipsi9 qd est)ad vniuersalẽ sa
ne atqȝ ad eũ q primæ est substãtiæ
cõtẽplator: horũ quoqȝ cõsideratio
pertinebit. facultas autẽ naturalis:
est quidẽ & ipsa sapientia qdã/ sed
8 non prima. ℭ Qui vero dicere de
veritate ipsorũ quonã pacto sit ac
ceptãda/ aggrediunt: ob ruditatẽ
resolutiuorũ id sane faciũt. accede
re eni/ de his ãtea sciẽtes: sed nõ au
diẽtes qrere oportet. ℭ Patet igit
ad philosophũ/& ad eũ qui de oĩ
substãtia ea ratiõe qua naturę talis
est/cõtẽplat: & de pricipijs ratioci
natiõis spectare cõsiderare. attinet
autẽ ad eũ q maxĩe circa vnũqdqȝ
gen9 cognoscit: affirmare firmissi-
ma rei principia posse. quare & ad
eũ etiã ptinet oĩm posse firmissima
pricipia assignare: q de ijsce q̃ sunt
vt ẽtia sũt cognoscit. atqȝ hic ẽ: ipse
philosoph9. ℭ Firmissimũ autẽ id
oĩm pricipiũ ẽ: circa qd fieri nõ po
test vt quisq̃ decipiat. tale nãqȝ: ne
cesse ẽ notissimũ esse. qppe cũ vni
uersi circa ea q̃ nõ cognoscunt/de-

Bessario.



Icendum autem est: vtrum 23
vnius an alterius sciẽtiæ est/
de ijsce quæ in mathemati-
bus dignitates nominãtur/
& de substãtia speculari. pa-
tet vtiqȝ ꝙ vnius est: & eius
quæ philosophi est consideratio. omnibus
enim entibus insunt: sed non alicui gene-
ri separatim ab alijs. & omnes quidem vtũ
tur: quia entis prout entis sunt. vnũquodqȝ
autem genus: ens. At eatenus vtuntur/qua
tenus eis satis est. hoc autem est: quantum
illud continet genus de quo demonstrati-
ones afferunt. Quare cum pateat ꝙ prout
entia sunt/ eis insunt (hoc nanqȝ eis cõmu-
ne est) illius de his speculatio est cuius est
de ente prout ens est cognoscere. ℭ Propter 24
quod nemo eorum qui particulariter con-
siderant: conatur aliquid de eis/ siue qua-
tenus vera/ siue non / dicere. nec enim geo-
metra/nec arithmeticus: sed naturaliũ qui-
dam merito hoc facientes. soli nanqȝ puta-
bant: & de tota natura/& de ente conside-
rare. cum autem aliquis adhuc superior na
turali sit(natura nãqȝ vnũ quoddã entis ge
nus est)illius vniuersalis & circa primã sub-
stantiam speculatiui/profecto fuerit de his
etiam cõsideratio. est autem physica: sapiẽ-
tia quædam/ sed non prima. ℭ Quæcunqȝ 25
vero quidam eorum qui de veritate dicunt/
quonam modo oportet admitti/ dicere co-
nantur: propter ignorãtiam analyticorum
hoc faciunt. oportet enim accedere/hęc edo
ctum: sed nequaq̃ dum audiunt/ quærere.
ℭ Q͞ itaqȝ philosophi & eius qui de tota 26
substantia quoad natura fert / speculatur/
etiam de principijs syllogisticis est conside-
rare: manifestũ est. decet autẽ illũ qui maxi-
me circa qdqȝ genus cognoscat: vt dicere ha
beat certissima rei pricipia. quare & illũ qui
de entibus prout entib9: oĩm certissima. hic
autẽ: est philosoph9. ℭ Oĩm autẽ certissimũ 27
pricipiũ est: circa quod ipossibile est mẽtiri.
notissimũ etenim vt huiusmodi sit: necesse
est. circa nanqȝ illa quæ nõ cognoscunt: de-

Bessario.

28 cipiuntur omnes. ¶Et non ex suppositio-
ne. quod enim necesse est illum habere qui
quoduis entium intelligat: hoc non est sup-
positio. quod autem cognoscere illum ne-
cesse est qui aliquid cognoscat: necesse est vt
veniat habens illud. Q̃ꝛ igitur tale prin-
cipium/ omnium certissimum est: patet.
29 ¶Quid autē illud sit: deinceps dicamus.
idem enim simul inesse & non inesse eidē
& secundum idem: impossibile est. & quæ-
cunq; alia annotaremus: sint ad logicas dif
ficultates annotata. hoc autem: omniū est
principiorum certissimum. habet etenim di
ctam annotationem. Impossibile nāq; est:
quempiam idem putare esse & non esse/
Heraclitus quemadmodum quidam Heraclitum di-
cere arbitrabantur. non enī necesse est quę-
cunq; quis dicat: ea etiam putare. ꝙ si non
contingit inesse eidem contraria. annoten-
tur autem a nobis: etiam huic propositio-
ni consueta. contraria vero opinio opinio-
ni est: quæ contradictionis est. Patet itaq;
ꝙ impossibile est simul eundem idem arbi-
trari esse & non esse. simul etenim haberet
opiniones contrarias: qui de ea re habere-
30 tur mendax. ¶Quare omnes demonstra-
tiones: ad hanc vltimam opinionem redu-
cunt. natura etenim hæc: cæterarum quoq;
dignitatum oīm principiū est. CAP. IIII.
31 SVnt autē quidam qui (vt di
ximus) ipsi quoq; dicunt cō-
tingere idem esse & nō esse:
& ita arbitrari. vtuntur autē
hac oratiōe multi quoq; eo-
rū: q̃ de natura tractant. nos
autem nūc accepimus: tanq̃ impossibile sit/
de eodē simul esse & nō esse. & per hoc mō
strauim⁹ ꝙ certissimū hoc cūctorū pricipi-
32 orū est. ¶Conātur autē quidā hoc quoq;
probare: propter ignorantiam. Est etenim
ignorantia: nescire quorum oportet quæ-
rere demonstrationē & quorū nō. etenī oīno
impossibile est: oīm esse demonstrationē. in
infinitū nāq; progrederetur. quare nec hoc
modo: esset demonstratio. Si autē aliquorū

Argyropylus.

cipiantur. ¶Et suppositionem nō
esse. q̃d enim necesse est eum habe
re qui quoduis eorū quæ sunt per-
cipit: id suppositionis rationem nō
subit. ꝙ vero necesse est eum co-
gnoscere qui quoduis eorum quæ
sunt cognoscit: id & habentem ip-
sum venire necesse est. Patet igi-
tur tale principiū: firmissimū om-
nium esse. ¶At quidnam sit illud:
deīceps dicam⁹ oportet. Hoc itaq; 9
principiorum omnium firmissimū
est: fieri inquā non posse vt idem
simul insit & non insit eidem atq;
per idem. addātur autem & cæte-
ra cuncta: quæ ad differendi diffi-
cultates dimouendas olim deter-
minauimus. habet enim iam di-
ctam conditionem. Fieri enim nō
potest: vt idem esse quispiam atq;
non esse existimet. vt quidam He-
raclitum dicere arbitrantur. non
enim necesse est: quę quispiam di-
cit/ ea & ita esse ipsum existimare.
ꝙ si fieri nequit vt contraria simul
insunt eidem / addantur autem &
huic propositioni quæ addi so-
lent/ suntq; opiniones contrariæ/
quæ contradictoriæ aduersantur:
patet impossibile esse simul idem
esse atq; non esse eūdem existima-
re. habebit enim contrarias opini-
ones simul profecto: qui circa hoc
est deceptus. ¶Quapropter oēs q̃
demonstrant: ad hanc opinionem
vltimam demōstrationes reducūt.
Hoc enim principium: est natura
cæterarum etiam omnium dignita
tum. CAP. IIII.
SVnt autem quidam:
qui (vti diximus) fieri
posse dicūt/ vt idē sit
atq; nō sit & ita exi-
stimet. atq; hac sentē
tia: naturaliū quoq; cōplures vtū-
tur. nos vero nūc/ vt impossibile id
accipimus: simul inquam esse atq;
non esse. & per id ipsum: principio-
rū omniū hoc firmissimū esse ostē-
dimus. ¶At sūt: qui ob ruditatem
& hoc demonstrandū esse censent.
est enim profecto ruditas: non di-
scernere quorum quærere & quorū
non quærere demōstrationē opor-
tet. oīno nāq; fieri nequit vt oīm sit
demōstratio. in infinitū enī erit abi
tio: vt neq; hoc pacto sit vlla peni-
tus demonstratio. Q̃ꝛ si quorundā

Argyropylus.

demõstrationẽ quærere non opor-
teat: quod magis tale principium
esse cẽsent/ assignare sane non pos-
sẽt. ¶ Licet tamẽ hoc quoq; demõ-
strare redarguẽdo/ ipossibile inquã
esse atq; nõ esse: si modo is qui cõtẽ
dit qppiã dicat. ꝙ si nichil dicat: ri-
diculũ est ꝑfecto ad eũ rationẽ qre
re q nullius rationẽ habet/ vt ratio-
nẽ nõ habet. talis enĩ homo: ꝑsimi-
lis iã esse videt̃ vt talis/ plãtę ¶ De-
monstrare autẽ redarguẽdo/ & de-
monstrare: differre dico. Qui nãq;
demonstrat: videbitur id quod ini-
tio quæritur postulare. si vero alia
sit huius causa: redargutio non de-
10 monstratio erit. ¶ Principiũ autẽ
est ad talia cũcta: nõ autẽ esse quip-
piã dicere/ aut non esse censere (id
enĩ forsitan quispiã postulationem
eius esse putauerit: quod ab initio
quęritur) sed & sibiipsi & alij quip-
piã significare. hoc enĩ necesse est
esse: si quippiã dicat. Qꝫ si nichil di
cat: tali homini neq; sibi ad se ora-
tio/ neq; ad aliũ erit. Si vero id quis
piam dederit: erit tũc demõstratio.
iã enĩ erit aliquid definitũ. sed cau-
sa est: nõ qui demõstrat/ sed qui susti
net. tollẽdo nãq; orationẽ: vtit̃ ni-
mirũ oratione. Præterea q hoc cõ-
cessit aliquid esse verũ: absq; demõ-
stratione cõcessit. quare nõ omne:
et ita & nõ ita se habet. Primũ igit̃
patet idipsum esse verum: nomen
inquã esse hoc aut nõ esse significa-
re. quare non omne: & sic & nõ sic
se habet? Preterea si nomen homo
significat vnũ: sit illud animal bi-
pes. atq; hoc pacto id vnũ signifi-
care dico: vt si hoc est homo/ id sit
animal bipes quicquid sit homo.
¶ Nichil autẽ refert & si plura signi
ficare qspiã dixerit: modo sint defi-
nita. poni nãq; poterit ĩ vnaquaq;
oratiõe nomẽ. veluti si dixerit hoc
nomẽ homo nõ vnũ sed plura signi
ficare: quorũ vni9 qdẽ hęc vna sit
oratio aĩal bipes/ cęterorũ aũt aliæ
plures qdẽ at numero definitę. in
vnaqq; nãq; orationũ poni nomẽ
ꝓpriũ põt. ¶ Qꝫ si poni nõ potest
sed infinita significare dicet: patet
orationẽ nõ esse. nõ vnũ enĩ signifi-
care: est oĩno nichil significare. Si
vero noĩa nõ significẽt: hoĩm inter
sese & ad seipsũ cuiusq; vere subla-
ta est disputatio. fit enĩ: vt nichil is

Bessario.

non oportet quærere demonstrationẽ: quod
magis principium esse tale iudicarent/ dice-
re non haberent. ¶ Est autem etiam de hoc 33
demonstrare: redarguẽdo ꝙ impossibile est/
dum modo aliquid dicat qui dubitat. Qꝫ si
nichil: ridiculũ est quærere rationem ad eũ
qui nullius habet rationem/ quatenus nullã
habet rationem. similis nanq; plantæ talis
est prout talis est. ¶ Demonstrare vero re- 34
darguendo: dico differre a demonstratione.
quia qui demonstraret: videretur quærere
quod a principio. cũ aliter huiusce causa sit/
redargutio: & non demonstratio. ¶ Princi- 35
pium vero ad hæc omnia: non petere vt aut
esse aliquid aut non esse dicat (hoc enim for-
tassis aliquis esse putaret: quod a princi-
pio petere) sed aliquid significare & sibiipsi
et alteri. hoc enĩ necesse est: si quidẽ aliquid
dicat. Qꝫ si non: tali non esset sermo/ nec si-
bi ad seipsum/ nec ad alium. si autẽ aliquis
hoc concedat: erit demonstratio. iam enim
erit aliquid determinatum. attamen nõ qui
demõstrat/ sed qui sustinet: causa est. tollens
enim orationem: sustinet orationẽ. Primo
igitur manifestum est hoc ipsum verum es-
se: ꝙ nomen esse hoc aut non esse/ significat.
Quare non vtiq; omne ita & non ita: se ha-
bet? Item si homo vnum significat/ sit autem
hoc animal bipes: dico autem vnum signifi-
care hoc/ si hoc est homo. si quid homo sit:
hoc est homini esse. ¶ Nichil autem differt 36
etiam si plura quis significare dicat: solum
sint determinata. imponeretur etenim cui-
libet orationi aliud nomen. dico autem vt
puta si non dicat hominem vnum signifi-
care sed multa/ quorum vnius quidem vna
oratio/ animal bipes: sint autẽ cęteræ quoq;
plures/ determinatæ vero numero. impone-
retur etenim proprium nomen secundum
quãq; orationẽ. ¶ Qꝫ si non poneretur/ sed 37
infinita significare dicat: manifestum est ꝙ
nõ esset oratio. non vnum enim significare:
nichil est significare. nominibus vero non si-
gnificantibus: perit ipsa reuera disputatio/
& ad inuicem/ & ad seipsum. nichil enim

Bessario.

intelligere contingit: nichil vnum intelligentes. quod si cõtingit: ipone nomen huic rei vnũ. Nomen itaque vt a principio dictũ est: sit aliquid significans & vnum significans. non potest igitur homini esse significare id quod nõ esse homini, si homo quidem non solum de
38 vno sed etiã vnũ significat. ¶ Non enĩ hoc dicimus vnũ significare: quod de vno. hoc enĩ modo: musicum etiam & album & hõ, vnũ significarẽt. quare vnum: omnia erũt. vniuoca nãque. & non erit esse & non esse idem: nisi secundum æquiuocationem, sicuti si quem nos hominẽ nominamus, alij non hominem vocarẽt. quod autem dubitatur, non est hoc si contingit simul idem esse & non esse hominem nomine: sed re. si autem non alterum significat homo & non homo: patet quod nec nõ esse homini ab eo quod est esse homini. quare homini esse: erit non homini esse. vnum nãque erit. hoc enim significat vnum esse: sicuti tunica & vestis si ratio vna. si autẽ erit vnum: vnum significat homini esse & non homini. verum mõstratum est: quod aliud significat. necesse est igitur si quid est verum dicere quod homo sit: animal esse bipes. hoc enĩ erat: quod significabat homo. si autem necesse est: non potest idem nõ esse animal bipes. hoc nãque significat ipsum necesse esse (quod impossibile est) non esse hominem. non contingit ergo simul verum esse: idem dicere hominẽ esse & non esse hominem. Eadem ratio est & de non esse hominem. homini namque esse & non esse homini: diuersum significat. Siquidem & album esse & hominem esse: diuersum. multo enim magis: illud opponitur. quare diuersum significat. si autem album aliquis dicat vnũ & idem significare: rursus idem dicemus quod & antea dictum est, quod omnia vnum sunt, & non solum opposita. Quod si hoc non cõtingit: accidit quod dictum est, si ad interrogatum respondeat.
39 ¶ Si vero simpliciter interrogante, addat etiam negationes: non respondet ad interrogatum. nichil enim prohibet idem & hominem & album & alia infinita mul-

Argyropylus.

intelligat qui nichil intelligit vnũ. quod si vnũ quod itelligi possit: illi poni nomẽ poterit vnum. Sit igitur hoc (vt in principio diximus) nomẽ inquã significare quid, & significare etiã vnũ. fieri ergo nõ potest vt ipsum hominis esse, hominis nõ esse significet: si nomẽ homo nõ solũ de vno dicatur, sed vnũ quoque significet. ¶ Non enĩ vnũ significare: id esse censemus dici inquam de vno. hoc enim pacto: musicũ & album ac homo, vnum significarẽt. quare omnia: vnũ erunt. plura enĩ nomina: erũt eiusdẽ. atque non vt idẽ sit & non sit eueniet, nisi varietate nominum: perinde atque si eũ quẽ nos hominẽ appellamus, alij non hominẽ vocẽt. at id quod dubitatur, nõ est hoc: si fieri potest vt idem sit & nõ sit homo nomine, sed re. quod si nomẽ homo & nomẽ non homo non diuersa significẽt: patet & ipsum non hominis esse & hominis nõ diuersa significare. quare esse ipsũ hominis: esse nõ hominis erit. vnũ enim erũt. quippe cũ vnũ esse: id significet, quod est vnũ. vt vestimentũ ac tunica: si vna eorum sit ratio. quod si vnum erunt: vnũ, & hominis & nõ hominis esse sane significãt. at demonstratũ est diuersa significare. necesse est igitur si quid vere dicitur homo: id animal bipes esse. id enĩ erat: quod nomen homo significabat. quod si hoc necesse est esse: fieri nõ potest, vt nõ sit idem animal bipes.
Hoc enim ipsum necesse esse significat: fieri inquam non posse vt nõ sit homo. impossibile est ergo idem hominem esse & hoĩem non esse: vere dicere simul. eadẽ est ratio: & si quippiã homo nõ esse vere dicatur. esse enim hominis & non hominis esse: diuersa significant. Siquidẽ et album esse & hominẽ esse: nõ idem significant sed diuersa. multo enim magis: illud opponitur. quare diuersũ significat. quod si albũ dixerit, vnũ idemque significare: rursus idẽ dicemus quod & prius est dictũ, vnũ inquã oĩa esse, & nõ opposita solum. quod si hoc esse nequeat: fit id quod dictũ est, si ad interrogatũ respondeat. ¶ Si vero simpliciter interrogatus negationes etiã addat: non ad interrogatũ respõdet. etenĩ nichil prohibet: vt idẽ et homo sit & albũ, cæteraque mul-

Argyropylus.

titudine infinita. attamē interroga-
tus si verū sit hoc dicere hoīem esse
necne: respōdeat per id qd̄ vnū si-
gnificat/ & nō & albū & magnum
addat oportet. etenim fieri non po
test: vt accidētia quispiā cū sint ifi-
nita pertrāseat. aut igit̄ ōnia dicat:
aut nichil illorū afferat respōdēdo.
Pari igit̄ modo & si q̄maxie idem ē
homo & nō homo: tamē interrogā
ti si hoc est homo/ nō est respōden-
dū esse hominē & nō hoīem simul/
nisi cætera etiā quæ acciderūt insu-
per afferat quæcūq; insūt aut non
insūt. ꝙ si id non facit: nō disputat.
13 ¶Omnino autē q ita dicūt: substā-
tiā qdditatēq; tollūt. ōnia eni acci-
disse dicāt/ ipsi necesse est: & nō esse
quicq̄ qd̄ sit homo p se aut animal/
& cui ipsū esse aīalis aut hoīs cōpe-
tat. Si eni est qppiā cui esse hoīs cō
petit: ei nō cōpetit nō hoīs esse/ aut
nō esse hoīs. & tamē hæ negatiōes:
sunt huius. vnū eni erat id quod si-
gnificabat: atq; hoc substātia cuius
piā erat. substātiā vero significare:
nil aliud est q̄ esse ipsi9/ nichil aliud
esse. ꝙ si esse hoīs ipsi cōpetet: non
ad ipsum vt non hominis esse aut
non esse hominis accōmodabitur.
aliud eni qppiā erit. quare dicāt ip
si necesse est/ nulli9 rei talē orationē
esse: sed p accidēs vniuersa cōpete-
re. hoc eni ipso: substātia atq; acci-
dēs seiūcta esse vident̄. albedo eni
hoī ꝑpterea accidit: ꝙ albus qdē
14 est/ sed nō est id qd̄ est albedo. ¶Si
per accidēs autē vniuersa dicātur:
non erit primū ipsum vniuersale.
ꝙ si accidens de subiecto aliquo
prædicationē semper significat: in
infinitum abeatur necesse est. at fie-
ri non potest. nō enim duobus plu-
ra nectuntur. accidens enim: nō ac
cidenti est accidens/ nisi quia eidē
accidunt ambo. Dico autē hoc pa-
cto. album est musicū et hoc est al-
bum: propterea ꝙ ambo homini
acciderunt. At Socrates non est ex
eo music9: qa vtrūq; alij cuipiā ac-
cidit. ¶Cū igit̄ quedā hoc/ quædā
illo modo accidētia dicātur: q̄ sic di
cūtur vt albū accidit Socrati/ ea vt
īfinita sint versus supra/ minime fie
ri potest. veluti vt Socrati albo: qp
piam aliud accidat. nō eni ex vni-
uersis vnum quid fit. at neq; albo
quippiam aliud accidit: veluti mu-

Bessario.

titudine esse. attamen interrogāti si vere est
dicere hoc hominem esse an non: id respon-
dēdum est quod vnum significat/ & non ad
dendum ꝙ & album & magnum. impossi-
bile namq; est: accidentia (cum infinita sint)
percurrere. aut igitur omnia percurrat: aut
nullum. Similiter & si infinities idem esset
homo & non homo: interrogatus si homo
est/ non debet vna cum eo/ ꝙ simul etiam
non homo est respondere/ nisi cetera quoq;
quecunq; accidunt/ quecunq; homo est aut
nō est respōdeat. quod autē si nō fecerit: nō
disputat. ¶Et qui hoc dicūt: omnino peri- 40
munt substantiā & quod quid erat esse. ne-
cesse est nanq; eis dicere omnia accidere: &
ipsum homini esse aut animali esse non esse.
si enim quicq̄ erit ipsum homini esse: hoc nō
erit non homini esse/ aut non esse homini/
tametsi hæ sunt eius negationes. vnū nāq;
erat quod significabat: & hoc erat alicuius
substantia. substantiā vero significare: est ꝙ
non est ei esse/ aliud quippiam. si autem ipsū
homini esse/ est ei ipsum nō homini esse/ aut
nō esse homini: aliud erit. Quare necesse est
eis dicere: ꝙ nullius/ talis ratio erit/ sed om-
nia secundum accidens. hoc enim: substan
tia & accidens differunt. albedo etenim ho-
mini accidit: quoniam est quidem albus/
sed non est ipsa albedo. ¶Si autem om- 41
nia secundum accidens dicuntur: nichil erit
primum vniuersale. si autem accidens semꝑ
de aliquo subiecto significat prædicationē/
necesse est in infinitū progredi. sed impossi-
bile est. plura eni q̄ duo: non cōueniunt. acci
dēs enim non est accidēti accidens: nisi quia
vtrūq; eidē accidit. dico autē veluti albū est
musicum/ et hoc album: quoniam vtrūq; ho
mini accidit. sed non ita Socrates musicus:
quoniam vtrūq; alicui alteri accidit. ¶Cū 42
itaq; quædam ita/ quædam aliter accidētia
dicantur: quæcūq; ita dicuntur vt albū So
crati/ nō possunt infinita sursum versus esse/
vt Socrati albo alterum aliquod quoq; ac-
cidens. nō enim fit vnū: quod ex omnibus.
nec albo aliq̄d aliud accidēs erit: vtputa mu-

Cap. 4

Bessario.

sicum. non enim magis hoc illi: q̃ illud huic accidit. Et adhæc distinctum est: ꝙ quædam ita accidunt/quædam vt musicum Socrati. quotcūq; vero hoc modo: non accidenti accidit accidens. sed quotcūq; illo modo. quare non omnia secundum accidens dicētur. erit ergo aliquid tanq̃ substantiam significans. quod si est: monstratum est ꝙ impossibile est simul contradictiones prædicari. Itē si contradictiones/simul vere de eodem omnes: patet ꝙ omnia erunt vnum. erit etenim idem: & triremis & paries & homo/ si de omni cōtingit quicq̃ affirmare aut negare.

Protagoras 43 ¶ Sicuti illis necesse: qui Protagore opinionem sequuntur. si enim cuiq̃ videatur homo non esse triremis: patet ꝙ non erit triremis. sed etiam est: si contradictio quidem vera est.

Anaxagoras 44 ¶ Et certe fit quod Anaxagoras aiebat: simul omnes res esse/ ita vt nil vere vnum sit. Indefinitum itaq; videntur dicere. et putantes de ente tractare: de non ente dicunt. quod enim potentia & non actu est: illud est indefinitū. at vero: dicenda est eis de omni/aut affirmatio aut negatio. incōueniens nāq; est si cuiq; sua quidē negatio inerit/ alterius vero quod non inest ei/non inerit. dico autem vtputa si verum est dicere de homine quod non est homo: manifestum est/ ꝙ etiam nō triremis est. si affirmatio igitur: necesse est etiam negationē inesse. Q2 si affirmatio non inest: negatio tamen inerit magis q̃ quæ ipsius est. si igitur & illa inest: inerit triremis negatio. & si hæc: etiam affirmatio.

45 ¶ Hæc igitur eis accidunt qui hanc orationē dicunt: & ꝙ non est necesse aut affirmare aut negare. nam si verum est ꝙ homo & nō homo: patet ꝙ nec homo nec non homo erit. duorum enim: duæ negationes. ꝙ si illa ex vtrisq; vna: & hæc vna profecto opposita esset. Item aut in ōnibus ita se habet & est album & non album/et ens & non ens/ & circa cæteras affirmationes & negationes simili modo: aut nō/sed circa aliquas/ circa vero aliquas non? Et si non circa omnes: istæ vtiq; certæ essent. ꝙ si circa omnes:

Argyropylus.

sicū. neq; enī hoc illi magis: q̃ illud huic accidit. Et insuper diximꝰ distinguēdo: alia hoc accidere modo/alia vt musicū Socrati accidit. q̃ vero hoc pacto accidūt/nō accidēti accidūt: sed q̃ illo modo. quare nō per accidens vniuersa dicūtur. ergo quippiā & vt significās substātiā erit. qđ si ita sit: demonstratū est fieri nō posse vt simul cōtradictoria prædicētur. Præterea si cōtradictoria omnia simul de eodē sint vera: 15 patet vnū omnia fore. idem enī triremis & paries erit ac homo: si de quolibet aut affirmare aut negare cōtigit. ¶ Quēadmodū ij qui Protagoræ sequūtur sentētiā: fateātur necesse est. nā si cuipiā homo triremis nō esse videt: patet triremē nō esse. quare & est: si sint cōtradictoria vera. ¶ Atq; fit vt res vniuersæ sint simul: id inquā qđ Anaxagoras asserebat. atq; adeo: vt nichil sit vere vnū. ipsū igit indefinitū dicere: isti vidētur. & putātes id qđ est dicere: de eo qđ haud ē dicūt. est enī ipsū idefinitū: id qđ ē ens potētia/& nō actu. at vero de quolibet: ipsis affirmatio aut negatio est dicēda. est enī absurdū si sua qdē cuiq; negatio cōpetet: diuersi vero qđ qdem sibi nō accōmodat/ nō cōpetet. dico autē hoc pacto. si verū est hoiem nō esse hoiem dicere: patet verū etiā esse/si triremis nō esse dicat. Si igitur affirmatio cōpetit: necesse est negationē quoq; cōpetere. si vero affirmatio nō cōpetit: negatio opposita q̃ sua cōpetet magis. Q2 si illa etiā cōpetit: et triremis ꝓfecto cōpetet. at si hæc cōpetet: & affirmatio cōtinuo cōpetet. ¶ Hæc igit eueniūt ijsce q hāc sētētiā dicūt: & nō necesse esse affirmare aut negare. nā si verū est esse hoiem & nō hoiem: patet neq; hoiem/neq; non hoiem esse. duarū enī illarū: duę sūt istę negatiōes. ꝙ si illa est vna ex vtrisq; cōposita: & hęc vna erit opposita. Pręterea aut 16 circa vniuersa/res ita se habet/& ē album atq; nō album & ens & non ens & circa cæteras affirmationes negationesve similiter: aut nō circa omnes res se habet simili modo/ sed circa quasdā fit ita/circa quasdam non fit. Atq; si non circa omnes fit ita: illæ erunt firmæ nimirū ac definitæ. sin circa omnes fit ita:

Argyropylus.

rursus aut de quibus est affirmandū est etiam & negandū. & de quibus est negandū: est etiam affirmandū. aut de quibus quidē est affirmandū: est etiam & negandū. de quibus autem est negandū: nō de vniuersis est affir mandū. & si res se habet hoc pacto: erit aliquid certe non ens/ atq; hæc opinio erit firma. Qꝫ si nō esse/sit qđ firmum notū ve: notior opposita nimirum affirmatio erit. sin vero similiter fit/ & de quibus est negādum de ijs est affirmādum: necesse est aut diuidentē dicere verum/ veluti si albū esse & rursus nō album esse dicat aut non ita sed cōponentē. At si nō fit vt diuidēs verum dicat: neq; dicit hæc/ neq; est quicq̃ oīno. ea vero q̃ nō sūt: qui fieri potest vt aut loquant̄ aut intelligāt quicq̃? vniuersa etiā erūt vnū vt & antea diximus. atq; idem/& homo & triremis ac deus erit: & quæ hisce cōtradictorie aduersantur. nā si similiter de vnoquoq; vere dicuntur: nichil erit prorsus quo aliud ab alio differret. si enī erit quippiā: illud verū sane ac ꝓpriū erit. similiter etiā/ si fit vt diuidens vere dicat: id qđ dictū est euenire videtur. & insuper: vt oēs vere dicant/ ac omnes falso/ & seipsum quisq; falsum dicere fateat̄. patet etiam insuper: nulla de re prorsus ad hūc hominem esse considerationem. nichil enim omnino dicit. nam neq; ita/neq; non ita dicit: sed & sic et nō sic. & rursus hæc ambo negat: neq; sic neq; non sic dicendo. etenim si ita non dicit: erit quippiam continuo
17 definitum. Præterea si cum affirmatio vera est/negatio falsa sit/& si cum hæc est vera/falsa sit affirmatio: non fit vt idem vere simul affirmetur atq; negetur. ¶ Sed hoc fortasse dicent id esse quod ab initio proponebatur. Præterea videtur ne ipsis is quidem qui rem aut aliquo modo sese habere aut non habere putat/ dicere falsum: is autem qui ambo putat/ dicere verum? nam si verum dicit: quid aliud erit quod dicitur/ q̃ eorum quæ sunt talem esse naturam? sin vero nō dicit verum/ sed isce potius qui illo modo existimat: res iam sese habent aliquo modo. atq; hoc verum vtiq; erit: et non simul etiam haud verum. Qꝫ si ōnes similiter falsa veraq; dicūt: neq; loqui profecto neq; dicere tali homini quicq̃ licet. nā hæc simul

Bessario.

rursus aut de quibuscūq; est affirmare/etiam negare est/ & de q̃buscūq; negare etiā affirmare: aut de quibus quidem est affir mare/etiam negare est/de quibuscūq; vero negare/ non de omnibus est affirmare. & si ita esset: aliquid vtiq; pro certo non ens: et hæc firma opinio. ꝙ si ipsum nō esse/certum quid/ & notum est: notior erit opposita affirmatio. Qꝫ si quodcūq; est negare/ similiter etiam affirmare necesse sit: aut verum est diuidendo dicere/ vtputa album/ et rursus quod non album/ aut non? Et si non est verum diuidendo dicere/neq; dicit hæc/nichilq; prorsus sunt: illa sane quæ nō sunt/quomodo loquētur aut ambulabūt? Et vt etiam antea dictum est: omnia vnū erunt. & homo/deus/triremis/ac eorū contradictoria: idem erunt. Qꝫ si de quocūq; similiter: nichil aliud ab alio differret. nam si differret: hoc verum & proprium erit. similiter autem & si diuidentem vera dicere contingit: quod dictum est accidit. & adhæc: ꝙ omnes vera dicerēt/ omnesq; mentirentur/ipseq; seipsum mentiri cōcederet. simul autem manifestum est: ꝙ de nullo est ad eum consideratio. nichil enim dicit neq; enim ita/neq; non ita ait: sed ita & nō ita. Et rursus his ambobus negationē: ꝙ nec ita neq; non ita. nam si non: esset aliquid vtiq; determinatum. Item si cum affirmatio vera sit/ negatio falsa/ & cum hæc vera sit/ affirmatio falsa est: nō sit simul idem affirmare & negare vere. ¶ Sed dicent for 46
tassis: hoc esse quod a principio positum est. Itē vtrū ille quidem qui quāq; rem aut aliquo modo se habere existimat/ aut non se habere mentitur: qui vero ambo verum dicit? nam si verum dicit: quid aliud quod dicitur est/nisi ꝙ talis natura entiū est? Qꝫ si non iste sed ille magis dicit verum qui illo modo existimat. iam aliquo modo se haberēt existētia. et hoc verū esset: & nō simul etiā/non verū. Qꝫ si cūcti similiter et mentiūtur & verū dicunt: nec loqui nec dicere quicq̃ tali hoī possibile est. simul enī eadē

Bessario.

et non eadem: dicit. ꝙ si nichil existimat/ sed similiter arbitratur & non arbitratur: quidnam differat a plātis? Vnde et maxime manifestum est: ꝙ nemo/nec cæterorū nec eorum qui hanc orationem dicunt/ita affectus est. cur enim Megara vadit & nō quiescit ire putans? nec mox a diluculo ad puteū aut ad precipitium aliquod pergit? sed videtur veritus: tanq̃ nō similiter non bonum & bonū esse putans cadere in illa. patet itaq; quod hoc quidem melius esse putat: illud vero minime. si autē hoc: necesse est vt & hoc quidem hominē/ illud vero nō hominē/& hoc quidem dulce/ illud vero non dulce putet. nō enī æqualiter ōnia querit et putat: cū melius esse bibere aquā aut hominē visitare arbitrat9/deinde quærat ea. attamen oportebat: si similiter eadem esset homo & nō homo. sed (vt dictū est) nemo est qui non videatur aliqua veritus: aliqua nō. Quare videtur: ꝙ ōnes arbitrātur simpliciter se habere (et si nō circa omnia) saltē circa melius & deterius. ꝙ si non sciētes sed opinātes: multo magis curādū esset de veritate/sicuti & infirmo existēti q̃ sano/de sanitate. opinās nāq; ad scientē: nō sane ad veritatē dispositus est. Itē et si q̃maxime ōnia ita & nō ita se habeāt: attamē ipsum magis & minus inest entiū naturæ. nō enī similiter paria esse: duo ac tria dicemus. nec eodē modo mentitus est qui quatuor esse putet quinq; aut qui mille. si itaq; nō similiter: patet ꝙ alter minus. quare: magis verū dicit. si igitur quod magis est/ propinquius est: profecto erit aliquid verum cui propinquius est quod magis verum est. quod si nō est: at iam saltem aliquid est certius/et verius. et ita ab illa intēperata oratione remoti erimus: q̃ ꝓhibet quicq̃ mente determinare. CAP. V.

47 

X eadem vero opinione: Protagoræ quoq; oratio est. & similiter est necesse: ipsas ambas/aut esse aut non esse. si enim omnia

Protagoras

Argyropylus.

et non hæc: dicit. Si vero nil prorsus existimat/ sed putat similiter atq; nō putat: quænā inter hūc & plantā differētia fuerit? Vnde & maxime patet: 18
neminem hoc pacto dispositum esse/ aut cæterorum hominum aut eorum qui hanc sentētiam dicunt. cur enim Athenas proficiscitur sed non quiescit: putans se proficisci oportere? aut cur in diluculo non cōtinuo in puteū aut in præcipitiū proficiscitur? sed cauere videtur: vti non similiter putās nō bonū ac bonū esse in illa sese proijcere. patet ergo alterū melius: alterū non meli9 esse existimare. ꝙ si hæc ita sint: hoc quidem hominē, hoc autem non hominē/ & hoc dulce/illud non dulce existimare necesse est. non enī æque quispiā quæritat atq; existimat: cū melius arbitratur esse bibere aquā/aut videre hominē/ deīde quęritat ipsa. & tamē oportebat: si idem esset & homo similiter & nō homo/& itidē aqua atq; non aqua. sed (vti diximus) nemo est prorsus: qui non ab hisce cauere/ ab hisce non cauere videatur. Quare omnes (vt videtur) et si nō circa omnia: circa tamē melius & deterius simpliciter sese habere existimāt. ꝙ si non sciētes sed opinātes: multo magis adhibenda est diligētia veritati. perinde atq; ægrotāti magis q̃ sano: valitudini cura est adhibēda. qui nāq; opinatur: si ad scientē comparetur/ nō sane profecto ad veritatē ipsam disponitur. Preterea & si q̃maxime ita sese habēt & nō ita cūcta: in natura tamē eorū quæ sūt gradus inest/& magis ac min9 talia ipsa dicūtur. non enī dualitatē similiter trinitatēve: parē numerū esse dixerim9. neq; horū vterq; falsū ęque dicit: quorū alter quinq;/alter mille ipsa quatuor dicit atq; existimat eē. ꝙ si nō ęque falsū dicūt: patet alterū min9 dicere falsū. quare magis ipse verū: q̃ alter dicit. at si id qđ est magis/ ꝓpiquius est: erit ꝓfecto aliqđ verū/ cui ꝓpiqui9 id qđ magis dicit̄ verū. qđ & si nō est: attamē qppiā iā firmi9 atq; veri9 ē. & ita a sētētia illa mira & ꝓhibēte definire aliqd mēte: erim9 liberati. Cap. V.



B eadē autē opinione: 19
ꝓficiscit̄ & Protagoræ ipsius sentētia. atq; ambas ipsas similiter aut veras/aut nō veras esse necesse est. nā si cuncta

Argyropylus.

quę videntur atq; apparēt sint vera:
necesse est vniuersa simul vera falsaq;
esse. cōplures enim contraria opinan
tur: & eos qui eadem secum non opi
nantur/falsa putare dicunt. quare sit
& non sit idem: necesse est. atq; si hoc
ita sit: necesse est ea quę videntur om
nia esse vera. qui namq; vera & falsa
dicunt ac opinantur: opposita opi=
nātur. ꝙ si ea quæ sunt/ita se habent:
omnes profecto vera dicunt ac opi=
nantur. Patet igitur: has vtrasq; sen=
tentias ab eadem mente pendere.
¶Non est autem idem disputatio=
nis modus ad omnes. Quidam enim
persuasione indigent: quidam vi.
Qui namq; dubitando sic existima=
runt: eorum ignoratio sanari facile
potest. non enim orationi: sed menti
ipsorum est occurrendum. Qui vero
disputationis gratia ita dicunt: eorū
est curatio/redargutio orationis quæ
in voce nominibusq; consistit. ¶In
ijs autem qui dubitant: ex sensibili=
bus rebus hæc opinio est orta/simul
inquam contradictoria contrariaq;
inesse: cum ex eodem contraria fieri
viderent. Qꝛ si impossibile est id fieri
quod non est: res antea profecto erat
vtrumq;. quemadmodum & Anaxa=
goras īquit quodlibet in quouis esse
mixtum / atq; Democritus. etenim
iste vacuum atq; plenum in quauis
esse parte censebat. & tamen horum
alterū ens: alterū haud ens esse dice=
20 bat. ¶Ad eos igitur qui ex his ita ex
istimarunt: partim recte dicere/ par=
tim ignorare ipsos dicemus. id enim
quod est: dupliciter dicitur. quare fie
ri quippiam ex eo quod haud est:
partim potest/partim non potest. &
simul idem ens & non ens esse potest:
nō tamen eodem modo. etenim po=
tentia quidem fit: vt idem sit contra
ria simul/actu autem minime fieri po
test. Et insuper eos admonebimus/
& aliam in ratione rerum substan=
tiam esse existimare: cui neq; motio/
neq; corruptio pœnitus/neq; genera
21 tio competit. ¶Opinio autem non=
nullorum de veritate ea quæ in ap=
parentibus rebus cōsistit: ex sensibi=
libus orta esse videtur. verum enim/
non multitudine neq; paucitate di=
scerni oportere: censent. id enim alijs
dulce: alijs amarum gustantibus esse
videtur. Quare si omnes ægrotarēt/
aut omnes essent insani / duo vero

Bessario.

de quibus opinantur/queq; apparēt/vera
sint: necesse est ōnia/simul vera & falsa es=
se. siquidem multi contraria inuicem opi=
nantur: ac eos qui nō opinantur eadē quę
ipsi/mentiri putant. quare: necesse est idem
esse & non esse. quod si est: necesse est om=
nia de quibus opinantur vera esse. opposi=
ta nāq; opinātur: q mētiūtur & q verū di=
cūt. si igitur ea quę sūt ita se habēt: verū om
nes dicūt. Qꝛ itaq; ambæ orationes ex ea=
dem mente sint: patet. ¶Non est autem 48
idem/omnes cōueniendi: modus. Quidā
enim persuasione: quidam vero vi indigēt.
Quicūq; namq; propterea ꝙ dubitēt/ita
existimarunt: horum ignorantia sanabilis
est. non enim ad sermonem: sed ad mentē
eorum obuiatio est. quicunq; vero sermo=
nis gratia dicūt: horum sanatio/redargu=
tio est/& eius sermonis qui in voce & eius
qui in nominibus. ¶Aduenit autem illis 49
qui dubitant/hęc opinio: a sensibilibus. illa
quidem qua dicitur simul contradictoria
& contraria esse: videntibus ex eodem con
traria fieri. si igitur non est possibile quod
nō est fieri: prętextitit similiter vtrūq; ens.
sicut & Anaxagoras omne in oī misceri
ait: atq; Democrit9. etenī hic quoq; vacu=
um & plenū: similiter ī quacūq; parte esse.
atq horū hoc q dē ens: hoc vero nō ens esse.
¶Ad illos itaq; q ex his ita arbitrant̄ dice 50
m9 ꝙ quodāmō q dē vere dicūt/quodāmō
vero ignorāt. ens nāq;: dupliciter dicit̄. qua
re aliquomō q dē possibile ē aliq d ex nō en
te fieri: aliquo vero mō/nō ē. simulq; idē ens
& nō ens esse: sed nō secūdū idē ens. poten
tia nāq; cōtigit/simul idē cōtraria esse: actu
vero minime. Itē eos eflagitabim9 aliam
quoq; substātiā entiū existimare: cui neq;
mot9/neq; corruptio/neq; oino ḡnatio īsit.
¶Similiter aūt veritas ī ijs quoq; q̄ appa= 51
rēt: quibusdā ex sēsibilibus aduenit. at enī/
verum nō pluralitate neq; paucitate: iudi=
cari cēsere debēt. idē autē quibusdā gustā=
tib9/dulce: q busdā amarū eē videt̄. Qua=
re si oēs ęgrotarēt aut oēs īsanirēt/duo vero

Anaxagoras.
Democrit9

Bessario.

vel tres sani aut mētis cōpotes essēt: hi vtiqꝫ videri possent ęgrotare ac insanire/ cęteri vero minime. Itē multis aliorū aīaliū cōtraria appareret q̄ nobis: ac nostrū cuiqꝫ non eadē ad seipsum semper secūdum sēsū apparēt. Qualia igit̄ horū vera vel falsa: nō est manifestū. nichilominus enī magis hęc q̄ illa vera sūt: sed ęqualiter. Propter quod

Democrit9 — Democrit9: aut nichil esse verū/ aut nobis ignotū ait. Et simpliciter propterea/ ꝙ sensū quidē prudentiā putant/ hanc vero alterationem esse: ꝙ secundum sensum apparet/ necessario verū esse aiūt. Ex his enī & Empedocles & Democritus/ cęterorum quoqꝫ singuli: talibus opinionibus irretiti

Empedocles. — 52 sunt. ℂ Empedocles etenim habitu mutato: prudentiā quoqꝫ mutari ait. ad pręsens nāqꝫ: prudētia hominib9 augetur. In alijs quoqꝫ dicit: ꝙ quatenus alterantur/ catenus semper etiam altera sapere eis affuit.

Parmenides. — 53 ℂ Parmenides quoqꝫ: eodē asserit modo. vt enī cuiqꝫ cōplexio mēbrorū flexibilium se habet: ita intellectus hominibus adest. idē nāqꝫ est: quod sapit mēbrorum natura hominibus/ & oībus/ & omni. qđ enī plus

Anaxagoras. — 54 est: intelligētia est. ℂ Anaxagorę autē sentētia: ipsa quoqꝫ a quodā suorū necessariorū memorię tradita est. ꝙ talia eis entia

Homerus. — 55 erūt: qualia ea esse putarint. ℂ Homerum etiā talē aiunt opinionem habere videri. quippe qui faciat Hectorē cū a vulnere insaniret iacere: aliud sapiētē. tāq̄ & insaniē

56 tes saperent quidem: sed nō eadem. ℂ Patet itaqꝫ ꝙ si vtraqꝫ prudentia est: entia quoqꝫ simul ita & nō ita se habēt. Qua ex re difficillimū quod sequitur/ est. si enī qui maxime possibile verū vident/ ij aūt sunt qui maxime illud querunt & amant/ ij tales opiniones habent & talem de veritate sententiā ferūt: quomodo non secordia illis sit qui philosophari conantur? nā quęrere veritatē: nō esset nisi volucres persequi

57 ℂ Causa vero huius opiniōis his fuit: quia veritatem quidē de entibus considerabāt. entia vero: sola arbitrati sūt sensibilia esse.

Argyropylus.

aut tres valitudinem aut mentem haberent: hi quidem ęgrotare viderentur/ cæteri vero non viderentur. Pręterea compluribus cęterorum animalium sanis contraria de eisdem apparent: & etiam nobis. & insuper cuiqꝫ ad seipsum non eadem semper sensu videntur. Quænam igitur istorum vera sint aut falsa: incertum est sane. non enim hęc magis vera q̄ hæc sūt: sed æque. Quapropter Democritus ait: aut nichil esse verum/ aut manifestum nobis non esse. Omnino autem quia prudentiam quidem sensū/ hūc autem alterationem esse putarunt: ideo id quod sensu videtur/ necessario verum inquiunt esse. Ex his enim & Empedocles & Democrit9 ac cæterorum (vt simpliciter dicam) quisqꝫ: talib9 opinionib9 obnoxij sane fuere. ℂ Empedocles enim habitu mutato prudentiā dicit mutari: cū inquit. Ad præsens hominum crescit sapientia semper. & alio rursus ī loco dicit. Vt vario sēper mutatur corpore quisqꝫ: Sic sapere est illi mutato ac mente moueri. ℂ Et Parmenides eodē etiā modo dicit. Nāqꝫ vt qsqꝫ suā retinet p mēbra reflexa/ temperiem: sic mente valet mortalis vbiqꝫ. idem & hoc potest eiusdem. Plurimaqꝫ id cunctis mens est mortalib9 æque. ℂ Anaxagorę etiam & sentētia talis: a quodam familiarium recensetur. Talia ipsis ea quę sunt/ erunt: qualia ipsi illa existimabunt. ℂ Aiunt autē & Homerum videri hanc opinionem habere: ꝙ Hectorem fecit iacere/ alia sapientem/ vt ex ictu fuit mente dimotus. propterea ꝙ sapiunt quidem/ & ij q mente sunt dimoti: sed non eadem. ℂ Patet igitur si vtraqꝫ prudētia sit: & ea quæ sunt/ ita simul & non ita sese habere. At enim id quod inde emergit difficillimum esse cōstat. nam si qui maxime id verum quod perspici potest/ viderunt (sunt autem ij qui maxime quęrunt hoc ipsum ac amant) ij tales opiniones habeant/ & hæc de veritate dicant ac asserant: quo pacto non abiecto animo fuerint ij qui philosophari aggrediūtur? quęrere nāqꝫ veritatē: pinde erit/ atqꝫ si volātia quispiā psequatur. ℂ Causa vero opiniōis: hæc fuit. nā de ijsce quidē quæ sūt: veritatem considerabant. ea vero quæ sunt: res tātum ipsas sensibiles esse putarunt.

Argyropylus.

In his autē: abūde indefiniti natu=
ra/& eius quod est hoc pacto(quē=
admodū diximus)est. quare verisi=
militer quidem: non autem vera di
cunt. si enim magis dicere decet: q̄
vt Epicharmus in Xenophanē di=
xit. Præterea omnem quidem hāc
naturam motum subire/ de eo vero
quod mutatur nichil vere dici vi=
dentes: circa id quod omni ex par=
te mutatur/nichil vere dici posse ar
bitrabantur. ¶ Ex hac enim exi=
stimatione: summa illa opinio pul=
lulauit/ quam Heracliti sequaces/
atq; Cratylus habebat. qui quidem
postremo nichil dicere oportere ar
bitrabatur: sed digitum dumtaxat
mouebat. atq; Heraclitum increpa
bat: propterea ꝙ dixit fieri non pos
se/ vt bis eundem fluuium quisquā
ingrediatur. ipse nanq;: neq; semel
arbitrabatur. ¶ Nos autem & ad
hanc rationē dicemus: id quod mu
tatur cum mutatur esse non putare/
aliquam ipsius rationem habere.
¶ Q̃q̄ controuersiam habet. id enī
quod abijcit: habet aliquid eius qđ
abijcit. & eius quod fit: aliquid iam
esse necesse est. omninoq; si corrum
pitur: erit quippiam ens. & si fit: sit
id ex quo fit/ & a quo generatur/ne
cesse est. atq; hoc: non in infinitum
proficiscatur. ¶ Sed his omissis il=
la dicamus: non idem esse in quan=
titate atq; qualitate mutari. ratione
igitur quantitatis non maneat: sed
ratione formæ nos vniuersa cogno
23 scimus. Præterea increpādi sunt ij:
qui ita de rebus existimarunt. pro=
pterea ꝙ cū pauciores numero sen
sibilium rerū ita sese habere vide=
rent: de toto cœlo similem sententi=
am attulere. locus enim sensibiliū
rerum qui est circa nos: corruptio=
nem solus generationeq; subit. sed
iste: nulla fere pars ipsius vniuersi
esse videtur. quare iustius hæc ob il
la tali sentētia liberassent: q̄ ob hæc
in illa sentētiam condemnantē tu=
lissent. Præterea patet & in hos
ipsos ea nos dicere posse: quæ olim
sunt dicta. ostendendum est enī ip=
sis atq; persuadēdū: naturā quādā
īmobilē esse. ¶ Q̃q̄ ijsce qui simul
esse atq; nō esse dicūt: euenire videt̄
vt quiescere magis/ q̄ moueri om=
nia dicant. nō est enī oīno quicq;
in qđ quippiā mutaretur. quippe:

Bessario.

In his autem: magna indeterminati natu=
ra inest/& eius quod ita ens est/vt prædixi=
mus. quare verisimiliter quidem: sed non ve
re dicunt. ita enim magis conuenit dicere: q̄
vt Epicharmus in Xenophanem. Item cū
hāc omnem naturam moueri viderēt/ de eo
autem quod mutatur nichil verificari: cir=
ca illud quod omnino mutatur/ nichil veri=
ficari posse putabant. ¶ Ex hac enim exi= 58
stimatione: summa illa eorum opinio pul=
lulauit/ qui se Heraclitum sequi affirma=
bant. qualē & Cratylus habebat: qui tan=
dem nichil putabat dicere oportere/sed so=
lum digitum mouebat. & Heraclitum/ ꝙ
bis dixisset in eundem fluuium non esse
intrare: repræhendebat. ipse enim existi=
mabat: ne semel quidem. ¶ Nos autem ad 59
hanc etiam rationem dicemus: ꝙ id quod
mutatur cum mutatur/ habet aliquam ve=
ritatem/non esse putare. ¶ At hoc etiam: 60
ambiguum est. abijciens enim: habet ali=
quid eius quod abijcit. ac necesse est: ali=
quid etiam eius quod fit esse. et simpliciter
si corrumpitur: erit aliquid ens. et si fit: ne=
cesse est esse ex quo fit/ & a quo generatur/
& hoc non esse in infinitū. ¶ Sed his omis= 61
sis illa dicamus: ꝙ nō est idem secūdū quā=
titatē & secundū qualitatē transmutari. de=
tur itaq; non permanere secūdū quātitatē:
attamē secūdū speciē/ omnia cognoscimus.
Itē dignū est repræhēdere eos: qui ita arbi=
trāt̄. quoniā cū & ipsorū sensibiliū paucio=
ra numero ita se habere viderēt: de toto ta=
men cœlo similiter senserunt. hic enim qui
circa nos est solum sensibilium locus: in cor=
ruptione & generatione est/ qui nulla(vt ita
dicā) vniuersi pars est. vnde iustius fuisset:
propter illa/ ista etiam absoluisse q̄ propter
ista/ illa cōdemnasse. Item manifestum est:
ꝙ & ad istos eadem dicemus/ quæ olim di
cta sunt. ꝙ enim est immobilis quædam
natura: ostendēdum & persuadendū est eis.
¶ At accidit eis qui simul dicunt esse & nō 62
esse: magis dicere quiescere cuncta/ q̄ moue=
ri. nō enim est in quo quicquā moueretur:

Epicharmus Xenophanes.

Cratylus.

Heraclitus

Bessario.

63 nam omnia omnibus insunt. ℂ De veritate vero/ q non omne quod apparet verum sit: primo quidem neq sensus proprij/ fallax est. sed phantasia non est idem quod sensus. Deide admiratione dignū est/ si hoc dubitant: vtrum tantæ sunt magnitudines/ talesq colores quales eminus/ an quales cominus apparent. et vtrum qualia sanis: an qualia ægrotantibus. & grauiora: vtrū qualia debilib9 an qualia robustis. et vera: vtrū qualia dormiētibus/ an qualia vigilantibus.

64 ℂ Quod enim non arbitrantur: patet. nemo etenim si noctu existimet se Athenis esse/ cum in Libya sit: ad Ariopagum vadit.

Plato. Item de futuro (vt Plato quoq ait) non est profecto similiter certa medici & ignari opinio. vtputa: de futuro sano aut non futuro. Item ipsismet sensibus: non est similiter certus qui alieni est/ et qui proprij. nec illius qui prope est: et ipsiusmet. sed de colore quidem visus nō gustus/ de sapore gustus & nō vis9/ quorū null9 vnq ait eodē tēpore circa idē simul ita et nō ita se habere. at nec in alio tēpore circa passionē dubitarint: sed circa illud cui passio accidit. dico autē veluti idē quidē vinū aut ipsum mutatum aut corpore mutato: videri possit quandoq dulce/ quandoq non dulce. sed non ipsum dulce cum quale est/ sit: vnq mutatū est/ sed semper verificatur de eo. & quod futurum est dulce: necessario tale est. attamen oēs illæ orationes: hoc perimunt. & quemadmodum substantiam non esse vllius: ita nec quicq necessario esse. necessarium enim non contingit aliter & aliter se habere.

65 ℂ Quare si qd necessario est: non/ ita & non ita habebit. & simpliciter si sensibile solum esset: nichil esset profecto/ cum animata non essent. sensus namq nō esset. neq sensibilia itaq/ neq sensiones esse: fortassis verum esset. sentientis enim hæc passio est. ipsa subiecta quæ sensum faciunt: non esse etiam absq sensu. hoc impossibile est. sensus nāq non ipse est suiipsius: sed est aliquid aliud etiam præter sensum quod necesse est prius sensu esse.

Argyropylus.

cum vniuersa ōnibus insunt. ℂ De veritate vero disseramus oportet: 24
ostendēdo nō oē verū esse id quod apparet. nā primo qdē sens9: ppri obiecti nō est falsus. at imaginatio: nō est idē qd sens9. Deide dignū est admiratione/ si hoc dubitēt: vtrum tātæ sint magnitudines talesq colores quātæ ac quales ijs ce qui sūt remoti/ an tātę qualesve ijs ce qui sunt propīqui/ videnf. & vtrū tales sint quales sanis: an tales quales ęgrotātibus ipsis apparēt. & vtrū ea sint grauiora/ q̄ imbecillis: an ea q̄ robustis videnf. & etiā/ vtrū ea sint vera q̄ dormiētib9: an ea q̄ vigilātib9 ipsis apparēt. ℂ Nā nō ita ipsos putare: patet. nemo nāq si sit in Africa/ deinde noctu se esse Athenis existimauerit: ad Lyciū pficiscif. pterea medici opinio (vt iquit etiā Plato) atq ignorātis hoīs de futuro sano aut nō futuro: nō æque profecto est certa. Præterea de propinquo quis 25
ac alieno obiecto sensus/ aut remoto ppinquove: sibi nō æque est certus. sed de colore quidē: cert9 est visus/ non gustus. de sapore autē gustus: nō visus. quorū nunq eodē in tēpore quisq: simul idem sic sese habere & nō sic sese habere dicit. qn etiā neq diuerso in tēpore ābigit de affectu: sed de eo circa qd accidit ipse affectus. dico autē hoc pacto. idē vinū aut ipsū mutatū aut instrumēto mutato: iterdū dulce/ interdū nō dulce esse videbif. sed dulce est tale semp cū est/ & nunq mutaf: sed semper de eo verū dicit ipse gust9. atq affect9 qui a dulci pficiscitur: vt necessario talis. & tamē hoc ipsū: oēs hæ sentētiæ tollūt. queadmodū enī & substantiā esse nullius: sic & nichil necessario esse dicūt. necessariū enī: vt aliter sese habeat/ fieri minime potest. ℂ Quare si qppiā necessario sit: id nō sane ita & nō ita sese habebit. atq oīno si sensibilia solū sint: nichil erit pfecto/ si animantia nō sint. sensus enī: non erit. fortasse igif verū est: neq sensibilia/ neq sensus pceptiōes esse. hoc est enī sentiētis affectus. at impossibile est: & sine sensu ea subiecta nō esse/ quæ faciunt sensū. nō enī ipse sens9 est sui: sed est et aliquid aliud pter sensum/ qd qdē ātecedere sensū necesse est.

Argyropylus.

id enī quod mouet: prius est eo natura quod mouetur. neq; id minus est: et si hæc ipsa mutuo referuntur. CAP. VI.

26 Vnt autem quidā qui dubitāt: & eorum qui persuasi sunt/ & eorū etiā qui solū has sententias dicūt. quæritāt enim: quisnā sit ille/ qui sanū hoiem discernit/ & eū oīno qui circa singula recte iudicat atq; discernit. ¶ Tales vero dubitationes: similes huic sunt dubitationi/ dormimus ne nūc an vigilam9. idē autē: oēs huiuscemodi dubitationes possūt. oīm enī hi rationē esse cēsent. etenī prīcipiū quærūt: atq; hoc per demōstrationē accipere. ¶ Nō esse nāq; psuasos: in ipsis actionibus patet. sed (vti diximus) hic est ipsorū error. rationē enī eorū q̄ritant: quorū nulla est ratio. principij enim demonstrationis: nō est demōstratio. ¶ Atq; his quidē: facile id ita esse/ persuaderi potest. nō est enī difficile vt accipiatur. qui vero in ratione vim solū q̄ritāt: impossibile quęrūt. etenī cōtinuo simul ipsi cōtraria dicunt: deinde sibi deductionē cēsent ad cōtraria fieri oportere. ¶ At si non omnia sint ad aliquid/ sed aliqua etiā per seipsa sint: non ōne sane qđ apparet/ fuerit verū. id enī qđ apparet: alicui est apparēs. quare qui dicit oīa q̄ videnť atq; apparent vera esse: is oīa quæ sūt/ ad aliquid facit. ¶ Quapropter & cauēdū est ijsce qui vim in ratione quæritāt: & ob hoc subeūt disputationē. nō enim eos dicere oportet id quod videť esse verū: sed addant oportet cui videtur/ & cum videť/ & quo videtur/ & quo quidē modo. ¶ Q2 si disputēt quidē/ non autem hoc pacto subeāt disputationē: euenie t ipsis vt cito cōtraria dicāt. fieri nāq; potest: vt idē/ visu quidē mel esse/ gustatu aūt nō esse mel videať. & vtrisq; oculis si sint dissimiles: nō idem appareat. ¶ Nam ad eos qui ꝓpter causas olim dictas id qđ videť inquiūt esse verū/ atq; ob idipsū oīa similiter vera falsaq; esse dicūt: facilis est obiectio. fieri nāq; potest: vt neq; oībus eadē/ neq; sibi semp eadem/ sed semper cōtraria eodē in tēpore videantur. nā idē: tactu quidē cū digit9 supponiť digito/ duo/

Bessario.

mouens enim: natura prius est moto. et si ad seinuicem dicūtur ipsa eadem: nichil minus. CAP. VI.



Vnt aūt q̄dā eorū quib9 de his ꝑsuasum est/ quiq; has orationes solū dicūt: qui dubitāt. quærūt etenī: quis eū qui san9 est/ et oīno qui circa singula recte iudicarit/ examinet? 66

¶ Tales autē dubitationes: similes sūt ac si quis dubitaret/ vtrū dormimus nūc an vigilam9. tales nāq; cūctæ dubitationes: idē possūt. de oībus etenī: hi dignū ducūt rationē esse. prīcipiū nāq; (& hoc ꝑ demōstrationē) accipere quærūt. 67

¶ Q2 aūt nō est eis ꝑsuasum: ex eorū actionibus manifeste apparet. sed (vt diximus) iste eorū affectus est. rationē nāq; eorū quærūt: quorū nō est ratio. demōstrationis enī principiū: nō est demōstratio. 68

¶ His quidē facile hoc ꝑsuadebiť. nō enī est difficile ꝑceptu. qui vero ī oratione solū vim quærūt: impossibile quærūt. cōtraria nāq; dicere dignū cēsent: mox contraria dicētes. 69

¶ Si autē non sunt oīa ad aliquid/ sed quædā ipsa per seipsa sunt: nō erit vtiq; verū oē/ quod apparet. apparēs enī: alicui est apparens. quare qui dicit omnia vera/ quæ apparent esse: omnia entia facit ad aliquid. 70

¶ Quare obseruandum est ijs qui vim in oratione quærunt/ simulq; reddere orationem dignum ducunt: ꝙ nō quod apparet est/ sed quod apparet/ cui apparet/ & quādo apparet/ & quatenus/ & quomodo. 71

¶ Q2 si reddant quidē orationem/ non tamen ita reddant: accidet eis q̄ primum contraria dicere. potest etenim eidem secūdum visum quidem mel apparere: gustu autem non. et cum oculi duo sint/ si sint dissimiles: non eadē vtriq; visui. 72

¶ Cæterū ad eos qui propter olim dictas causas/ quod apparet verum esse dicunt/ & ob hoc omnia similiter esse falsa & vera: nec sane omnibus eadē apparere/ nec eidem semper eadem/ sed plerumq; contraria/ etiam eodem tempore. tactus etenī duo dicit in digitorū variatione: 73

Bessario.

visus autem vnum. sed neq; eodem sensu/& secundum idem/& eodem modo/& in eodē
74 tēpore. quare hoc esset verū ꝓfecto. ¶ Sed ob hoc fortassis iis qui non propter dubitationē sed orationis gratia dicūt: necesse est dicere/ꝙ hoc nō sit verū/sed huic verū. & (vt antea dictū est) necesse est: ad aliquid/ & ad opinionē/& ad sensū oia facere. quare nec factū ē/nec erit quicq̃: si nemo pri⁹ opinat⁹ sit. qđ si factū fuit aut erit: patet ꝙ nō ad opinionē oia sunt. Itē si vnū ad vnū aut ad determinatū/et si idem ē & dimidiū & æquale: nō tamē ad duplū/qđ æquale est. ad opinionē itaq; /si idem est homo & quod opinatū est: non est homo qđ opinatᷣ/sed qđ opinatū est. Qꝛ si vnūquodq; ad illud erit/ qđ
75 opinatᷣ: ifinita specie qđ opinatᷣ erit. ¶ Qꝛ igitᷣ omniū certissima opinio est/ non esse simul veras oppositas dictiones/ & quid illis qui sic dicūt accidat/& cur ita dicūt: hæc de
76 mū dicta sint. ¶ Cū vero impossibile sit cōtradictionē simul de eodē verificari: patet ꝙ neq; cōtraria simul eidē inesse cōtingit. contrariorū enī alterū non minus priuatio est. substātiæ vero priuatio: negatio a quodam determinato genere est. si impossibile itaq; est simul affirmare & negare vere: impossibile est etiā cōtraria simul inesse. sed aut ambo scđm aliquid: aut alterum secundum aliquid/alterū simpliciter.

CAP. VII.

77 T vero nec inter contradictionem possibile est quicquam mediū esse: sed necesse est dicere aut negare vnum quodcunq; de vno. manifestum autem est: primo quidē diffinientibus quid verū quidve falsum est. dicere nanq; ens non esse/aut hoc esse: falsum. ens autē esse/& nō ens nō esse: verū ē. Quare & qui dicit esse/aut nō esse: verū dicet aut mentietur. sed nec ens/dicitur nō esse aut esse: nec nō ens. Item mediū inter cōtradictionē: aut erit quēadmodū fuscū inter albū & nigrū/ aut quēadmodū neutrū inter hominem & equū. si itaq; ita est: nō mutabitur profecto.

Argyropylus.

visu autē vnum esse videtur. at non eodē sensu atq; per idem/& eodem modo/ temporeq; eodē. quare hoc 27
erit verū. ¶ Sed fortasse ꝓpter hoc necesse est iisce dicere qui nō ob dubitationē / sed disputationis gratia dicūt: nō esse hoc verū/sed huic verū. atq; (vt antea dictū est) necesse ē: ad aliquid oia facere & ad opinationē & sensū. quare neq; fuit quicq̃/ neq; etiā erit: si null⁹ antea fuit opinat⁹. qđ si fuit vel erit: patet nō oia ad opinionē referri. Preterea si vnū ad vnū/aut ad definitū referᷣ/et si idem est & dimidiū & æquale: sed nō æquale ad duplū/ neq; dimidiū ad æq̄le referᷣ. si idē sit homo atq; id quo de habeᷣ opinio: id qđ opinaᷣ nō erit homo/sed id quo de habetur opinio. Qꝛ si vnūquodq; erit ad id qđ opinaᷣ: id sane quod opinatur/ specie fuerit infinita. ¶ Esse igiᷣ hāc opinionē firmissimā oīū/ nō esse inquā simul veras enūciationes oppositas/ & quid hisce accidit qui ita dicūt/& cur ita dicūt: satis a nobis est dictū. ¶ Cū autē fieri neq̄at vt cōtradictoria simul de eodē sint vera: ꝑspicuū ē neq; fieri posse quo cōtraria simul eidē insint. est enī alterū contrariorū: non minus priuatio. substātiæ vero priuatio: negatio est ab aliquo genere definito. si igiᷣ ipossibile est vere simul affirmare atq; negare: fieri quoq; nō potest vt cōtraria simul insint. nisi aut aliqua ex parte ambo: aut alterum quidē aliqua ex parte/ alterū vero simpliciter insit.

CAP. VII.

T vero neq; fit vt iter cōtradictoria qcq̃ cadat: sed aut affirmeᷣ vnū de vno quoduis aut negeᷣ necesse est. Patebit autē id ita esse: si primo qđnā sit verū & qđ falsū diffinierim⁹. nā dicere quidē id quod est nō esse/ aut id qđ nō est esse: est falsū. dicere vero id qđ est esse/& id qđ nō est nō esse: est verū. quare & qui dicit illud mediū esse aut nō esse/ verū aut falsū dicet: sed neq; id qđ ē neq; id qđ nō est/esse aut nō esse dicit. Præterea mediū cōtradictionis: aut vt est fuscū inter nigrū & albū erit/aut vt id qđ neutrū est inter homnē atq; equū. si igiᷣ hoc pacto mediū eē dicatur: nō erit in illud sane mutatio.

Argyropylus.

ex nõ bono enĩ in bonũ/aut ex hoc in non bonum: fieri mutatio solet. nũc autẽ fieri semp videt. nõ est enĩ mutatio: nisi ad opposita mediaq3. sin vero sit mediũ altero modo: erit aliqua sane in albũ mutatio/generatio ve nõ ex nõ albo. nunc vero non cernit. Præterea oẽ qđ sub mẽtẽ cadit ac intellectũ: mẽs aut negat aut affirmat. hoc autem/ ex diffinitione patet: quando verũ vel falsũ dicit. cũ enim hoc quidẽ pacto cõponit negãs aut affirmãs: verũ dicit. cum autẽ hoc pacto: falsũ. Præterea vniuersis in contradictionibus illud esse oportet: nisi sermonis causa dicatur. quare & neq3 verũ neq3 non verum quispiã dicet: præter etiam id quod est & id quod non est/aliquid erit pfecto. quare pter generationẽ etiã corruptionẽve: mutatio quedã erit. Præterea i his etiã erit generib9: ĩ qbus negatio cõtrariũ affert. vt in numeris: neq3 ĩpar numerus neq3 nõ ĩpar. at ĩpossibile est esse. ex diffinitiõe aũt: patet. Præterea in infinitũ fiet abitio. & nõ solũ sesquialtera erũt ea q̃ sunt: sed etiã plura. Rurs9 enĩ negare illud: & ad affirmationẽ & ad negationẽ licebit. atq3 istud: aliquid erit. substãtia enĩ ipsi9: alia q̃dã erit. Præterea si ad interrogationẽ factã si albũ est/ dixerit quispiã non: nichil nisi ipsũ esse negauit. & nõ esse: negatio est/vt patet.

28 ¶ Orta est autem & hæc opinio: perinde atq3 opiniones cęteræ admirabiles. quãdo enĩ rationes cõtentiosas soluere nequeũt: ratiõi cõcedẽtes/aiũt verũ id esse qđ est per rationẽ cõclusũ. Quidã igit: p hãc causã hæc dicũt. quidã: propterea q͂ oĩm q̃ritãt rationẽ. pricipiũ aũt ad hos oẽs: ex diffinitione sumẽdũ est. fit autẽ diffinitio: ex eo q͂a aliqd ipsos significare necesse est. ratio enĩ cui9 nomẽ est signũ: diffinitio fit ¶ Atq3 Heracliti qdẽ sẽtẽtia/ oĩa dicẽs esse atq3 nõ esse: vniuersa facere vera videt. Anaxagorę vero: eẽ aliqd ĩ cõtradictiõe mediũ/ asserens oĩa facere falsa. cũ enĩ mixtũ/ex bono ac malo: cõstat/ q͂ neq3 bonũ est neq3 nõ bonũ. q̃re nõ fit: vt q̃cq̃ vere dicat. Cap. VIII.



Eterminatis autẽ hisce: patet fieri non posse/ vt ea quæ dicuntur de õnibus: vnico modo sese habeant.

Bessario.

ex nõ bono nãq3 in bonũ mutat: aut ex hoc in nõ bonũ. nunc vero semper apparet. non enĩ est mutatio: nisi ad opposita & media. q͂ si est mediũ: etiã sic aliqua erit in album nõ ex nõ albo generatio. nũc autẽ nõ videt. Itẽ oẽ intellectuale aut intelligibile: mẽs aut affirmat aut negat. hoc vero ex diffinitione patet: cũ verũ dicat aut mentiat. cũ enĩ sic cõponens dicat aut neget: verũ dicit. cum vero sic: mentitur. Itẽ in oĩbus cõtradictionibus esse oportet: nisi orationis gratia dicat. quare neq3 verũ dicet aliquis/neq3 non verũ: & præter ens & non ens erit. quare etiã præter generationẽ & corruptionẽ: trãsmutatio aliqua erit. Itẽ in quibuscunq3 generibus negatio contrariũ inducit: in his etiã erit. vtputa in numeris nec impar/nec nõ impar: numerus. sed impossibile est. ex diffinitione autẽ est manifestũ. Itẽ in infinitũ procedet. & entia nõ solũ sesquialtera sed etiã plura erunt. rursus nanq3: hoc negare erit ad affirmationẽ & negationẽ. & hoc quicq̃ erit. substãtia nãq3 eius: est alia q̃dã. Itẽ cũ aliquo interrogãte an albũ est/ dicat q͂ nõ: nichil aliud negauit/nisi ipsũ esse. ipsũ vero nõ esse: negatio est.

¶ Aduenit autẽ quibusdã opinio illa: sicuti cæteræ quoq3 quæ pter cõmunẽ opiniõnẽ sunt. cũ enĩ nõ possint argumẽta cõtentiosa soluere: cædũt oratiõi/assentiũtq3 verũ esse qđ syllogisatũ est. Quidã itaq3: ob talẽ causã dicũt. quidã vero: ppterea q͂ oĩm causã quærũt. principiũ vero ad hos oẽs: ex diffinitione. fit autẽ diffinitio: ex eo q͂ necessariũ est aliquid eos significare. ratio enĩ cuius signũ est nomẽ: diffinitio fit. 78

¶ Videt autem Heracliti quidẽ opinio/oĩa esse & nõ esse dicens: vera oĩa facere. Anaxagoræ vero: esse aliquid/cõtradictionis mediũ. quare oĩa falsa. Cũ enĩ miscent: neq3 bonũ neq3 nõ bonũ est illud mixtũ. quare: nichil est dicere verũ. 79 Heraclitus Anaxagoras.

CAPVT VIII.



Is autem determinatis: manifestũ est/q͂ illa quoq3 quæ vno modo/ & de omnibus dicuntur impossibile est esse 80

Bessario.

vt quidã aiũt.quidã quidē:nullũ dicētes ve-
rũ esse.nichil enim prohibere ita cuncta esse
aiũt: vti diametrũ cõmēsurabilem esse.qui-
dam vero: omnia vera. fere enim rationes
Heraclitus eorum: eædem/quæ & Heracliti sunt.qui
enim dicit ꝙ omnia vera & omnia falsa:
etiam separatim vtramqꝫ harum orationũ
dicit. quare si hæc impossibilia sunt: illa
quoqꝫ impossibilia esse necesse est.Item pa
tet ꝙ contradictiones sunt: quas non pos-
81 sibile est simul veras esse/ neqꝫ falsas. ¶ Et
si id videri possit magis contingere ex iam
dictis: ad has tamen omnes rationes pete-
re oportet/vt in superioribus sermonibus di
ctũ est/non si sit aliquid aut nõ sit/sed si ali-
quid significat.quare ex diffinitione dispu-
tandũ est: accipiētibus quid verum quidve
82 falsũ significat. ¶ Si autē nichil aliud est q̃
quod verũ est affirmare/aut qđ negare falsũ
est:ĩpossibile est oĩa falsa esse.necesse est enĩ:
alterã cõtradictionis partē/verã esse.Item si
õne aut affirmare aut negare necesse est: im
possibile est vtraqꝫ falsa esse.altera enĩ cõtra-
83 dictionis pars:falsa est. ¶ Accidit autē(qđ
etiam publice fertur)his oĩbus orationibus
eas seipsas perimere.quæ enĩ oĩa vera dicit:
cõtrariã quoqꝫ sibi orationē verã facit.qua-
re suã ipsius nõ verã.cõtraria nãqꝫ:dicit eã
nõ esse verã. q̃ vero oĩa falsa: & hæc seipsã.
Qꝫ si excipiãt illa quidē cõtrariã ꝙ sola nõ
vera est/hęc vero seipsã ꝙ sola nõ falsa: ni-
chilominus ĩfinitas accidit eis petere orati-
ones veras & falsas.qui enĩ dicit verã orati-
onē esse verã:cõsentit huic ꝙ vera est.hoc ve
84 ro:in ĩfinitũ ꝓcedet. ¶ Clarũ autē est ꝙ nec
illi qui õnia quiescere dicũt/verũ dicũt:nec
qui oĩa moueri.etenĩ si oĩa quidē quiescũt:
semper eadē vera/& falsa erunt.apparet au
tē:hoc trãsmutari.qui enĩ hoc dicit:aliquan
do ipse nõ erat.& rursus nõ erit.Si vero oĩa
mouenť:nichil erit verũ.cũcta ergo falsa.sed
demonstratum est: hoc impossibile esse.Itē
necesse ē: ens trãsmutari.ex aliquo nãqꝫ ad
85 aliq̃d trãsmutatio. ¶ At vero:nec oĩa quie-
scũt aut mouēt aliquãdo: semꝑ vero nichil.

Argyropylus.

queãdmodũ quidã inquiũt:partim
nichil verũ esse dicentes. nichil enĩ
(inquiunt)prohibet: vt ita sint oĩa/
vt diameter est commēsurabilis co-
stæ.partim oĩa vera esse dicētes.fe-
re enĩ sentētiæ ipsorũ:idē quod He
racliti sentētia/ possunt. qui nãqꝫ di
cit oĩa vera & oĩa falsa esse: vtrãqꝫ
harũ orationũ seorsũ etiã dicit.qua
re si illa esse nõ possunt: & hæc etiã
esse/est ĩpossibile.Præterea sunt ma
nifeste cõtradictoria: quæ fieri non
potest vt simul sint vera/ aut simul
sint oĩa falsa. ¶ Et tamen ex iĩsce q̃
dicta sũt: potius posse videbiť falsa
vtraqꝫ esse.verũ ad vniuersos tales
sermones postulare oportet(vt & su
perius diximꝰ) nõ si aliquid sit/ aut
nõ sit:sed si aliquid ipsi significent.
quare ex diffinitione est disputãdũ:
sumendo quidnã falsũ & quid ve-
rum significat. ¶ Qꝫ si nichil aliud 29
est verum/ nisi affirmare hoc pacto
aut negare/& similiter falsũ:fieri nõ
potest vt sint oĩa falsa.necesse ē enĩ:
cõtradictiõis partē alterã verã esse.
Præterea si oē affirmare aut negare
necesse est:ĩpossibile est falsa vtraqꝫ
esse. altera nãqꝫ pars contradictio-
nis:est falsa. ¶ Accidit autē vniuer-
sis hisce sentētijs/& id qđ diciť vul-
go:ipsas inquã seipsas tollere. qui
nãqꝫ dicit oĩa esse vera:& contrariã
huic sētētiã verã facit.quare:suã nõ
verã facit.cõtraria nãqꝫ sentētia: ve
rã ipsã nõ esse dicit.q vero dicit oĩa
esse falsa: & suã etiã dicit. Qꝫ si ille
quidē cõtrariã vt solã non verã/iste
autē suã vt solã non falsã/excipiat:
accidit ipsos nichilominus oratio-
nes veras infinitas falsasqꝫ postu-
lare.quæ enĩ dicit verã orationem/
esse veram:est vera.hoc autē:in in-
finitum proficiscetur. ¶ Patet autē/
neqꝫ eos qui oĩa quiescere/neqꝫ eos
q oĩa moueri dicunt:dicere vera.nã
si cũcta qescũt:semꝑ eadē erũt vera
& falsa.at hoc:mutari videť.q nãqꝫ
dicit:aliquãdo ipse non erat.& rur-
sus non erit. sin omnia mouentur:
nichil erit verum. ergo omnia erũt
falsa.at demonstratũ est:id impossi
bile esse.Præterea id quod est: mu-
tetur necesse est. ex aliquo enim ad
aliquid:est ipsa mutatio. ¶ At ve-
ro: neqꝫ omnia quiescunt interdũ/
aut mouentur.nichil autē est:quod
semper aut mouetur/ aut quiescit.

Argyropylus.

Est eni aliquid: quod semper mouet ea quæ mouentur. & primum ipsum mouens: immobile est.

¶Quarti metaphysicorum Aristotelis interprete Argyropylo/ libri finis.

¶Quintus metaphysicorū Aristotelis interprete Argyropylo ad Cosmam Medicē.

1 
Rincipiū dicit/ partim: id rei vnde mot9 quispiā fuerit primo. vt lōgitudinis/ atq; viæ: hinc quidem principiū est. ¶Econtra autē alterū partim: id vnde vnumquodq; optime fieri potest. vt & in eruditione/ non a primo interdum & ab ipso principio rei: sed vnde facillime quispiam discere poterit/ inchoādum esse videt. ¶Partim: id ex quo primo quippiā fit eo pacto vt insit. vt nauigij: carina. & ædiū: fundamētum. & animalium: quidam cor/ quidā cerebrū/ quidam aliquid aliud tale putāt. ¶Partim: id vnde fit quippiam primo eo pacto vt non insit/ & vnde primo motus mutatioq; incipere solet. vt ex patre matreq;: fit proles. & ex conuitijs: pugna. ¶Partim: id cuius voluntate mouentur ea quæ mouentur/ & mutantur ea quæ mutantur. quales sunt magistratus/ qui sunt in ciuitatibus: & principatus & regna atq; tyrannides. artes etiam et horum maxime architectiuæ: principia dici solent. ¶Præterea vnde res primo cognosci potest: id etiā rei principium dicitur. vt demōstrationum: suppositiones. ¶Tot autem modis: & causæ dicuntur. omnes enim causæ: principia sunt. vniuersis igitur principijs est commune: vt id sit primum vnde est/ aut fit quippiam/ aut cognoscitur. horum autē: alia insūt/ alia sūt externa. ¶Iccirco natura ac elementum principium est: & mens/ & electio/ & substantia/ & id etiam causa cuius cætera sunt/ aut fiunt.

Bessario.

Est eni quiddā: quod semꝑ mouet ea quæ mouent. et primū mouēs: ipsū imobile est.

¶Quarti metaphysicorū Aristotelis interprete Bessarione/ libri finis.

¶Quintus metaphysicorum Aristotelis interprete Bessarione ad Alphonsū regē.


Ricipiū/ hoc q̄ dē 1 Principiū. 1
dicitur illud rei: a
quo quis primū
mouetur. vtputa:
magnitudinis &
viæ. hinc quidē:
hoc pricipiū est.
¶Ex opposito 2 2
vero aliud princi
piū est illud: vnde
q̄dq; optime fiat. vt doctrinæ. nō a primo
ac rei pricipio/ aliquādo inchoādū est: sed
vnde quis facilius discat. ¶Aliud autē: a 3 3
quo primo insito fit. vt nauis: carina. & do
mus: fundamentū. animaliū quoq; quidā
cor/ quidā cerebrū/ quidā quodcunq; tale
cōtingit: putant. ¶Aliud vero: a quo pri 4 4
mo non insito fit/ & a quo primo natura
aptus est motus & trāsmutatio ichoari. vt
proles: ex patre & matre. & bellū: ex cōtu
melia. ¶Aliud porro: id ad cuius electio 5 5
nē mouētur quę mouētur/ & mutātur quę
mutant. queādmodū ciuitatū: pricipatus/
potētiæ/ regna/ & tyrānides pricipia dicūt.
etiā artes: & ex his maxime architectoni
cæ. ¶Itē vnde primū res cognita est: illud 6 6
quoq; principiū rei dicitur. vtputa/ demō
strationū: suppositiones. ¶Toties autē: 7 7
causæ quoq; dicunt. oēs nāq; causæ: princi
pia. ¶Omnibus igit pricipijs cōmune est: 8
esse primū vnde aut est/ aut fit/ aut cogno
scit. horū vero quædā intrinsecus: quædā
extrinsecus sunt. ¶Quare natura quoq; 9
principium est/ & elementum: mens etiā/
et electio/ et substātia/ et quod cuius causa.

Bessario.

multis eteni & cognitionis & motus prici-
piũ: ipsũ bonũ & malũ. CAP. II.

Causa. 1 10  Ausa vero vno modo dici
tur: ex qua insita aliquid
fit. vt æs: statuæ. & argen-
tum: pateræ. et horũ gene
2 11 ra. ¶Alio vero: species &
exemplar. hæc autem est
ratio eius quod quid erat esse. & horũ ge-
nera. vt ipsius diapason: duo ad vnum. &
simpliciter: numerus | & partes quæ in ra-
3 12 tione sunt. ¶Itẽ: vnde principiũ mutatio-
nis primũ / aut quietis. vt qui consuluit: cau
sa. & pater: prolis. et simpliciter: faciẽs / ei9
quod factum est. & trãsmutatiuũ: trãsmu
4 13 tati. ¶Itẽ: vt finis. hæc autẽ: est cuius cau-
sa. vt ambulãdi: sanitas. propter quid eni
ambulat; dicimus vt sanetur. & cũ ita dica
mus: putam9 causã reddidisse. & q̃cunq;:
inter illud mouẽs & finẽ / media fiunt. vt sa
nitatis: attenuatio / purgatio / medicamẽta /
aut instrumenta. omnia etenim hæc: finis
gratia sũt. differũt vero abinuicẽ: eo q̄ hęc
quidem vt instrumenta / illa vero vt opera
14 sũt. Causæ itaq;: fere toties dicũtur. ¶At
cũ multifariã causæ dicãtur: accidit mul-
tas quoq; eiusdẽ non secundũ accidẽs cau
sas esse. vt statuę: & ars statuaria / & ipsum
æs nõ secũdũ aliud quippiã / sed prout sta
tua est. nõ tamen eodẽ modo: sed hoc qui-
15 dẽ vt materia: illa vero vt vnde mot9. ¶Et
inuicẽ: causas esse. vt laborare: bonæ habi-
tudinis. hæc vero: laborãdi. non tamẽ: eo-
dẽ modo. sed hæc quidẽ vt finis: illud vero
16 vt principiũ motus. ¶Itẽ: idem aliquãdo
cõtrariorũ causa est. quod eni cũ adsit: ali-
cuius causa est. idem cũ absit: causã cõtra-
rij nõnunq̃ dicimus. vt absentiã guberna-
toris: naufragij. cui9 p̄sentia: salutis causa
erat. ãbæ autẽ & p̄sentia & priuatio: tanq̃
17 mouentes causæ sunt. ¶Oẽs autẽ nũc di-
ctæ causæ: in quatuor incidunt manifestis-
simos modos. elementa etenim syllaba-
rum / & materia factorum / & ignis & ter-
ra / & omnia huiuscemodi corporum / par-

Argyropylus.

cõpluriũ enim & cognitionis & mo-
tus principium est: ipsum bonũ atq;
etiam malum. CAP. II.

 Ausa autem / vno qui- 2
dem dicitur modo: id
ex quo quippiã fit eo
pacto vt insit. vt æs:
statuæ. argentum: pa-
teræ. & horum: genera. ¶Alio vero
modo: forma atq; exemplar. hæc au
tẽ est ratio quidditatis: & huius ge-
nera. velut eius cõcentus qui sonos
omnes complectitur: ipsa duorũ ad
vnum ratio. atq; omnino: numerus: 1
partes item quæ in ratione sumũtur.
¶Præterea: id vnde primum princi-
piũ est mutationis aut quietis. qua-
lis est causa: iste qui cõsulit. & pater:
filij. atq; omnino quod efficit: eius
quod efficitur. & quod mutat: eius
quod mutatur. ¶Insuper: vt finis.
hic autẽ: est id gratia cuius cætera fi-
unt. veluti deambulandi: sanitas. cur
enim ambulat interrogati: quo vale-
at respõdemus. atq; si hoc pacto di-
xerimus: reddidisse causam arbitra-
mur. & cuncta omnino | quæ alio mo
uẽte inter ipsum & finẽ fiunt: gratia
finis ipsius fiũt. qualia sũt ratione sa
nitatis: macies / purgatio | venena ac
instrumenta. vniuersa enim hæc: ip-
sius gratia sunt. inter sese autẽ: diffe-
rũt. alia nãq;: sunt opera. alia: instru-
mẽta. Causæ igit̃: tot modis dicunt̃.
¶Fit autẽ vt cũ multipliciter causæ
dicant̃: & multę eiusdẽ sint nõ per ac
cidens causæ. ceu statuæ: & statuaria
ars / & æs non per aliud quicq̃ / sed vt
statua est. at nõ eodem modo. sed æs
quidẽ: vt materies. ars autẽ: vt id vn
de motio p̄ficiscĩt. ¶Et inter sese sint
mutuo causæ. vt exercitiũ: bonæ cau
sa est habitudinis. & hęc: exercitij. at
non eodẽ modo. sed hæc: vt finis. il-
lud: vt principiũ motus. ¶Idem in-
super cõtrariorum interdum est cau-
sa. quod enim præsens causa cuius-
piam est: id & absens nonnunq̃ cau-
sam esse contrarij dicimus. vt guber
natoris absentiam: subuersionis na-
uis. cuius præsentia: causa erat salu-
tis. vtrũq; tamẽ & præsentia & absen
tia: causæ sunt vt mouentes. ¶Vni- 3
uersæ autem nunc dictæ causæ: qua-
tuor in genera manifestissima cadũt.
elementa nanq; syllabarum / materi-
am cõficiẽdorum operum arte / ignẽ
& terrã / & talia omnia corporũ / par-

Argyropylus.

tes totius / suppositiões deniq; cõclusionis: vt id ex quo res fiunt / causas esse cõstat. Atq; horum / quedam sũt vt subiecta: veluti partes. quędam vt quidditas: totum inq̃ / cõpositio / atq; forma. At semẽ / medicus / quiq; consuluit & omnino efficiens: omnia sũt causæ / vnde est principium mutationis aut quietis. Quædam autem: sũt vt finis bonumq; cæterorum. id enĩ gratia cuius cætera fiunt: optimum esse finisq; illorum solet. intersit autẽ nichil: bonum ipsum / an apparens bonum dicatur. Tales igitur atq; tot causæ: specie esse videtur. Atqui modi causarum: numero quidem sunt multi. si in capita autem & ipsi redigantur: pauciores euadunt. ¶ Dicũtur enĩ causæ: multipliciter. & ipsarũ q̃ sũt eiusdẽ speciei: alia prior & alia posterior. vt sanitatis: medicus atq; artifex. & concentus eius qui omnes sonos complectitur: duplum ac numerus. & semper eæ: quæ continent quæuis singularium. ¶ Præterea: vt accidens & genus huius. vt statuæ: aliter Polycletus est causa / & aliter statuarius. accidit enim statuario: vt sit Polycletus. & ea etiam: quę continent accidens. velut homo: est causa statuæ. aut omnino: animal. quia est Polycletus homo: & homo est animal. Sunt autem & accidentium: alia remotiora alijs atq; ꝓpinquiora. ceu si albus ac musicus causa statuæ dicerentur: sed non solum Polycletus / vel homo. ¶ Præter autem omnes quæ accõmodate dicuntur & quæ ꝑ accidens: aliæ vt potentes / aliæ vt operantes dicuntur. veluti extruẽdæ domus: causa est ædificator / aut ædificans ædificator. Similiter & in ijsce dicetur: quorum causæ sunt ipsæ causæ. vt hui9 statuæ / aut statuæ aut omnino imaginis. & æris huiusce / aut æris / aut omnino materiæ. & in accidentibus: simili modo. ¶ Præterea & hæ / & illæ: complexe dicentur. veluti non Polycletus / aut statuarius: sed statuarius Polycletus. ¶ Attamẽ hæc omnia: multitudine quidem sũt sex. dupliciter autem dicentur. nam aut vt singulare / aut vt genus. aut vt accidens: aut vt accidentis genus. aut vt coniuncta hæc: aut vt seiuncta. dicũť & isup vt potẽtia: aut actu. ¶ Interest autem: tantum. Causæ enim actu & singulares / & ea quorũ

Bessario.

tes quoq; totius / & suppositiões cõclusionis: causæ sunt vt ex quo. Harũ vero hæc quidem tanq̃ subiectum: vt partes. hæc vero tanq̃ quod quid erat esse: vt totum / & cõpositio / & species. Semẽ vero / & medicus / & cõsiliator / & simpliciter efficiens: omnia vnde trãsmutationis / aut status / principiũ. Cætera vero: tanq̃ finis & bonũ aliorum. quod enĩ cui9 causa: optimũ / & finis aliorũ vult esse. nil autẽ differat: bonũ id / an apparẽs bonũ dicať. Hę itaq; / causę: ac tot species sũt. modi autẽ causarũ: numero quidẽ multi sũt / ĩ pauciores aũt reducũtur. ¶ Dicũtur eteni causę etiã earũ q̃ eiusdẽ speciei sũt / multipliciter: prius videlicet & posteri9 alia q̃ alia. vt sanitatis: medicus & artifex. & ipsius diapason: duplũ & numerus. & illa sẽper q̃ cõtinẽt q̃đcunq; particularium. 18

¶ Itẽ vt ipsũ accidẽs & eorũ genera. vt statuæ: aliter Polycletus / & aliter statuarius: quia accidit statuario Polycleto esse. & ea q̃ cõtinẽt accidẽs: vt homo causa statuæ. aut simpliciter animal: quoniã Polycletus hõ / homo autẽ animal est. Est autem accidentium quoq; aliud alio remotius & propinquius. vtputa: si albus & musicus dicantur statuę causa / & non solum Polycletus aut homo. 19

¶ Præter omnes autẽ quę proprie dicuntur / quęue secũdũ accidẽs: aliæ vt potẽtia dicũtur / aliæ vt agẽtes. vt ædificij extruendi: ędificator / aut ędificãs ędificator. Similiter aũt: illę quoq; dicũtur de ijs quorũ causę sũt. vt huius statuę aut statuę aut sĩpliciter imaginis. aut huius ęris / aut ęris: aut simpliciter materię. & de accidẽtibus similiter. 20

¶ Item hæ & illæ: cõiunctę dicentur. vtputa nõ Polycletus / nec statuarius: sed Polycletus statuarius. 21

¶ Attamen hæ oẽs: multitudine quidẽ sex sunt. dicuntur autẽ dupliciter. aut enĩ vt singulare: aut vt genus eius. aut vt accidens: aut vt genus accidentis. aut vt cõiũctę: aut simpliciter dictę. item tanq̃ agentes: aut secũdũ potẽtiã. 22

¶ Differũt aũt eo ꝙ agẽtes q̃dẽ & singulares simul sũt & nõ sũt / tã ipsæ q̃ illa quorũ 23

Cap.
3 Bessario.

causæ sunt. veluti hic medicās: huic cōua-
lescenti. & hic ædificator: huic quod ædi-
ficatur. Quod vero secundū potētiā: non
semper. corrūpitur enim nō simul domus
& ædificator. CAP. III.



Elemētum 24 Lemētum dicitur: ex quo
1 cōponitur primo iexistēti
indiuisibili specie in aliam
speciem. vt vocis elemēta:
ex quibus cōponitur vox.
2 25 ¶ Et in quæ vltima/diui-
ditur. illa vero: non amplius in alias voces
ab ipsis specie diuersas. sed et si diuidātur:
particulæ tamē eorū eiusdē speciei sunt. vt
aquæ particula: aqua. sed non syllabæ. Si-
militer etiam corporum elementa dicunt:
ea dicentes vltima in quæ corpora diuidū-
tur. Illa vero: nō amplius in alia specie dif-
ferentia corpora. & siue vnū siue plura hu-
3 26 iuscemodi sint: hæc elemēta aiūt. ¶ Simi-
liter autem: figurationū quoq; elemēta di-
cuntur/ac simpliciter demōstrationū. pri-
mæ enim demonstrationes/quæ in pluri-
bus demōstrationibus insunt: hæ elemen-
ta demonstrationum dicuntur. sunt autē
tales: primi/ex tribus per vnum medium
4 27 syllogismi. ¶ Hinc autem metaphorice
appellant etiam elementum: quod vnum
& paruū existēs/ad plura vtile sit. Quare
& paruum/& simplex/& indiuisibile: ele-
28 mentū dicitur. ¶ Vnde euenit: quæ ma-
xime vniuersalia sunt/elementa esse. quo-
niam cum vnumquodq; eorum vnum &
simplex sit: in multis/aut omnibus/aut q̄-
plurimis inest. Et vnum/& punctum: prin
29 cipia esse videtur. ¶ Cū itaq; illa quæ ge-
nera vocantur/vniuersalia & indiuisibilia
sint (vna enim est ipsorum ratio) genera
quidam dicunt elementa. & magis q̄ dif-
ferentiā: quoniam genus magis vniuersa-
le est. cuicumq; enim differentia inest: ge-
nus quoq; sequitur illud. cui vero genus:
30 non vtiq; differentia. ¶ Oibus vero com-
mune est: illud cuiusq; esse elemētū/quod
primum cuiq; inest. CAP. IIII.

Argyropylus.

sunt causæ: simul sunt & non sunt. vt
hic qui medetur: cum hoc qui sana-
tur. & hic qui ædificat: cū hoc quod
ædificatur. sed quæ sūt potentia: nō
semper. nō enim simul: domus ædi-
ficatorq; corrumpuntur.

CAP. III.



Lemētum dicitur 4
id: ex quo quippiā
cōponitur primo/
ita vt insit/indiui-
sibileq; sit specie in
aliā formā. vt vo-
cis elementa: sunt
ea ex quibus componitur vox. ¶ Et
in quæ diuiditur vltima. quę quidem
non vlterius in alias voces diuersas
a se specie diuidūtur. sed si etiam di-
uidantur: partes eiusdem sunt ratio-
nis. vt aquæ pars: aqua est. sed non
syllabæ: syllaba. Simili mō & ea cor-
porum elementa veteres dicunt: in
quæ vltima/ipsa corpora diuidūtur
& quæ non in alia corpora differētia
specie diuiduntur. & siue vnum/siue
plura sint talia: hæc elementa appel
lant. ¶ Similiter: & designationum
& demonstrationum elementa dicū-
tur. primæ nāq; demōstrationes/quę
pluribus demonstrationibus insunt:
elementa demonstrationum vocan-
tur. sunt autem tales ratiocinatiōes
hæ quę primæ sūt: ex tribus per me-
dium vnum. ¶ Hinc etiam per trās-
lationē/elementū id omne appellāt:
quod vnū est/& paruum/& ad mul-
ta conducit. Quāobrē & id quod est
paruum & simplex indiuisibileq;: ele
mentū vocatur. ¶ Vnde emersit: ea q̄
maxime vniuersalia sūt/elemēta es-
se. quia vnūquodq; ipsorū vnū est &
simplex: & in multis/aut in oibus aut
q̄ plurimis inest. Ipsum etiam vnum/
per eadem/punctumue: principium
quibusdam esse videtur. ¶ Cum igi-
tur ea q̄ genera vocantur vniuersalia
sint indiuisibiliaq; (vna est eni ratio
ipsorum) genera ipsa quidam elemē
ta inquiunt esse. & magis q̄ differen-
tiam: propterea q; genus vniuersa-
le magis esse videtur. cui nāq; diffe-
rentia competit: ei continuo genus
etiam iest. at cui cōpetit genus: ei nō
omni differentia inest. ¶ Omnibus
autem est commune: elemētum esse
cuiusq;/id quod cuiq; primum inest.

CAP. IIII.

Argyropylus.



5 NAtura dicitur vno modo:eorum quæ nascũtur acpullulant/generatio ¶ Alio vero mõ: id ex quo nascitur primo id quod nascitur/ita vt insit. ¶ Præterea id:vnde primus mot9 in vnoquoq; est eorum quæ natura cõstant vt ipsũ est. nasci autem ea dicuntur:quæ per aliud/ĩcrementũ suscipiũt/ex eo quia tangũt adiunctaq; sunt/aut copulata.vt fœtus. Interest autem:inter copulationem & tactum.in quibusdam enim:præter tactũ nil aliud esse necesse est. In ijs autem quæ copulata sunt:est aliquid vnum/ĩ vtrisq; idem/quod copulationem ꝑ tactu facit/& esse cõtinuatione quãtitateue & non qualitate vnũ. ¶ Præterea natura dicit̃ id:ex quo primo est aut fit aliquid eorum quæ natura constant/quod quidem est informe ex suaq; potentia immutabile.vt statuæ quidẽ æneorũq; vasorum:æs/natura dicitur. ligneorum autem:lignum.& in cæteris: simili modo. ex his enĩ vnũquodq; constat:prima materia permanente salua. Etenim hoc & elementa modo: naturam eorum esse quæ natura constant veteres dicũt. quidam: ignem. quidam: terram. quidam: aerem. quidam: aquam. quidam:aliquid aliud tale.quidam: horum aliqua.quidam:hæc vniuersa dicẽtes. ¶ Alio præterea modo: natura dicit̃ eorũ substãtia q̃ natura cõstãt.vt ij cẽsẽt:q dicũt naturã/primã cẽ cõpositionẽ.aut vt Empedocles ait.q qdẽ naturã nulli9 eorũ esse quæ sunt/sed mixtionem duntaxat mutationẽue mixtorũ esse. ab hominibus vero naturã vocari:dicit. Quamobrẽ & ea quæ natura sunt aut fiunt/etsi id iam est ex quo ipsa sunt apta fieri aut esse: nondum tamen naturam habere dicimus/si speciem non habeant atq; formã. Natura igitur cõstat id:quod ex his vtrisq; cõponit̃.vt aĩalia partesq; ipsorũ ¶ Natura aũt:est materia pria. q̃:duplex ẽ.est enĩ/aut ea q̃ ad ip̃m ẽ pria:aut ea q̃ oĩno ẽ pria:veluti vasorũ materies æneorũ/ad ip̃a qdem pria:ẽ æs.sĩpliciter aũt:forsitã aqua si oĩa ea sint aqua q̃ liq̃scere possũt Et ĩsup forma atq; substãtia.q̃ quidem:est generationis ipsius finis.

Bessario.



NAtura vero:dicitur vno quĩ 31 Natura
dem modo nascentium gene 1
ratio.vt si quis:producta vo
ce dicat Y. ¶ Alio vero: ex 32 2
quo primo inexistente gene
ratur quod gignitur. ¶ Itẽ: 33 3
vnde primus motus in vnoquoq; eorũ quæ
natura sũt in eo secundum q̃d ipsũ est. na
sci autem dicuntur:quæcũq; incrementum
per aliud habent/tangendo/& cõnascendo/
aut adnascẽdo sicuti embriones. Differt au
tem cõnascẽtia a tactu.hic enim:nihil aliud
prçter tactum necesse est esse. in cõnascenti
bus vero:est quiddã vnum ĩ ambobus idẽ/
quod propter id ꝙ se contingant facit vt cõ
nascantur/& vnũ secundũ continuationẽ &
quantitatẽ/non secũdũ qualitatẽ sint. ¶ Itẽ 34 4
natura dicitur:ex quo primo ĩordinato ex
istente & immobili ex sua potentia/ aut est
aut fit aliquid eorum quæ natura sunt. vt
statuæ/vasorumq; æneorũ:æs/natura dici
tur.lignorum vero:lignũ.similiter autẽ: &
de cæteris.ex his enĩ vnũquodq; est: prima
materia salua. hoc enĩ modo/& eorũ quæ
natura sũt: elemẽta dicũt esse naturã.q̃dã:
ignẽ.q̃dã:terrã.q̃dã:aerẽ.quidã:aquã.qui
dã:aliquid aliud tale dicẽtes.& q̃dã: aliqua
horũ.quidam vero: hæc omnia. ¶ Alio itẽ 35 5
modo:natura dicitur substantia eorũ quæ
natura sunt.sicuti qui dicũt:naturã esse pri
mã cõpositionẽ.aut sicut Empedocles dicit/
ꝙ nullius entiũ natura est:sed mixtio solũ “ Empedocles.
& mixtorũ permutatio est.natura vero ab “
hominibus nominatur.Quare & quæcũq; “
natura sunt aut fiunt/iam existente ex quo
aptũ est fieri aut esse:nõdum dicimus natu
rã habere si speciẽ & formã nõ habeat. Na
tura igitur:quod ex ambobus his est.vt ani
malia:& partes eorũ. ¶ Natura vero hæc: 36
prima materia.& hæc:dupliciter. aut quæ
ad ipsũ prima:aut simpliciter prima.vtpu
ta operũ æneorũ: ad ipsa quidem æs pri
mũ.simpliciter autem:aqua fortassis/si om
nia quidem liquabilia aqua. Hæc species/
& substantia.hæc autẽ est generatiõis finis.

Bessario.

4
5 Metaphorice vero: omnino omnis substan-
tia/natura propter hanc dicitur, quoniā &
natura: est aliqua substantia. Ex dictis itaq;
prima & quæ ꝓprie dicitur natura: est sub-
stantia eorū/quæ in seipsis vt ipsa sunt/mo-
tus principiū habēt. materia enim eo ꝙ hu-
ius est susceptiua: dicitur natura. generatio-
nes autē ac ipsū nasci: eo ꝙ ab hac/ motus
sunt. pricipium quoq; motus eorum quæ
natura sunt: hæc est/insita quodā modo/aut
potentia/aut actu. CAP. V.



Necessariū 37 1 Necessarium: dicitur sine quo
non cōtigit viuere tanq̄ con-
causa. vt respirare & alimē-
tum: animali necessariū est.
impossibile enī est: absq; his
2 38 animal esse. ¶ Et sine quibus: bonū non cō-
tingit aut esse aut fieri, siue aliquid mali re-
pellere/aut eo priuari. vt bibere potionē me-
dicatam: necessariū est/vt nō ægrotet. & in
Aeginam nauigare: vt pecuniam recipiat.
3 39 ¶ Item: violentū & vis. hoc autem est: quod
præter propositū & electionē obstat & pro
hibet. violentū enī: necessariū dicitur. quare
Euenus etiā triste: vt Euenus quoq; ait. omnis nāq;
necessaria res: tristis ē. & vis: necessitas quæ
Sophocles dā est. queadmodū Sophocles dicit: etiā vis
me cogit hæc facere. & recte: necessitas vide-
tur ineuitabile quiddā esse. cōtrariū enī vo-
luntario & secundū cogitationē motui est.
4 40 ¶ Itē: quod nō cōtingit aliter se habere/ne-
cesse dicimus ita se habere. & secundum hoc
necessarium: cætera quoq; omnia dicuntur
quodā modo necessaria. nam & ipsū neces-
sariū aut agere/aut pati tūc dicitur: cū nō cō
tigat ꝓpter illud quod vim infert/secundū
ꝓpositū fieri: tanq̄ illa existēte necessitate/
ꝓpter quā nō cōtigit aliter. etī eis q̄ cō causæ
viuendi & boni sunt: similiter. cum enī non
cōtingat/hic quidem ipsum bonū/hic vero
ipsum viuere & esse sine quibusdam: hæc ne
cessaria. & hæc causa: necessitas quædā est.
5 41 ¶ Itē demōstratio: necessariorum est. quo-
niam non contingit aliter se habere: si sim-
pliciter demonstratū est. huius vero causæ/

Argyropylus.

Per translationem autem: iam & omnis omnino substantia/natura propter hāc dicitur. quia & ipsa natura: substātia quædā est. Ex his igitur quæ naturæ sunt dictæ: substantia eorum q̄ pricipium in seipsis habent/vt ipsa sint/prima est profecto natura/proprieq; natura dicit. Materia nāq;: ex eo natura dicitur/quia est huiusce susceptrix. generatio etiā pullulatioue natura ꝓpterea dicit: ꝙ ab ista est motio. principiū quoq; motus eorū q̄ natura cōstāt: ipsa eadē est. quæ quidē inest aliquo modo: aut potētia/aut actu. CAP. V.



Necessarium id dicitur 6
sine quo fieri non potest vt viuatur/vt causam comitante. veluti respirare ac alimentū: necessarium ē animali. esse enim ipsum sine istis: nō potest. ¶ Et id etiā sine quo fieri nequit vt bonū aut sit aut fiat/aut malum quippiā abijciatur ac extrudatur. veluti bibat medicinam necesse est: vt non ęgrotet. & ad Aeginā nauiget: vt argentū recipiat. ¶ Præterea: violētum ac violentia. hoc autē ē id: quod p̄ter appetitionem voluntatemq; impedit atq; prohibet. Violentum enim: necessarium dicitur. quapropter & dolore afficit: vt & Euen9 poeta dicit. omne necessarium: res est profecto molesta. & vis: necessitas quædam est. vt & Sophocles inquit. Sed vis sæua p̄mit: fieriq; hæc iproba cogit. Videtur etiā ipsa necessitas eē quid: quod dissuaderi nō potest/recte quidē. volūtatis enī ac rōnis motui: aduersaī. ¶ Præterea id qđ aliter sese habere nō potest: necessario sic sese habere dicim9. & per hoc necessariū & cætera oīa necessaria quodā mō dici solēt. Violētū enī ex eo necessariū dicitur: quia nō fit vt id cui vis īferī/aut agat aut patiaī tūc p appetitionē ꝓpter id qđ vim affert. vt ea necessitas sit: ob quā res aliter sese habere nō pōt. Similiter & ea: q̄ causā viuēdi boniq; comitātur. Cū enī fieri non pōt vt sine q busdā aut viuaī aut bonū acqraī aut cōseruēī: tūc illa necessaria sūt. & hæc causa: necessitas q̄dā est. ¶ Insup demōstratio: necessariorū ē. propterea ꝙ res aliter sese habere nō pōt: si mō sit simpliciter demōstrata. hui9 aūt causæ/

Argyropylus.

sunt ipsa priora: si fieri non potest
vt aliter ea sese habeant/ ex quibus
ratiocinatio constat. Quorundam
igitur: alia causa ē vt necessaria sint.
quorũdam: nulla/ sed ob hæc ipsa/
alia necessario sũt. ¶ Quare primũ
& proprie necessarium id est: quod
est simplex. hoc enim fieri non po=
test: vt pluribus sese habeat modis.
quo fit: vt neq; aliter vnq̃ sese habe
re possit. alioqui: pluribus modis se=
se haberet. ¶ Q̃ si sint aliqua per=
petua ac imobilia: nichil illis est vi=
olẽtum/ nichil omnino præter natu=
ram. CAP. VI.

7 
Num: partim per ac=
cidẽs dicitur. partim:
per se. per accidẽs qui
dẽ: vt Corisc9 & mu=
sicum/ & Corisc9 mu
sicus. idem eni est dicere Corisc9 &
musicũ: & Corisc9 musicus. & musi
cum & iustum: & musicus iust9 Co
riscus. vniuersa enim hæc: vnum di
cuntur per accidens. iustum quidẽ
& musicum: quia vtrumq; vni sub=
stantiæ accidit. musicũ vero & Cori
scus: quoniã alterũ alteri accidit. si=
militer modo quodam & musicus
Coriscus vnum est quod Coriscus.
propter ꝙ altera partium quæ in
oratione sunt: alteri accidit. veluti
musicum: Corisco. musicus vero co
riscus ac iustus Coriscus propterea
vnum est: ꝙ vtriusq; partis vnum
eidem accidit vni. nichil enim dif=
ferũt in hoc: Corisco musicũ acci=
dere aut Corisco musico Coriscũ iu
stũ. Idẽ est mod9: & si de genere & si
de vniuersalium aliquo nomine ac=
cidens ipsum dicatur. vt homo idẽ
est: atq; musicus homo. aut enim ex
eo est idem: quia homini qui quidẽ
vna est substãtia/ musicum accidit.
aut ex eo: quia vtrumq; cuidã sin=
gulariũ accidit. ceu Corisco: etsi nõ
eodem modo inest vtrũq;. sed vnũ/
vt genus forsitan & in substantia:
alterum/ vt habitus substantiæ vel
affectus. Q̃ igitur per accidẽs vnũ
dicuntur: hoc modo sane dicuntur.
8 ¶ Eorũ autẽ quæ vnũ p se dicũtur:
alia ex eo dicũtur/ q̄a cõtinua sũt. vt
fascis: vinculo. & ligna: glutine. li=
nea quoq; cõtinua si flexa etiam sit:
vna dicitur. quemadmodum & par
tiũ q̄q;: vt brachiũ atq; crus. ¶ Ho=
rũ aũt ipsorũ: magis ea sũt vnũ quæ

Bessario.

ipsa prima: si impossibile est aliter se habere/
ex quibus fit syllogismus. Quorũdã itaq;:
alia est causa vt necessaria sint. quorundam
vero: nichil/ sed propter hæc/ alia necessario
sunt. ¶ Quare & proprie necessariũ est: q̄d 42
simplex est. hoc enim non potest multiplici
ter se habere. quapropter: nec aliter & aliter.
etenim: multipliciter se haberet. ¶ Si igitur 43
aliqua ꝑpetua & imobilia sũt: nichil i eis vi=
olentũ/ aut præter naturã est. CAP. VI.


Num: dicitur vno modo se= 44 Vnum.
cũdum accidens. altero: per
se. secũdũ accidens quidem:
Coriscus/ & musicũ/ & Cori
scus music9. idẽ enim est di=
cere Coriscus & musicũ: & Coriscus musi=
cus. & musicum & iustũ: & musicus iustus
Coriscus. Cũcta etenim hæc: vnum dicun=
tur secundum accidens. iustum quidem &
musicum: quoniam vni substantie accidũt.
musicum vero & Coriscus: quoniam alterũ
alteri accidit. similiter etiam quodã modo
music9 Coriscus cũ Corisco: vnum est. quo
niam altera partium earum quæ in oratio=
ne sunt: alteri accidit. vtputa musicum: Cori
sco. & music9 Corisc9/ iusto Corisco: quoniã
vtriusq; pars vna/ eidem vni accidit. nichil
enim differt: aut Corisco musicum accide
re/ aut isti hoc. similiter autem: tam si de ge=
nere q̃ si de aliquo vniuersalium nominum
accidens dicatur. vtputa: ꝙ idem homo/ &
musicus homo. aut enim homini qui vna
est substantia musicum accidit: aut quoniã
ambo alicui singularium accidunt/ veluti
Corisco. non tamẽ: eodem modo ambo in=
sunt. sed hoc quidẽ vt genus fortassis/ & vt
in substantia: illud vero vt habitus/ aut pas=
sio substãtiæ. Quæcũq; itaq; secũdum ac=
cidẽs vnum dicuntur: hoc modo dicuntur.
¶ Illorũ vero quæ per se vnum dicuntur: 45 1
hæc quidem dicuntur eo ꝙ continua sunt.
vt fascis: vinculo. & ligna: visco. linea quoq;/
etiã si curua sit sed continua: vna dicitur. si=
cuti partiũ etiã vnaquæq;: crus & brachiũ.
¶ Ex his autẽ ipsis: illa magis vnum sunt q̃ 46

Bessario.

natura/q̃ arte continua sunt.cõtinuũ vero
dicitur:cuius vnus per se motus/& non po=
test aliter esse.vnus vero:qui indiuisibilis.in=
47 diuisibilis autem: secũdũ tempus. ¶Secun=
dũ se autẽ cõtinua: quæcunq; nõ tactu vnũ
sunt. si enim pones inuicem tangentia li=
gna: non dices ea vnum/neq; lignum/neq;
corpus/nec aliquid continuum esse.igitur &
illa quæcunq; omnino continua sunt:vnum
dicũtur etiam si habeãt flexionẽ. & adhuc
magis:quæ nõ habẽt.vt tibia aut femur: q̃
crus.quoniã cõtigit:vnũ nõ esse motũ cruris.
& recta magis/q̃ curua:vnum est.curuã ve=
ro/& angulum habentem:& vnam & non
vnã dicimus.quoniã contingit:& nõ simul
eius motũ/& simul esse.rectæ vero: sẽper si=
mul/nullaq; particula magnitudinẽ habẽs/
hæc quidẽ quiescit/hæc vero mouetur/quẽ=
2 48 admodum curuæ. ¶Alio item modo vnũ
dicitur:cum subiectum sit specie indifferẽs.
indifferẽs autem:quorum species indiuisi=
bilis secundum sensum est.subiectum vero:
aut primum aut vltimum ad finem. eteni
vinum vnũ & aqua vna dicitur: quatenus
indiuisibilis secundũ speciem est. liquoresq;
omnes vt oleum/vinũ/& liquabilia vnum di
cũtur:quoniam omniumvltimum subiectũ
idem est.aqua nãq; & aer:hæc/ omnia sũt.
3 49 ¶Dicuntur autem vnum: & quorum vnũ
genus differẽs oppositis differentijs. ac cũ=
cta hæc/vnum dicuntur:quoniã vnũ est ge=
nus subiectũ differẽtijs.vt homo/equus/ca=
nis:vnum quid.quoniam omnia:animalia.
50 ¶Et quodã simili mõ:sicuti materia vna.
Hæc autem quãdoq; quidem ita vnum di=
cũtur:quãdoq; vero superiore genere.quod
idem dicitur:si vltimę generis species sũt/ il
la autem superiora ipsis.vt puta triãgulus
duorum æqualium laterum: vna & eadem
figura cum triangulo trium æqualium late=
rum est.ambo etenim trianguli:sed non ij=
4 51 dem trianguli. ¶Item vnum ea dicuntur:
quorum ratio quod quid erat esse dicẽs/in=
diuisibilis ad aliam est/quid erat esse rei si=
gnificãtẽ.ipsa enim per seipsã omnis ratio:

Argyropylus.

cõntinua sunt natura/q̃ ea quæ sunt
continua arte. id vero continuũ di=
citur:cuius motus est vnus per se/
& aliter sese habere non potest. Vnꝰ
autem is est motus qui indiuisibilis
est/atq; indiuisibilis tempore. ¶Ea
vero per se continua sunt: quæ non
tactu sunt vnum.nam si hoc pacto
ligna posueris vt sese tangant:non
vnum aut lignũ aut corpus aut ali=
quid quicq̃ continuum ea dixeris es
se.omnino igitur ea quæ continua
sunt: vnum dicuntur/etsi flexuram
habent.& etiam magis ea:quæ fle=
xuram non habent.vt tibia aut fœ=
mur magis est vnũ q̃ crus. propter=
ea ꝙ fieri potest: vt nõ vnus sit mo=
tus ipsiꝰ cruris.& recta linea:ma gis
est vnũ q̃ flexa.eã vero q̃ flexa ẽ ac
angulũ habet:& vnã ex eo & nõ vnã
dicamꝰ esse/quia fieri potest vt motꝰ
ipsius & simul sit & non simul. Re=
ctę autem motus:semper est simul.
& nõ fit: vt pars ipsius magnitudi=
nem habens/alia quiescat/alia mo=
ueatur/vt fit ĩ linea flexa. ¶Præter 9
ea alio modo ex eo aliqua vnũ di=
cũtur:quia subiectũ est ĩdifferẽs for
ma.ĩdifferẽs ãt eorũ hoc pacto subie
ctũ ẽ:quorũ forma est ĩdiuisibilis sẽ=
su.subiectũ autẽ:aut primũ aut ex=
tremum ad finem. eteni vinũ vnũ
dicitur atq; aqua vna:si sit indiuisi=
bilis forma.& liquores omnes vnũ
dicũtur: vt oleum/ vinum & ea quæ
liquescere possunt.quia omniũ vlti=
mum subiectum:est idem. hæc eni
omnia:aut aqua sunt aut aer. ¶Di= 10
cũtur etiã vnũ & ea:quorũ genꝰ est
vnũ/differẽs oppositis differentijs.
atq; hæc vniuersa vnũ ꝑpterea dici
solẽt:ꝙ genꝰ est vnũ/quod differen
tijs ipsis subijcitur.vt equꝰ/homo/
canis vnũ qppiã sũt/ex eo:quia sũt
aĩalia cũcta ¶Et quodã modo per=
inde sunt vnum: vt ea quorũ est ma
teries vna.ista autem/ interdũ hoc
pacto vnum:ĩterdum superiore ge=
nere idem dicuntur. vt si non propi
quę:sed vltimę sint generis species.
vt triangulus duorũ æqualiũ laterũ
ac triãgulus æqualiũ omniũ: eadẽ
vnaq; figura sũt. quia vterq;: triãgu
lus est.at nõ sũt ijdẽ triãguli ¶Præ= 11
terea vnum ea dicuntur: quorum
ratio quæ quidditatem explicat idi
uisibilis est ad aliã q̃ quidditatẽ rei
declarat. ipsa eni p seipsã oĩs ratio:

Argyropylus.

diuisibilis est. sic eni & id qđ accre-
scit atq; decrescit: est vnū. quia ratio
est vna. pinde atq; in planis : ratio
formæ est vna. ¶Omnino aūt vnū
ea dicūtur maxime: quorū itellectio
indiuisibilis est/q̄ quidditatē ipsā in
telligit/& neq; tēpore/neq; loco se-
parare potest/neq; etiā ratione. &
horū: ea q̄ substātiæ sūt. ¶Vniuersa
liter autē ea q̄ diuisionē nō habent:
earatione qua nō habēt/vnū dicun
tur. veluti: si vt homo diuisionē non
habet/vnus est homo. si vt animal:
vnū est animal. si vt magnitudo:
vna est magnitudo. ¶Plurima igit̄
vnū ex eo dicūtur: quia aliud quip-
piā vnū aut efficiūt/aut habent/aut
patiuntur/aut ad aliquid vnū sunt.
¶Ea vero primo dicūtur vnū: quo-
rū ē substātia vna. vna autē: aut cō-
tinuatiōe/aut forma/aut ratiōe. Et-
enim ea quæ nō cōtinua sūt/aut ea
quorū forma nō vna est/aut ea quo
rū nō vna est ratio: vt plura/ nume-
rare solem9 ¶Præterea partiquod-
uis vnum dicimus esse: si quantum
atq; cōtinuū sit. partim nō dicim9:
si non sit quid totū/id est si non ali-
quā vnā habeat formā. non eni si-
militer vnū dixerimus/si calcei par
tes quouis cōpositas modo videri-
mus: nisi ob cōtinuationē. sed si hoc
pacto vt sint calceus: & vnā iam ali
quā habeāt formā. ¶Quapropter
& circuli linea/maxime oīm linea-
rū est vna : ꝓpterea ꝙ tota est atq;
12 perfecta. ¶Esse autē vnius in hoc
cōsistit: vt numeri sit pricipiū quod-
dā. prima eni mēsura vniuscuiusq;
generis: pricipiū est. quo eni prio co
gnoscimus: id prima mensura gene
ris est cuiusq;. ¶Ipsū igitur vnū: cir
ca vnūquodq; genus cognoscibilis
rei principiū est. nō est aūt ipsū vnū
in vniuersis generib9 idē. hic eni: est
primus sensibilis sonus. ibi: litera/
vocalis vel muta. ponderis autem:
aliud. & motus : etiam aliud. vbiq;
vero: ipsum vnum aut quantitate
est indiuisibile/aut forma. ¶Eorū
autem quæ quantitate & vt quāti-
tas est indiuisibilia sunt: id quidem
quod penitus est tale positioneq;
caret/vnitas appellatur . id autem
quod penitus est tale positionēq;
habet: dicit̄ punctū. & id quod vni-
ce est diuisibile: linea nuncupatur.

Bessario.

diuisibilis. sic enim & auctum & diminutū
vnū est: quoniā ratio vna. queadmodū in su
perficieb9 est ipsi9 speciei vna. ¶Et omnino 52 5
quoruncūq; intellectio/quæ quod quid erat
esse intelligit/indiuisibilis est/ neq; separare
potest nec tēpore/nec loco/nec ratione: hæc
maxime vnū sunt. & horum: quecunq; sub-
stātiæ sūt. ¶Vniuersaliter nanq; quotcūq; 53 6
non habēt diuisionem: quatenus nō habēt/
eatenus vnum dicuntur. vtputa: si prout ho
mo non habet diuisionem/vnus est homo.
ꝙ si prout animal: vnū aīal. ꝙ si prout ma-
gnitudo: vna magnitudo. ¶Plurima itaq;/ 54 7
vnum dicūtur: eo ꝙ aliquid vnum/aut agūt/
aut patiuntur/aut habēt/aut ad aliquid vnū
sunt. ¶Quæ vero primo vnum dicuntur: il 55 8
la sunt/quorum substātia vna. vna vero: aut
cōtinuatiōe/aut specie/aut ratione. numera-
mus eteni tanq̄ plura: aut quæ nō continua
sūt/aut quorum species nō est vna/aut quo-
rum ratio non est vna. ¶Item est quidem 56
vt quotcunq; dicamus cōtinuitate vnum es-
se: modo quantum & continuū sit. est autē
vt non: si non aliquid totum sit. hoc autem:
si non habeat speciem vnam. non enim dice
mus similiter vnum (cum viderimus partes
calceamenti quomodocunq; compositas)
propter continuitatē: sed si ita vt calceamē-
tū sit/ac quandam speciem habeat/tūc vnū.
¶Quare maxime linearū: circuli linea/vna 57
est. quoniam tota & perfecta est. ¶Vni aūt 58
esse: pricipium est alicui numero esse. prima
eni mēsura: principiū est. quo nāq; primo
cognoscimus : hæc prima cuiusq; generis
mēsura. ¶Principiū itaq; scibilis circa vnū- 59
quodq;: ipsum vnum. non est autem: idem
in cunctis generibus vnum. sed hic quidem:
diesis. hic vero: vocalis aut muta. grauitatis
autem: aliud. & motus: aliud. vbiq; autem:
ipsum vnum aut quātitate/aut specie indiui
sibile. ¶Illud igitur quod secundum quan- 60
tum & prout quātum indiuisibile est/ quod
quidem omnino & sine positiōe est: dicitur
vnitas . quod vero omnino & positionem
habēs: pūctū. quod autē secūdū vnū: linea.

Bessario.

quod vero secũdum duo:superficies. quod autem omnino & in tria secundum quãtum diuisibile:corpus.& ecõuerso.in duo quidē diuisibile:superficies est. quod vero ĩ vnum: linea.quod autem nequaq̃ secũdum quantitatē diuisibile est : punctum & vnitas est. quæ quidē sine positione:vnitas.quod vero habet positionē : punctum.

61 ¶ Item alia numero/alia genere/alia specie/alia analogice:vnum sunt.Numero quidem:quorũ materia vna.specie vero:quorum ratio vna.genere autē:quorum eadem prędicatiõis figura.secũdum analogiam vero:quæcũq; se habēt vt ad aliud.

62 ¶ Semper autem: posteriora sequũtur præcedētia.vtputa quæcũq; numero:specie quoq; vnum sunt.quæcunq; vero specie:non etiam numero/sed genere cũcta vnũ sunt quæcunq; etiã specie.quæcũq; autē genere:non omnia specie/sed secũdum analogiam.quæcunq; vero analogia vnum: nõ omnia genere.

Multa. 63 ¶ Manifestũ autē etiã est: ꝙ multa quoq; vni opposite dicuntur. quædã enim:eo ꝙ non sint cõtinua . quædã vero:eo ꝙ diuisibilem secundum speciē materiam habeant/aut primã aut vltimã.quędã autem:eo ꝙ rationes quod quid erat esse dicētes/plures sint.

CAP. VII.



Ens. 64 ENs dicitur: aliud secũdum accidens.aliud : per se. secũdum accidens quidem vt illum musicũ esse dicimus. & hominē musicũ/ac musicum hominē:similiter dicētes.at cum dicimus musicũ ædificare : quia accidit ædificatori musico esse/aut musico ædificatori.hoc etenim hoc esse dicere:significat hoc huic accidere.ita igitur de his quæ dicta sunt:cum hominem dicimus musicũ esse/& musicum hominem:aut album musicum siue hũc album.hoc quidē: quoniam ambo eidem accidunt. illud vero:quoniam enti accidit.Hoc autem musicum hominē: quoniã huic musicũ accidit.ita etiã dicit̃ albũ esse:quoniã cui accidit illud est.

65 ¶ Quæ igitur secũdum accidēs esse dicuntur:ita di-

Argyropylus.

et id quod duabus ex partib9:superficies appellatur. quod vero omnĩ ex parte est diuisibile & trinã habet dimẽsionē:id dicit̃ corp9.& cõuersione igit̃ facta/q̃d duab9 ex ptib9 est diuisibile: id superficies.q̃d vna ex parte:id linea.quod nulla ex parte: id punctũ aut vnitas nuncupatur. vnitas:si positiõe careat.pũctũ:si habeat ipsã. ¶ Insup alia numero/alia specie/alia genere/alia similitudine ratiõis:sũt vnũ.Numero quidē ea: quorũ est materies vna.specie autē ea:quorũ est ratio vna.genere vero ea:quorũ eadē est p̃dicamẽti figura.sed similitudine rationis ea:quæ sic se habẽt/vt aliud se ad aliud habet. ¶ Semper igit̃ : posteriora/anteriora sequũtur. Quæ enĩ numero sũt vnũ:ea sũt & specie vnũ.at quę specie sũt vnũ:ea nõ oĩa numero sũt vnũ.sed oĩa genere sũt vnũ:q̃ sunt specie vnum.quæ vero genere sunt vnũ:ea nõ oĩa sũt specie vnũ.cũcta tamē:sũt vnũ similitudine rationis. at q̃ similitudine ratiõis sũt vnũ : ea nõ oĩa sũt genere vnũ. ¶ Patet aũt & ipsa multa:vni opposito dicimõ Quædã enĩ ex eo dicũtur multa:q̃a nõ cõtinua sũt.q̃dã ex eo:quia diuisã materiã/aut primã/aut vltimam habẽt p formã.q̃dã ex eo:quia plures eas rationes habẽt/ q̃ explicant quidditatem.


CAP. VII.



EIus quod est : aliud p accidēs dicitur/aliud p se. per accidēs quidē: vt iustũ musicũ eē dicimus.& hominem esse musicũ & musicũ hominē eē p inde dicẽtes:atq; musicũ ædificare dicimus/propterea ꝙ ædificatori vt sit musicus/aut musico vt sit ædificator accidit.hoc enĩ esse hoc:huic hoc accidisse/significat.Sic & ĩ ijsce quæ diximus: cũ hominē musicũ esse dicimus/& musicũ esse hominem. aut album musicum esse: aut hunc album.hoc ex eo dicim9: quia eidem acciderunt ambo. illud ex eo:quia accidit ei q̃d est.musicũ vero ex eo dicimus hominem esse: quia huic musicum accidit. sic autem & album dicitur esse : quia illud est/cui id accidit. ¶ Ea igit̃ quæ p accidēs esse dicunt̃:hoc pacto di- 13

Argyropylus.

cunt/aut quia ambo enti insunt ei=
dē/aut quia illud enti inest/aut quia
ipsum est cui inest id de quo ipsum
14 prædicatur. per se autem / ea di=
cuntur esse: quæ prædicamenti fi=
guras significant. tot enim ipsum es
se significat: quot modis ipsæ dicū=
tur. cum igitur eorū quæ prædican
tur/alia qd est/ alia quale/ alia quā=
tum/ alia ad aliquid/ alia agere aut
pati/alia vbi/alia quādo significāt:
ipsum esse idem quod vnūquodq;
istorum significat. nichil enim hæc
differunt: homo valens est/ & ho=
mo valet. homo etiā ambulans est/
aut secās: & homo ambulat/aut se=
cat. similiter dicendum est & in cæ=
teris. ❡Præterea ipsum esse: verum
significat. & nō esse: non verum sed
falsum tam in affirmatione q̄ in ne=
gatione. veluti Socrates musicus
est: hoc est propterea ꝙ verum est.
aut Socrates albus non est: hoc est
etiam propterea ꝙ verū est. at di=
ametrū non esse incommensurabilē
lateri: non est/propterea ꝙ verū nō
est/sed falsum. ❡Insuper ipsū esse
& ens: partim id quod potētia/par=
tim id quod est actu significat. Nā
& id qđ potētia/& id qđ actu videt:
vidēs dicim9 esse. et scire similiter:
& id qđ vti sciētia potest/& id quod
vtit. & itē qescere: & id cui iā quies
inest/& id quod quiescere potest. si=
militer & in substantijs dicere con=
sueuimus. etenim Mercurium in la
pide dicimus esse: & dimidiū lineæ.
& frumentum id esse: quod nondū
maturū euasit. quādo autē quippiā
dicendū est/& quando nondū dicē
dū est potētia esse: in alijs determi=
nare oportet. CAP. VIII.

15 
Vbstantiæ dicūtur: &
simplicia corpora. vt
ignis/terra & aqua: et
quæ sunt similis gene
ris. & corpora omni=
no: & ea quæ ex hisce constant/ ani
malia inquam & dęmonia/partesq;
istorū. atq; hæc ōnia/ propterea di=
cuntur substantiæ: ꝙ non de subie=
cto dicuntur/sed de his cætera dici
solent. ❡Alio modo id substantia
dicit: quod causa est essendi/inestq;
talibus quæ de subiecto non dicun=
tur. qualis est anima animalium.
❡Præterea partes q̄ sūt ī talib9 de=
finiētes/atq; hoc aliqd significātes:

Bessario.

cuntur/aut quoniā eidem enti ambo insunt/
aut illi enti inest/aut quoniā ipsum inest cui
inest de quo ipsum prædicatur. per se vero
esse dicuntur: quæcunq; significant prædi=
cationis figuras. quoties enim dicuntur: to=
ties ipsum esse significant. cum ergo eorum
quæ prædicantur/quædam ipsum quid est
significant/quædam quale/quædam quātū/
quædam ad aliquid/ quædā facere aut pa=
ti/ quædam vbi/ quædam quando: horum
cuiq; idem ipsum esse significat. nihil enī dif
fert homo conualescens est: aut homo cōua
lescit. & homo ambulans vel incidens est:
aut homo ambulat vel incidit. similiter: in
alijs quoq;. ❡Itē: ipsū esse & ipsū est/signifi= 66
cat quod verū est. ipsū vero nō esse: qđ non
verū sed falsum. similiter: tā in affirmatio=
ne q̄ in negatione. vtputa: ꝙ Socrates mu=
sicus est/quoniā verū hoc est. aut quoniam
Socrates nō albus: quoniā verū. Qꝫ aūt di=
ameter nō sit incōmensurabilis: quoniā fal=
sū est. ❡Itē ipsū esse & ipsū ens: qđdā eorū 67
quæ dicta sunt/potētia dici posse significat/
quoddā actu. videns etenim dicimus esse:
& quod potentia vt dicitur/ videt/ & quod
actu. ipsum quoq; sciens similiter: & qđ po=
test vti sciētia/ & quod iam vtitur. ac etiam
quiescens: tum illud cui iā inest quies/ tū qđ
quiescere potest. similiter autē: in substātijs.
etenī: Mercurium in lapide dicimus esse/ &
lineæ medietatem. ac triticum: quod nōdū
maturū est. quādo vero possibile & quādo
non: in alijs determinādū est. CAP. VIII.


Vbstātia: dicūtur & simpli= 68 Substātia.
cia corpora. vt terra/ignis/a=
qua/& quæ talia sūt. & vni=
uersaliter: corpora et quę ex
his cōsistunt aīalia & dæmo
nia/ ac eorū particulæ. hæc
vero oia dicunt substātia: quoniā nō dicunt
de subiecto: sed de eis cætera. ❡Alio vero 69 2
modo: qđcunq; fuerit causa existētiæ tali=
busq; ī existēs q̄ nō dicūt de subiecto. vt aīa:
animali. ❡Itē quęcūq; particulæ īsitæ sint ī 70 3
talib9/ diffinientes et quod qd significātes:

8

Bessario.

9 quibus peremptis/ totum perimitur. vt su=
perficie: corpus/ vt quidam aiunt. & linea: su
perficies. & vniuersaliter: numerus videtur
quibusdam talis esse (eo etenim perempto/
4 71 nichil esse) & omnia terminare. ℂ Itē quod
quid erat esse: cuius ratio/ diffinitio est. &
72 hoc: vniuscuiusq; substantia dicitur. ℂ Acci
dit igiť duobus modis substātiā dici/ & ipsū
vltimū subiectum quod non dicitur de alio:
& id quod cum quod quid sit/ etiam sepa=
rabile fuerit. tale vero: cuiusq; forma & spe=
cies.

CAP. IX.

Eadem. 73 
Adem vero: quædā secun=
dū accidens dicuntur. vt al=
bum & musicū idem: quo=
niā eidē accidunt. ac homo
& musicū: quoniā alterū al
teri accidit. music9 vero ho=
mo: quoniā musicum homini accidit. vtriq;
vero hoc: & huic vtrūq; illorū. eteni homini
musico: & homo & musicum idem diciť. &
74 his: illud. ℂ Quare oīa hæc: vniuersaliter nō
dicunť. nō enī est verū dicere: ꝙ ōnis homo
idē & musicū. vniuersalia nāq;: ꝑ se existūt.
accidētia vero: nō per se. sed de singularib9
simpliciter dicunť. idē enī videť Socrates: &
Socrates musicus esse. Socrates enim: nō de
multis. quare nō diciť oīs Socrates: sicuti oīs
75 homo. q̄dā igiť: ita dicūť eadē. ℂ Quædam
vero: ꝑ se sicuti & vnū. eteni quorū materia/
aut specie/ aut numero vna: eadē dicunť. &
quorū substātia: vna. Quare patet/ ꝙ idēti=
tas vnitas q̄dā essētiæ est: aut pluriū/ aut cū
vt pluribus vtať. vtputa cū dicat ipsū sibiip
Diuersa. 76 si idē: vt duobus enī ipso vtiť. ℂ Diuersa ve
ro dicunť: quorū aut species plures/ aut ma=
teria/ aut ratio substātiæ. et oīno: diuersū di=
Differētia. 77 citur opposite ad id qđ idem dicitur. ℂ Dif
1 ferētia vero dicuntur: quæcūq; diuersa sunt
cum idem quid sint modo nō sint idem nu=
mero/ sed aut specie/ aut genere/ aut ꝓporti=
2 one. Itē: quorū diuersū genus/ & cōtraria/ et
Similia. 78 q̄cūq; diuersitatē ī substātia habēt. ℂ Simi=
1 lia dicunť: & q̄ idem passa sunt. & quæ plu=
2 ra eadē q̄ diuersa: passa sunt. & quorū: qua=
3

Argyropylus.

quæ si tollātur/ tollitur totū. vt si tol
lať planū: corp9 (vt quidā inquiūt)
tollitur. & si linea: planū. atq; oīno:
numerus quibusdā talis esse vide=
tur. si tollatur enim: nichil inquiunt
esse. et ipsū insuper definire omnia:
dicunt. ℂ Præterea/ quidditas: ra=
tio cui9 est diffinitio. & hæc: cuiusq;
substātia diciť. ℂ Fit igiť vt substā=
tia modis duob9 dicať: ipsū inquā
subiectū vltimū qđ non vlterius de
alio dicitur/ & id quod hoc aliquid
ac separabile est. tale autē: est vniuscuiusq; species atq; forma. Cap. IX.


Adē/ alia per accidēs
dicunť: alia per se. per
accidens: vt album &
musicū/ propterea ꝙ
vtrūq; eidē accidit. et
homo & musicū: ex eo sane quia al
terū alteri accidit. musicū itē & ho=
mo: qa musicū homini accidit. hic
autē: idē qđ vtrūq;. & horū vtrūq;:
idem qđ illud dicitur. nā & homo
& musicū: idē qđ homo musicus. et
hoc: idē qđ illa dicitur. ℂ Quapro=
pter hæc oīa: vniuersaliter nō dicū
tur. nō enī vere dicere licet: oēm ho
minē & musicū idē esse. vniuersalia
nāq;: ꝑ se reb9 insūt. accidētia: nō ꝑ
se/ sed ī singularib9 simpliciter dici
solēt. Socrates enī: ac Socrates mu
sic9 idē esse videť. Socrates enī: nō
de plurib9 dicitur. iccirco nō vt oīs
homo diciť: sic & Socrates dicitur
oīs. ℂ Per se vero eadē dicunť: pin
de atq; ipsū etiā vnū. nā ea quorū
materies vna est/ aut specie/ aut nu
mero: eadē dici solēt. & ea similiter:
quorū ē substātia vna. Quare patet
ipsā idētitatē: vnitatē essēdi quādā
esse/ aut pluriū/ aut cū q̄spiā vno vt
pluribus vtiť. veluti: cū quippiā idē
qđ ipsū/ esse dicit. nā tūc: vti duob9
vtiť ipso. ℂ Diuersa dicūť ea: quo=
rū aut species sūt plures/ aut mate=
ries/ aut substātiæ ratio. atq; oīno:
diuersū ipsū opposito modo eidem
diciť. ℂ Differentia vero dicunť ea/
q̄ diuersa sūt/ & si aliquo modo ea=
dē sunt/ modo nō sint eadē nume=
ro/ sed aut genere/ aut specie/ aut si
militudine rationis. Insuꝑ ea: quo=
rū genus diuersum est/ & ipsa con=
traria/ atq; ea q̄ diuersitatē ī substā=
tia habēt. ℂ Similia dicunť: ea q̄ sūt
eodē affecta. & ea: q̄ sūt plurib9 eis=
dē q̄ diuersis affecta. & quorū qua=

Argyropylus.

litas vna est. Et id insuper quod ex hisce cõtrarijs habet plura aut pręcipua/quib9 alterari potest: hoc pacto simile dicitur. ¶ His opposito modo: dissimilia dici solent.

CAPVT X.



Pposita dicũt: cõtradictoria/cõtraria/ relatiua/et priuatio atq; habitus. et ea ex quib9/& in quæ vltima: generationes corruptionesq; ꝑficiscunt. & q̃ simul adesse susceptiuo vtrorũq;/nõ possunt: ea opponi dicũt/aut ipsa/aut ea ex qb9 sũt ipa. fuscũ eni & albũ: simul eidẽ nõ insunt. quapropter ea ex qbus sunt ipsa media: his opponunt. ¶ Cõtraria dicunt ea: q̃ differẽtia genere/simul eidẽ inesse nõ possũt. & ea: quę inter sese plurimum eorũ oĩm differunt/quæ sub eodẽ genere collocãtur. Et itẽ ea: quę inter sese plurimũ eorum omniũ differũt: quæ in eodẽ susceptiuo suscipi possũt. et ea etiã: quæ inter sese plurimũ eorũ omniũ differũt/quæ sub eandẽ potentiã cadũt. et ea insuper: quæ maxime aut simpliciter/ aut genere/ aut specie differunt. ¶ Cætera vero dicunt cõtraria: tũ quia talia habent. tũ: quia sunt taliũ susceptiua. tũ: quia aut talibus afficere/aut affici possunt/aut afficiunt/aut afficiunt/aut abiectiones sunt taliũ/aut acceptiones/ aut habitus/aut priuationes. ¶ Cũ autem ipsum vnũ & id quod est/multis modis dicantur: & cætera quæ per ipsa dicuntur/ sequantur necesse est. quare & idem/ & diuersum/ atq; contrarium ita sese habent: vt aliud sit atq; aliud in vnoquoq; p̃dicamento. ¶ Diuersa vero specie dicuntur: & quæ sub eodem genere collocata/ non ita sese habent vt alterum sub altero collocetur. et quæ sub eodẽ genere collocata: differentiam habent. et quæ: contrarietatem in substantia habent. ¶ Et ipsa cõtraria diuersa sũt specie: aut oĩa/aut ea quæ primo dicunt. diuersa specie sũt & ea: quorũ in generis vltima specie diuersæ sunt rationes: vt homo & equus: quæ genere quidem sunt indiuidua/at rationes habẽt diuersas. et q̃ ĩ eadẽ substantia sunt: & differentiam habẽt. ¶ Eadẽ vero sunt specie: quæ his

Bessario.

litas vnã. ac secundũ quæcunq; contrariorũ 4
alterari cõtingit: id quod plura his aut ma=
gis propria habet simile illi est. ¶ Opposite 79 Dissimilia.
vero similibus: dissimilia dicuntur.

CAPVT X.



Pposita dicuntur: contradi= 80 Opposita.
ctio/contraria/ ad aliquid/ 1
priuatio & habitus. & ea ex 2
quibus: & in quæ vltima. vt 3
generationes & corruptio= 4 5
nes. & quæcunq; susceptiuo 6
amborũ/non contingit simul adesse: hæc op=
poni dicũtur/aut ipsa aut ex quibus sunt. fu=
scũ nãq; & albũ: simul eidẽ nõ insunt. quare
ea ex quibus sunt: opponuntur ipsis. ¶ Cõ 81 Contraria.
traria dicuntur: quæ non possunt simul ei= 1
dẽ adesse/cũ eorum sint quæ secundũ genus 2
differunt. & quæ plurimum differunt: cum 3 4
in eodẽ genere sint. quæve plurimum diffe= 5
runt: cũ in eodẽ susceptiuo sint. ac etiã quæ
plurimũ differũt: cum eorũ sint quæ sub ea=
dẽ potẽtia sũt. & quorũ differẽtia maxima:
aut simpliciter/aut secundũ genus/ aut secũ=
dũ speciẽ. ¶ Cætera vero cõtraria dicũtur: 82
quædã eo ꝙ talia habent. quædam: eo ꝙ su=
sceptiua taliũ sunt. quædã: eo ꝙ actiua aut
passiua taliũ sunt aut agentia/aut patientia/
aut abiectiones/ aut sumptiones/ aut habi=
tus/aut priuationes sũt horũ ac taliũ. ¶ Cũ 83
autẽ vnũ & ens multipliciter dicat: necesse
est vt cætera quoq; quæcunq; secundũ hæc
dicunt/sequantur. quare & idem/ & diuer=
sum/ & cõtrariũ: vt secundũ vnũquodq; p̃=
dicamẽtum diuersũ sit. ¶ Diuersa vero spe 84
cie dicunt quæcunq; cũ eiusdẽ sint generis:
non sunt subalterna. et quæcunq; cum in
eodem genere sint: differentiam habent. et
quæcunq;: in substãtia cõtrarietatẽ habent.
¶ Contraria quoq; diuersa specie inuicem 85
sunt: aut oĩa/aut quæ primo dicunt. & quo=
rum in vltima generis specie: rationes diuer
sæ. vt homo & equus/ indiuidua generi: ra=
tiones vero eorum diuersæ. et quæcunq; cũ
in eadem substantia sint: differentiam ha=
bent. ¶ Eadẽ vero specie sunt: quæcũq; his 86

Bessario.

opposite dicuntur. CAP. XI.

Priora. 1 87 Riora & posteriora dicun
tur: vno quidẽ modo tanq̃
aliquo primo & principio
in quoq; genere existente/
quod propinquius est pri-
cipio cuidam determinato
aut simpliciter/& natura/aut ad aliquid/aut
vbi/aut ab aliquibus. vtputa quædam secũ-
dum locum: eo ꝙ propinquiora sunt alicui
loco natura determinato/ medio videlicet/
aut vltimo/aut ad qđcũq;. quod vero remo
2 88 tius: est posterius. ¶Quædã: secũdum tem-
pus. aliqua enim: eo ꝙ remotiora a nũc sũt.
vt de eis: quæ facta sũt. quæ enim in Troia
fuerunt/priora sunt ijs/quæ apud Mediam
facta sunt: quoniam remotius a nũc distãt.
aliqua vero: eo ꝙ propinquiora ipsi nũc sũt.
vt de futuris. prius eni festũ quod apud Ne
meã futurũ est/ q̃ qđ apud Delphos: quo-
niam propinquius ipsi nũc est/ vt principio
3 89 & primo ipso nũc/ posito. ¶Quædã: secun-
dum motum. quod enim propinquius pri-
mo mouente est: prius est. vt puer: viro. ete-
nim quoddã & hoc simpliciter prĩcipiũ est.
4 90 ¶Quædã: secundũ potentiã. quod eni ex-
cellit potẽtia & fortius est: prius est. tale ve-
ro est: cuius electionẽ/ vt alterũ & quod po-
sterius est/sequatur necesse est. ita vt nõ mo-
uẽte illo: non moueatur. et mouẽte: moueaṫ.
5 91 electio eni: principiũ est. ¶Quædã: secũdũ
ordinẽ. hæc vero sunt: quæcunq; ab aliquo
vno determinato proportionaliter distãt. vt
in tripudijs: qui secundũ locũ obtinet/ prior
est eo qui tertiũ tenet. et paranete q̃ nete. illic
enim/tripudij ductor: hic vero media/ prin-
cipiũ est. hæc itaq; hoc modo priora dicun-
6 92 tur. ¶Alio vero modo: qđ cognitione pri9/
tanq̃ & simpliciter prius. horũ autẽ aliter ea
quæ secũdũ rationẽ: atq; ea q̃ secũdũ sensũ.
scđm eni rationẽ: vniuersalia priora. scđm
vero sensũ: singularia. & scđm rationẽ: acci-
dẽs/ toto pri9. vt musicũ: hoĩe musico. nõ eni
erit ratio tota: absq; parte. tametsi nõ cõtin-
git musicum esse: si non sit aliquis musicus.

Argyropylus.

opposito modo dicunṫ. CAP. XI. 15

Riora posterioraue q̃dam ex eo dicuntur: quia quippiã primũ in vnoquoq; genere atq; pricipium est. id eni est prius: quod est propinquius cuidã primo/ aut simpliciter natura ve/ aut ad aliquid/ aut loco/ aut ab aliquibus iã definito. alia nãq;: loco priora posterioraq; dicuntur. priora quidẽ: quia ꝓpinquiora sũt cuipiã loco aut natura/aut ipsi medio vel extremo/aut ad quẽuis definito. posteriora vero: quia lõgius distant. ¶Alia: tẽpore. partim eni ex eo priora dicuntur: quia remotiora sunt a tẽporis puncto præsente. vt in ijsce: quæ fuerũt exacta. Troianũ enim bellũ/ Persico bello pri9 ex eo diciṫ esse: quia a præsenti pũcto longius distat. partim vero ex eo: quia sunt instanti puncto ꝓpinquiora. vt in futuris. priores enim propterea ludi Iouis ludis Apollinis esse dicuntur: ꝙ pũcto sunt ꝓpinquiores instanti. vbi vtimur ipso tẽporis præsentis puncto: perinde vt principio atq; primo. ¶Alia: motu. quod enim propinquius est ei quod primo mouit: id prius est. quo pacto puer: prior est viro. atq; & hoc principiũ quoddã est absolute. ¶Alia: potẽtia. quod eni potẽtia ãtecellit/ quodq; potẽtius est: id prius diciṫ esse. tale autẽ est id: cui9 electioni alterũ ipsumq; posterius obtẽperet/ sequaṫq; necesse est. atq; adeo: vt illo mouẽte moueaṫ/ & nõ mouẽte nõ moueaṫ. electionẽ autẽ volũtatẽq;: principium esse cõstat. ¶Alia: ordine. hæc autẽ eà sunt plane: quæ ad vnũ definitum quippiã ratione aliqua distãt. vt in saltatione: secũdus tertio prior est. & in fidibus: penultima vltimã antecedit. ibi eni/ iste qui caput chori obtinet: hic media/ principium est. hoc igiṫ modo: priora dicunṫ. ¶Alio vero modo id diciṫ prius: qđ ãtecedit cognitione/ vt & simpliciter pri9. priorũ aũt hoc pacto: alia sũt ratione/ alia sẽsu. nã ratiõe qdẽ: vniuersalia. sẽsu aũt: singularia sũt priora. ratione etiã: accidẽs prius est toto. vt musicũ: homine musico. nõ erit eni tota ratio sine parte. quãq̃ nõ fit vt musicum sit/ si nõ quippiã musicũ sit.

Argyropylus.

¶Pręterea priorū affectus: priores
dicunt. vt rectitudo: leuitate. nam il
la lineæ: hæc superficiei per se est af
fectus. quædā igit: hoc pacto prio-
ra posterioraq; dicunt. ¶Quædam
vero natura substantiave: quæcūq;
esse sine aliis possunt/ & sine quibus
alia nequeūt esse. qua diuisione: v-
sus est Plato. ¶Cū autē ipsum esse
pluribus modis dicat: primo quidē
subiectū est prius. quapropter: & ip
sa substātia ātecedit. Deide alio mo
do: ea q̃ sunt potētia/ & q̃ sunt actu.
alia nāq; potentia sunt priora: alia
actu. veluti potētia quidē prius: est
dimidia linea/ tota. & pars: toto. &
materies: substātia ipsa. posteri9 au
tē: actu. toto nāq; dissoluto: erūt vt
constat actu. modo autē quodā oia
quæ priora posterioraq; dicūtur: vt
hæc ipsa dicunt. ¶Quædā enim ꝑ
generationē sine aliis esse possunt.
quo pacto totū: est partibus prius.
quædam per corruptionē. vt totum
ipsū: pars antecedit. similiter: & cæ
tera sese habere videntur.

CAPVT XII.

17 
Otētia dicit: alia qui-
dē pricipiū mot9 mu
tatiōisve qđ est ī alio/
aut vt qppiā aliud est.
qualis est ædificādi fa
cultas: quæ quidem potētia est/ atq;
non est in eo qđ ædificatur atq; ex-
truitur. at medēdi facultas potētia
quidē & ipsa est: esse tamē in eo po
test/ q medicamina suscipit atq; sa-
nat/ sed non vt medicamina susci-
pit atq; sanatur. alia igitur (vti dixi-
mus) pricipium omnino mutatio-
nis/ aut potētia dicitur motus quæ
est in alio/ aut vt aliud quippiā est.
¶Alia vero dicitur ea: qua ab alio/
aut vt est aliud/ pati quippiam di-
citur. qua enim potentia patiēs ip-
sum/ quippiā patitur: ea ipsū dici-
mus pati posse. interdū: si quoduis/
pati possit. interdū: nō si omni qua-
uis passione/ sed si ad meli9 pati pos
sit. ¶Pręterea facultas benefaciēdi
aut ꝑ volūtatē electionēve: potētia
dicit. iterdū eni eos qui ābulauerit/
aut dixerit solū/ sed nō bene aut nō
vt voluerit: nō posse dicere aut ābu
lare putamus ac dicim9. idē eueni-
re vsu videt: & in ipsa potētia patiē
di. ¶Insup oēs habit9 ꝑ quos ea q̃
ipos habēt exptia sūt passionis om

Bessario.

¶Item priora dicūtur: passiones priorum. 93 7
vt rectitudo: leuitate. istud eni lineæ ꝑ se pas
sio: hoc vero supficiei. q̄dā igitur ita priora
& posteriora dicunt. ¶Quædā vero secun 94 8
dum naturam & substantiam: quæcūq; cō-
tingunt absq; aliis esse/ ista vero sine illis
minime/ quā diuisione vsus est Plato. ¶Cū 95 Plato.
autem ipsum esse multipliciter dicatur: pri-
mo quidem subiectū est prius. propter qđ:
substantia prior. Deinde aliter quæ secun-
dum potentiam: & quæ secundum actum.
quædam enim secundum potentiam prio-
ra sunt: quædam vero secundum actum. ve-
luti secundum potentiam quidem: dimidia
q̃ tota. & particula: q̃ totum. & materia: q̃
substantia. secundum actum vero: posteri-
or. dissoluto etenim: secundam actum erit.
quodam modo igitur omnia quæcunq; pri
us & posterius dicuntur: secundum hæc di-
cuntur. ¶Quædam enim secundum gene- 96
rationem: contingit absq; aliis esse. vt totū:
partibus. quædā vero scđm corruptionē. vt
pars: toto. similiter etiā cætera. CAP. XII.


Otētia dicitur: quædā qui- 97 Potentia.
dem principiū motus aut 1
transmutationis in altero/
aut prout alterū est. vt ædi-
ficatiua: potētia est quæ nō
inest in ædificato. sed ars
medendi cum sit potentia: inerit tamē in eo
qui sanatur/ sed non prout sanatur. quædā
igitur: omnino principium transmutationis
aut motus dicitur potētia in altero/ aut pro-
ut alterum est. ¶Quædam vero: ab altero/ 98 2
aut prout alterum est. secūdum quam pro-
fecto: quod patitur/ aliquid patitur. quan-
doq; igitur si quid quodcunq; pati possibi-
le est: dicimus illud posse pati. quādoq; ve-
ro nō secundū omnē passionē: sed si ad me-
lius. ¶Itē qua eius qđ bene qppiā efficiat/ 99 3
aut scđm electionē. aliquādo eni eos q solū
ambularūt aut dixerūt/ non autē bene/ nec
vt proposuerūt: nō dicimus posse dicere aut
ambulare. similiter quoq; de pati. ¶Item 100 4
quicūq; habit9 scđm quos impassibilia om-

Bessario.

nino aut immutabilia sint/ aut nõ facile ad
deterius moueãtur: potẽtiæ dicunt. frãgunt
nãq; & cõteruntur/ & flectuntur/ & omnino
corrumpuntur: nõ propter posse/ sed ꝑpter
non posse & in aliquo deficere. impassibilia
vero a talibus sunt: quæ propter potentiam
& posse/ & aliquatenus se habere/ vix & pa-
Potens. 101 rum patiũtur. ❡Cum autẽ potẽtia tot mo-
1 dis dicatur: potens quoq; vno quidẽ modo
dicetur/ quod motus aut trãsmutationis prĩ
cipium habet. etenim sedatiuũ potẽs quid
2 102 est in altero/ aut prout alterũ est. ❡Alio ve-
ro: si quid eius aliud talem potẽtiam habet.
3 103 ❡Alio vero: si quid vt ad quodcunq; trãs-
mutetur siue in peius siue in melius/ potẽtiã
habeat. etenim quod corrumpitur: videtur
possibile esse corrumpi. aliter nõ corrumpe-
retur: si impossibile esset. nunc autem: habet
quandam dispositionem/ causam/ & princi-
pium huiuscemodi passionis. quandoq; enĩ
propterea ꝙ habet/ quandoq; propterea ꝙ
priuatur: tale videtur esse. Q; si priuatio/ ha
bitus quodam modo est: omnia propterea
ꝙ habent/ profecto aliquid erunt. æquiuo-
ce autẽ dicimus: ipsum ens. quare propter-
ea ꝙ habet habitum quendam & principi-
um: possibile est. & propterea/ ꝙ habet hu-
ius priuationem: si possibile est priuationẽ
4 104 habere. ❡Alio autem modo: propterea ꝙ
non habet eius potentiam aut principium
in altero/ aut prout alterum/ corruptiuam.
105 ❡Item hæc omnia: aut eo ꝙ solum con-
tingant hæc fieri/ aut non fieri/ aut eo ꝙ
bene. etenim inanimatis: etiam talis poten-
tia inest/ vt instrumentis. aliquam enim pos-
se sonare lyram aiunt: aliquam minime/ si
Impotẽtia. 106 non bene sonans est. ❡Impotẽtia vero: po-
tentiæ priuatio est/ & quædam talis prin-
cipij ablatio/ quale diximus. aut omnino/
aut ab eo qui natura aptus est habere: aut
& cũ natura aptus sit iam habere. non enim
similiter dicent impossibile esse: puerum ge-
107 nerare/ & virũ eunuchũ. ❡Itẽ vtriq; poten-
tiæ est impotentia opposita: & ei quæ solũ
108 motiua/ & ei q̃ bene motiua est. ❡Impos-

Argyropylus.

nino/ aut non mutabilia/ aut nõ facile ad deterius sunt mutabilia: potẽtiæ nimirũ dicũtur. etenĩ franguntur quędã/ & cõteruntur/ aut flectuntur/ oĩnoq; corrũpuntur: nõ ideo quia possũt/ sed quia nõ possũt/ in aliquo ve deficiũt. expertia vero nõnulla talis sunt passionis/ aut vix talia parũq; patiuntur: ob potẽtiã sane & quia pos sunt/ modoq; aliquo sunt disposita. ❡Cũ autẽ potẽtia tot modis dicatur: possibile quoq; ac potẽs/ vno qdẽ modo dicetur id qđ mot9 aut mutationis prĩcipiũ habet. etenĩ id a quo status quiesve proficisci potest: possibile quippiam est/ in alio/ aut vt aliud quippiã est. ❡Alio vero modo: si quippiã aliud ipsius talẽ potẽtiã habeat. ❡Alio rursus modo: si potentiã habeat/ vt ad qđuis siue ad deterius siue ad meli9 moueatur/ atq; mutetur. nã id qđ corrũpitur: & corrumpi possibile esse videtur. vel nõ corruptionẽ subibit: si ĩpossibile erat corrũpi. nũc vero: dispositionẽ aliquã talis passionis/ & causã atq; principiũ habet. tale igitur esse videtur: interdũ propterea ꝙ aliqd habet/ interdũ ex eo quia aliquo caret. Q; si priuatio aliquo modo sit habitus: vniuersa possibilia/ ꝑpterea ꝙ habẽt nimirũ aliquid erũt. sin vero nõ sit: æquiuoce possibilia erunt. quare possibile quippiã est: partim ex eo/ qa habitũ aliquẽ atq; principiũ habet. partim ex eo: qa priuationẽ habet huiusce/ si fit vt priuatio habeat. ❡Alio p̃terea dicitur modo: qa nõ habet potẽtiã vel prĩcipiũ in alio vt est aliud/ quo corrũpi potest. ❡Insuper hæc oĩa possibilia dicuntur: aut qa solũ possunt/ aut quia bene possũt ijsce potẽtiæ (quos explicauimus) modis. nã & in ijsce quæ carẽt aĩa: potẽtia talis ĩest. velut in ĩstrumẽtis. lyrã enĩ aliã sonũ emittere posse: aliã inquiũt nõ posse/ si solũ nõ sit sonora. ❡Impotẽtia aũt: est potẽtiæ priuatio sublatio ve q̃dã prĩcipij talis/ quale iã diximus. aut oĩno/ aut ab eo qđ aptitudinẽ habet vt habeat: aut & quãdo iã est aptũ habere. nõ enĩ similiter ĩpossibile dixerint esse: puerũ generare/ & virũ eunuchũ. ❡Pręterea ĩ vtraq; potẽtia/ est ĩpotẽtia nimirum opposita: tam ei potentiæ quæ motiua duntaxat est/ q̃ ei quæ bene est motiua. ❡Impos-

Argyropylus.

ſibilia etiam: partim hac impotentia/ partim alio modo dicunt̄. veluti poſſibile: ac impoſſibile. ¶ Impoſſibile quidē: cōtrariū cuius neceſſario verū eſt. velut ipoſſibile eſt: diametrū cōmēſurabilē eſſe. ꝑpterea ꝙ falſū ē iſtiuſmodi: vt cōtrariū ei⁹ nō ſolū ſit verū/ ſed etiā neceſſario verū/ diametrū inquā incōmēſurabilē eſſe. cōmēſurabile ergo: nō ſolū eſt falſū ſed etiā neceſſario falſum.

¶ Poſſibile autē eſt/ qđ eſt cōtrariū huic: cū nō neceſſariū eſt contrariū falſū eſſe. veluti poſſibile eſt hoīem ſedere. nō enī neceſſario falſum eſt hoīem nō ſedere. Poſſibile igit̄ vno qdē modo (ſicuti diximus) id ſignificat: qđ nō ē neceſſario falſū. alio vero modo: qđ verū ē dicere eſſe. alio rurſ⁹ modo: qđ verū iā eſſe poteſt.

¶ Potētia aūt ea q̄ in geometria dicit̄: p trāſlationē potētia dicit̄. hæc igit̄ poſſibilia: nō per potētiā dicūt̄.

¶ Ea vero q̄ p potētiā dici ſolēt: oīa ad potentiā vnā primā dicunt̄. hæc autē: eſt mutationis pricipiū i alio/ aut vt aliud quippiā eſt. cætera enī poſſibilia dicūtur: partim/ qa aliqd aliud talē ipſorū potētiā habet. partim: qa nichil potētiā habet ipſorū. partim: qa ſic habet. Similiter: & iꝑoſſibilia ipſa. ¶ Quare ꝑpria diffinitio potētiæ primæ hæc erit: pricipiū inquam mutandi in alio/ aut vt aliud quippiam eſt. CAP. XIII.

18  Vantū id dicit̄: qđ diuiſibile eſt in ea quæ inſunt/ quorū vtrūq; vel vnum qđq;/ vnum quid & hoc aliquid aptū eſt eſſe. multitudo igit̄: quantū eſt quedda/ ſi numerabilis ſit. magnitudo etiā quātū eſt qđdā: ſi mēſurabilis ſit. ¶ Dicit̄ aūt multitudo quidē id/ qđ in nō cōtinua: magnitudo vero id/ qđ in cōtinua diuidi poteſt. ¶ Atq magnitudinis ea qdē quæ vna ex parte cōtinua eſt: lōgitudo eſt. ¶ Ea vero quæ duabus ex partibus: latitudo. ¶ At ea quæ tribus ex partib⁹ cōtinua eſt: altitudo nimirū eſt. ¶ Horū igit̄ multitudo quidē finita: numerus eſt. ¶ Lōgitudo vero: linea. ¶ Latitudo autē: ſupficies. ¶ Et altitudo: eſt corpus.

¶ Præterea q̄dā p ſe: q̄dā p accidēs quāta dicūt̄. linea nāq;: quātū ē qđdā p ſe. muſicum vero: per accidēs.

Beſſario.

ſibilia quoq; quædam ſecundum hanc impotentiā dicuntur: quædam alio modo. vti poſſibile: & impoſſibile. ¶ Impoſſibile quidē: cuius cōtrariū neceſſario verū eſt. veluti diametrū cōmēſurabilē eſſe: impoſſibile eſt. quoniā falſū huiuſcemodi eſt: & cuius contrariū nō ſolū verū ſed neceſſariū quoq; eſt vt incōmenſurabilis ſit. cōmēſurabile igitur nō ſolū falſū: ſed neceſſario etiā falſum eſt. 109 Impoſſibi

¶ Ipſum vero poſſibile huic cōtrariū: cū nō ſit neceſſariū/ cōtrariū falſū eſſe. vt ſedere hominē: poſſibile eſt. nō enī neceſſario nō ſedere falſū eſt. poſſibile itaq; vno quidē modo ſignificat vt dictū eſt: qđ nō neceſſario falſū eſt. alio vero: ipſū verū eſſe. alio autē: cōtingēs verū eſſe. 110 Poſſibile

¶ Metaphorice autē: q̄ in geometria potētia dicit̄. hæc igit̄ poſſibilia: non ſcđm potētiā. 111

¶ Quę aūt dicunt̄: oīa ad primā vnā dicunt̄. hæc aūt: eſt pricipiū trāſmutationis in altero ꝓut alterū eſt. cætera nāq; poſſibilia dicunt̄: quædā eo ꝙ eorū aliquid/ talē potentiam habet. quædā: eo ꝙ nō habēt. quædam: eo ꝙ ſic habēt. Similiter etiā: impoſſibilia. 112

¶ Quare propria primæ potentiæ diffinitio profecto erit: principium tranſmutatiuum in altero prout alterum eſt. 113

CAP. XIII.

 Vantū dicit̄: quod in inſita diuiſibile/ quorū vtrūq; aut ſingula vnum quid/ & quod qđ apta ſunt eſſe. multitudo igit̄: quātū quid/ ſi numerabilis eſt. magnitudo vero: ſi menſurabilis. 114 Quantum.

¶ Dicit̄ autē multitudo quidē: quæ potētia diuiſibilis eſt in nō cōtinua. magnitudo vero: q̄ in continua. 115

¶ Magnitudinis autē quæ quidē ad vnū cōtinua eſt: longitudo. 116

¶ Quæ vero ad duo: latitudo. 117

¶ Quæ autē ad tria: profūditas eſt. 118

¶ Horum autē multitudo quidē finita: numerus. 119

¶ Lōgitudo vero: linea. 120

¶ Latitudo autē: ſuꝑficies. 121

¶ Profūditas vero: corp⁹ eſt. 122

¶ Itē alia: per ſe quāta quædā dicuntur. alia: ſecūdū accidēs. vtputa linea quidē: quātū quiddā p ſe eſt. muſicū vero: ſecundū accidens. 123

Bessario.

124 ¶ Eorum vero quæ per se sunt: quædam se-
cundum substantiam sunt/ vt linea quantū
quiddā (in diffinitione nāq; quod quid est
dicenti: quātum quiddam inest) quædā pas-
siones & habitus huiuscemodi substantiæ
sunt/ vt multū & paucū/ lōgū & breue/ latū
& strictum/ profundū & humile/ graue & le
ue/ & cætera quoq; huiuscemodi. sunt autē
magnū etiā & paruū/ maius & minus tam
secundū se q̃ ad seinuicē dicta: quanti per se
passiones. trāsferūtur autē & ad alia: ista no
125 mina. ¶ Eorū autē quæ secundum accidēs
dicuntur quāta: quoddā ita dicitur/ vt præ-
dictum est ꝙ musicum & album quantum
est. eo ꝙ illud cui insunt: quantum quid est.
quædam: vt motus & tempus. & hæc enim
quanta quædam & continua dicūtur: eo ꝙ
illa diuisibilia sunt quorū hæc sunt passio-
nes. dico autem nō quod mouetur: sed quo
motum est. etenim quoniam illud quantum
est: & motio est quāta. tempus autem: pro-
pter illam. CAP. XIIII.



Quale. 126 Q Vale dicitur vno modo:
1 differentia substantiæ. vt-
puta quale animal homo:
quoniam bipes. equus ve-
ro: quadrupes. et circulus
qualis quædā figura: quo-
niam absq; angulis est. tanq̃ differētia quæ
scd̃m substātiam: qualitas sit. vno itaq; mo-
do: qualitas dicitur substantiæ differentia.
2 127 ¶ Alio vt imobilia & mathematica: velu-
ti numeri/ quales quidam sunt. vt qui com-
positi. & nō solum qui ad vnum sunt: sed ij
quorum imitatio superficies & solidū. hi au
tem sunt qui quoties quanti: aut quoties
quanti quoties. & omnino quod in substan
tia: præter quantum existit. substantia nāq;
cuiusq; est quod semel/ vtputa ipsorum sex:
non qui bis/ vel ter/ sed qui semel. sex enim
3 128 semel: sex sunt. ¶ Item quæcunq; substan-
tiarum quæ mouentur: passiones. vt calidi-
tas & frigiditas/ albedo & nigredo/ grauitas
& leuitas/ & quæcunq; similia secundum
quæ dicūtur alterari corpora/ ipsis mutatis.

Argyropylus.

¶ Eorum insuper quæ per se quan-
ta sunt: alia per substantiam sunt.
quo pacto linea: quantum quid est.
in ratione enim quæ dicit quid est:
quātū quid inest. alia: affectus atq;
habitus talis substātiæ sunt. vt mul-
tum ac paucum. & productū ac bre
ue. & latum atq; angustum. & altū
ac humile. & graue ac leue. & istius-
modi cætera. sunt autem & magnū
& paruum/ & maius & minus: etiā
si per se & inter sese dicātur/ ipsius
quanti per se affectus. hæc tamē no
mina: & ad alia trāsferūtur. ¶ Eo-
rum autem quæ per accidens quā-
ta dicuntur: alia sic dicuntur vt di-
ximus. nam quia quātum est quid-
dam id/ cui musicū inest ac albū:
ideo ipsa quanta dicuntur. alia: vt
motus ac tempus. etenim hæc quā-
ta quædam cōtinuaq; dicūtur: quia
illa diuisibilia sunt quorū sunt ista
affectus. atq; non dico id quod mo
uetur: sed id super quod efficitē mo
tus. quia enim quantum est illud:
ideo motus etiam quantus est. tem
pus etiam ideo quantum est: quia
motus est quantus. CAP. XIIII.



Q Vale namq; vno dici- 19
tur modo/ ipsa substā-
tiæ differentia. quale
namq; animal est ho-
mo/ & quale equus/ et
qualis item figura est circulus si in-
terrogabimur: bipes accommoda-
te/ quadrupes/ carēs angulis respō
debimus. quo patet: substantiæ dif-
ferentiam: qualitatem esse quandā
vt diximꝰ. ¶ Alio modo: vt immo-
bilia ipsa & mathematica. quo pa-
cto numeri quales quidam esse vi-
dentur: veluti ipsi compositi. & nō
ij qui sunt solum ad vnum: sed ij
quorum est imitatio planum ipsum
ac solidum. atq; hi sunt illi qui to-
ties quanti/ aut toties quāti toties/
sunt. & ōnino id: quod præter quā-
tum substantiæ numeri inest. sub-
stantia namq; cuiusq;: est ipsum se-
mel. veluti substantia ipsorum sex:
est non si bis tria aut ter duo/ sed si
semel dicātur. sex enim semel: sunt
sex. ¶ Præterea: omnes substan-
tiarum earum quæ mouentur affe-
ctus. vt caliditas/ frigiditas/ albe-
do/ nigredo/ grauitas/ leuitas: &
quæ sunt similis generis/ quibus al
terari dicūtur corpora quę mutant.

4

Argyropylus.

¶Insuper virtus ac vitium:& omnino bonū ac malū. ¶Quale igit̄: modis fere dici duobus potest, & horum vno præcipuo maxime. nā prima quidem qualitas: substantiæ est differentia. Huius autem pars est quædā:& ea quæ est in numeris qualitas. est enim substātiarum differentia quædā. Verū eorū quæ aut non mouentur:aut non vt mouentur. illa vero:sunt affectus eorū quę mouentur/ea ratiōe qua motū subeunt/& ipsorum motuū differentiæ. virtus autem & vitiū: quædā est affectuum pars. differentias enim motus operationisve significant: quibus operātur aut patiūtur/bene vel praue ea quæ sunt in motu. id enim q̄d hoc pacto moueri vel operari potest:est bonū. id autē quod hoc pacto atq; cōtrario modo:prauū. Maxime vero bonū ac malum qualitatem ī animantibus ipsis significāt. & horū:maxime in ijsce quæ habēt electionem. CAP. XV.

20 D aliquid alia dicūtur: vt duplū ad dimidiā/ & triplū ad tertiā partē. & oīno: multiplex ad submultiplex/& excedens ad id q̄d excedit. ¶Alia: vt cōbustiuū ad cōbustibile/& diuisiuū ad diuisibile. atq; oīno: actiuum ad ipsū passiuum. Alia: vt mensurabile ad mensurā/& scibile ad sciētiā/& sēsibile ad sensū. ¶Atq; prima quidem:per numerū dicunt̄ aut simpliciter/aut definite ad ipsos/aut ad vnum. veluti duplū quidē: ad vnū numerus est definitus. Multiplex autem per numerū quidem ad vnū est:non definitum tamen/ vt hunc aut hunc. sesqualterum autem: ad subsesqualterū p̄ numerū/est ad numerū definitū. At id quod partes cōplectitur: ad id quod sub ipso est pars/p̄ indefinitū. p̄inde atq; ad vnū est ipsum(vti diximꝰ)multiplex. excedēs autem ad id quod exceditur: indefinitū omnino est numero. numerꝰ enī cōmēsurabilis ē. hæc aūt: per nō cōmēsurabilē numerū/dicuntur. Excedens enim ad id quod exceditur: tantū quid ē & vltra. at hoc: est indefinitum vt constat. est enim vtrūuis: vel æquale vel non æquale. hæc igitur omnia: ad aliquid(vti diximus) per numerum dicuntur/

Bessario.

¶Item:secūdū virtutē & maliciā/& omnino bonū & malū. 129 ¶Fere itaq; secūdū duos modos:dici possit ipsū quale/& horum vnū maxime propriū. 130 prima eteni qualitas:substantiæ differentia est. huius autē pars:& q̄ in numeris qualitas est. eteni differētia quędā substantiarum est. sed non aut eorū quæ mouentur:aut non prout mouētur. hæc autem:passiones eorū quæ mouentur prout mouentur sunt/& motuum differentiæ. virtus autem & malicia: passionum quædam partes sūt. differētias enim motus & actionis quasdē manifestant secūdum quas bene vel male agūt aut patiūtur ea quæ in motu sūt. q̄d eni hoc modo potest moueri aut agere:bonū. quod vero illo modo & contrario:malū. maxime autē bonū & malum significāt qualitatē in illis q̄ animata sūt:& illis maxime q̄ habent electionē. CAP. XV.

D aliquid dicūtur quædā: vt 131 duplum ad dimidiā/& triplū ad tertiam partē. simpliciter multiplex : ad multiplicati partē. & excedēs:ad excessū. ¶Quædā: vt calefactiuū ad 132 calefactibile/& sectiuū ad secabile. & simpliciter:actiuū ad passiuū. Quędā: vt mēsurabile ad mēsurā/& scibile ad sciētiā/& sensibile ad sensum. ¶Dicūtur autē prima: quidē 133 secundū numerū/ aut simpliciter/aut determinate ad eos/aut ad vnum. vtputa duplum quidem ad vnū:numerus determinatus. multiplex vero secundum numerū ad vnū non tamen determinatū vt hūc vel hūc. sesqualterū vero ad subsesqualterū secundū numerū : ad numerū determinatū. suppartiēs autē ad suppartiētē secūdū indeterminatū / sicuti multiplex ad vnū. excedēs autem ad excessū:omnino īdeterminatū secūdum numerū. numerꝰ enī cōmēsurabilis:secūdū vero īcōmēsurabilē nūerū dicit̄. excedēs enī ad excessū:tātū est & vltra. hoc vero:īdeterminatum est. quodcunq; enim contingit/ est aut equale aut non equale. hæc itaq; ad aliquid omnia: secūdum numerum dicuntur/

Ad aliquic

Bessario.

134 & numeri passiones sūt. ¶Et adhuc æqua-
le/simile/& idem: secundum alium modum.
135 ¶Secundū vnum etenim: omnia dicuntur.
eadem enim sunt: quorum substantia vna.
Similia vero: quorū qualitas vna. Aequa-
lia autē: quorū quātitas vna. ipm vero vnū:
numeri principiū & mensura. vnde hæc oīa
ad aliquid dicūtur. secundum numerū qui-
136 dem: non tamen eodē modo. ¶Actiua ve-
ro & passiua: secundum actiuā & passiuam
potentiā/& potētiarū actiones. vtputa ca-
lefactiuū ad calefactibile: qm̄ possūt. & rur-
sus calefaciens ad id quod calefit/& secans
137 ad id quod secatur: vt agentia. ¶Eorū autē
quæ secundum numerum sūt: nō sūt actio-
nes/nisi queadmodū in aliis dictum est. sed
138 secundū motū actiones nō existunt. ¶Eo-
rum vero quæ secundū potentiā: etiā secun
dum tempora iā dicuntur ad aliquid. veluti
quod fecit: ad id quod factum est. & id qđ
facturum est: ad id quod faciendum est. sic
enim pater quoq; filij pater dicitur. hoc enī
139 fecit. at illud passum quid est. ¶Item quæ-
dam: secundum priuationem potentiæ. vt
īpossibile. & quæcunq; ita dicuntur: vt in-
140 uisibile. ¶Quæcunq; igitur secundum nu-
merum & potentiam ad aliquid dicuntur:
cuncta sūt ad aliquid/eo ꝙ ipsum quod est
alterius dicitur ipsū quod est/sed non eo ꝙ
aliud ad illud. mēsurabile vero/& scibile/&
intelligibile: eo ꝙ aliud ad illud dicitur. nā
intelligibile significat quod eius est intelle-
ctus. nō est autē itellectꝰ ad illud: cuius ītel-
lectꝰ est. idē enī ꝓfecto bis dictū esset. simili-
ter & visus cuiusdā est visus: nō cuiꝰ est visꝰ
(etsi verū est hoc dicere) sed ad colorē aut ali
qd aliud tale. illo vero mō bis idē diceret: ꝙ
141 visus est cuius est visus. ¶Eorū igitur q̄ per
se ad aliqd dicūtur/quædā ita dicūtur: quæ
dā si genera eorū talia sūt. vtputa medendi
ars eorum est quæ ad aliquid sunt: quoniā
genus eius scientia videtur eorum esse quæ
142 ad aliquid sūt. ¶Itē secūdū q̄ ad aliqd dicū
tur ea q̄ illa habēt. vt ęqualitas: quoniā ipsū
ęquale. & similitudo: quoniā & ipm simile.

Argyropylus.

numeriq; affectꝰ. ¶Et insup æqua-
le/simile/atq; idē: alio modo. ¶Ra-
tione enī ipsius vnius: vniuersa di-
cunť. eadē enim sunt ea: quorū est
substantia vna. Similia sūt ea: quo-
rū est qualitas vna. Aequalia itē sūt
ea: quorū est quantitas vna. at ipsū
vnū: pricipiū esse numeri mēsurāq;
constat. quare hæc vniuersa: ad ali-
quid per numerū quidē dicunť. nō
tamē mō eodē. ¶Actiua vero atq;
passiua: per potētiā actiuā atq; passi
uā/opationesq; potētiarū dicūtur.
vt cōbustiuū ad cōbustibile: qa pos-
sūt. & rursus cōburēs diciť ad id qđ
cōburitur/& diuidēs ad id quod di-
uiditur: vt operātur. ¶Eorū autem
q̄ per numerū dicūtur: operationes
nō sūt. nisi eo modo q in aliis dictꝰ
est. sed operationes/per motū illis
nō cōpetūt. ¶Ea p̄terea q̄ dicūtur
ad aliquid p potentiā: tēpore etiā iā
dicūtur. vt id quod fecit ad id qđ est
factum. & id quod est facturum: ad
id quod est faciendum. sic enim pa-
ter: filij diciť pater. illud enim fecit.
hoc: qppiā passū est. ¶Pręterea sūt
q̄p er potētiæ priuationē dicuntur.
vt ipossibile: & quæ simili modo di
cūtur/vt inuisibile. ¶Ea igiť quę ad
aliquid p numerū dicūtur atq; potē
tiā: oīa hoc ipso sūt ad aliquid/qđ
vnūqđq; ipsū quod est cuiuspiā di-
citur esse/sed non hoc ipso quod ad
illud aliud dicitur. at mensurabile/
& scibile/& itelligibile ad aliquid ex
eo dicunť: quia ad quodq; ipsorum
aliud dicitur. intelligibile namq; in-
tellectū ipsius esse significat. at in-
tellectus: non est ad id cuius est in-
tellectus. id enim bis dictum erit.
Similiter & visus cuiuspiam est
visus: non cuius est visus (q̄q̄ vere
hoc dici potest) sed ad colorem/aut
aliud quippiam tale. illo vero mo-
do bis idem dicetur: esse inquam
visum eius cuius est visus. ¶Ea igi
tur quæ per se ad aliquid dicuntur:
partim hoc modo dicūtur/partim
si genera ipsorum talia sint. medici-
na enim est ad aliquid: propterea
ꝙ scientia quæ quidem ipsius est
genus/ad aliquid esse videtur. ¶Et
insup: ea quibꝰ ad aliquid dicūtur/
ea q̄ ipsa habēt. vt ęqualitas ad ali-
qd est: quia ęquale ad aliqd ē. & si-
militudo etiā: qa simile ad aliqd est.

Argyropylus.

¶At eni sũt: q̃ per accidẽs dicuntur ad aliq̃d. vt homo ad aliq̃d dicitur: ꝓpterea ꝙ accidit ipsi esse duplũ. hoc autẽ: est ad aliq̃d. & albũ simili modo: si eidẽ accidat duplũ ac albũ esse. CAP. XVI.

fiunt: causa quoq; secundum accidens est.
17 ¶Quare cum non omnia ex necessitate &
semper aut sint aut fiant/sed multa vt pluri-
mum: necesse est esse quod secundū accidēs
est. vtputa: nec semper nec vt plurimū albus
musicus est. cum autē aliquādo fiat: secūdū
accidens erit. ꝙ si non: cuncta ex necessitate
erunt. Quare materia erit causa contingēs
eius quod aliter accidit q̃ illud quod vt plu-
rimum est. Principium autem hoc sumēdū
est. vtrum nichil est: quod nec semper/nec vt
plurimum: an hoc impossibile? Præter hæc
igitur: aliquid est quod vtcumq; contingit/
& secundum accidens. sed vtrum quod vt
plurimum/quodve semper nulli inest/an ali
qua sunt sempiterna: de his sane posterius
18 considerandum est. ¶Quod autem non
est accidentis scientia: patet. omnis enim
scientia eius est: quod aut semper aut vt plu
rimum est. quomodo enim discet: aut alium
docebit? oportet enim vt determinētur: aut
per semper/aut per vt plurimū. vtputa: febri
citanti/proficuū melicratum est vt plurimū.
quod vero præter hoc est: non habebit dice
re quando non/vt in nouilunio. nam etiam
in nouilunio: aut semper aut vt plurimum.
accidēs vero: præter hæc est. Quid itaq; ac-
cidens est/& ob quam causam/& ꝙ non est
19 eius scientia: dictum est. ¶Q? autem sint
pricipia & causæ generabiles & corruptibi-
les absq; eo quod generētur & corrumpan-
tur: manifestum est. etenim si non hoc: ex
necessitate omnia erunt/si eius quod gene-
ratur & corrumpitur non secundum acci-
dens causam aliquam necesse sit esse. vtrum
enī erit hoc: an nō. si hoc: fiet. sin vero nō: mi
nime. hoc vero: si aliud. & hoc modo vide-
licet (tempore semper dempto a tempore fi-
nito) deuenies vsq; ad nūc. quare hic morie-
tur ægritudine/aut vi: si exiuerit. hoc autē:
si aliud. & sic deueniet ad id quod nunc
est/aut aliquid eorum: quæ facta sunt. vtpu-
ta: si sitiuerit. hoc vero: si comederit acuta.

Argyropylus.

nulla potētia definita. eorum enim
quæ per accidēs sūt vel fiunt: & cau
sa ꝑ accidens est. ¶Quare cū non
omnia necessario semperq; sint aut
fiant/sed plura plerūq; sint aut fiāt:
id quod est per accidēs/tale esse ne-
cesse ē. qualis ipse albus music9 est.
qui q̃dē/neq; sēper est/neq; plerūq;.
cū autem aliquādo fiat: ꝑ accidens
erit. alioqui: omnia necessario erūt.
Quare materies erit ipsa: quæ cōti-
gens eius est causa accidentis quod
aliter euenit præter id quod ple-
rūq; fieri solet. Principiū autē hoc
est sumēdum. vtrū nichil sit prorsus
in ratione rerū: quod neq; sēper est
neq; plerūq;? an idipsū fieri neq̃at?
Est ergo quippiā præter ista: quod
æque atq; ꝑ accidens & esse & non
esse potest. at est ne id quod plerūq;
fieri solet: quod autē sēper sit in ra-
tione rerū non est? an sunt aliqua q̃
perpetuo sūt? De his igitur posteri9
considerandū esse videtur. ¶Sciē- 6
tiam autem accidentis non esse: pa-
tet. omnis enī scientia: aut eius q̃d
est sēper/aut eius quod est plerūq;.
quonā pacto quispiā: aut discet aut
docebit? definitū enī id esse oportet
quo de scientia est: aut hoc ipso q̃d
sēper est/aut hoc ipso q̃d est plerūq;
veluti cōducētē esse febricitanti ple
rūq; aquā mulsā: aut quippiā tale. id
autē q̃d pręter hoc est: dicere nō po
terit. veluti calēdis. aut enī semꝑ aut
plerūq;: calēdis etiā dicat ꝓdesse il
lud oportet. at accidēs: ē præter hæc
ipsa. Quid igiť est ipsum accidēs/& 7
quā ob causā est/ac scientiā ipsi9 nō
esse: satis iā ꝑ ea q̃ dicta sūt innotes-
cit. ¶Esse vero pricipia causasve ta
les vt orianť ac occidāt sine genera-
tione corruptioneve: patet. si enī
res nō ita sese habeat: omnia neces-
sario erūt/si eius q̃d fit atq; corrūpi
tur nō ꝑ accidens/causā aliquā esse
necesse est. erit ne hoc: an nō erit?
Si hoc fiet: erit. si non fiet: non
erit. id autem erit: si aliud fiet. atq;
hoc pacto si tempus semper aufera
tur: ad id demum perueniet in quo
nunc est: quare hic homo morietur
morbo aut vi: si egress9 fuerit vrbē.
hoc autē erit: si aliud fiet. atq; hoc
pacto ad id demum perueniet in
quo nunc est: aut in quippiam eo-
rum quæ facta sunt. veluti: si si-
tiret. hoc autē erit: si comedit salsa.

Argyropylus.

at hoc est: aut non est. quare: necessa-
rio decedet/ vel nō decedet. eadem eti-
am erit ratio: & si quispiam ad ea quæ
sunt facta saltauerit. est enim iam idip-
sum: i aliquo. atq; dico id: qđ est factū.
vniuersa ergo futura: necessario erūt.
veluti morieť iste: qui viuit. iā enī qp-
piā factū est: ceu cōtraria facta/ corpo
re in eodē. sed morbo ne an vi morieť:
nōdū emergit. sed si hoc: fuerit factū.
patet igitur: vsq; ad aliqđ pricipium
reductionē hāc proficisci. quod quidē
nō vlterius in aliud ꝑficiscitur. atq; il-
lud principiū: eius erit qđ fit per acci-
dēs/ & esse atq; nō esse potest/ causaq;
generationis illi9 nō erit vlla. ¶ At cō
siderandū est: ad qđ pricipiū atq; cau-
8 sā/ talis reductio ꝑficiscitur. vt ad ma-
teriā ne/ an vt ad id gratia cuius cæte
ra fiūt: an vt ad id potius a quo motio
profluit. Sed cōtēplationē eius quidē
qđ est per accidēs: omittamus. de ipso
nāq;: iā satis est definitū. ¶ Quoniam
autē id qđ vt verū est ens/ & id qđ vt
falsū est nō ens: in cōpositione diuisi-
one ve atq; in cōtradictionis oīno par-
titione cōsistit. nā vero quidē affirma-
tio ob id quod adiungitur/ negatio ob
id quod seiungitur: falso autem huius
ce cōtradictio partitionis accōmodať.
verū enim falsumq; nō sūt in rebus/ vt
bonū quidē sit verū/ malum autē fal-
sum: sed sunt in mente. circa vero ea q̄
sunt simplicia/ ipsumq; quid est: neq;
in ipsa sunt mēte. atq; quonam pacto
fit/ vt simul quædā ac seorsum intelli-
gantur: alia ratio est. dico autē simul
seorsumq;: non vt sint aut nō sint dein
ceps/ sed vt vnū quid fiant/ aut nō fi-
ant. ea quidē/ quæ de eo qđ ens atq;
nō ens hoc dicit pacto/ nos cōtēplari
oportet: posterius considerāda esse vi-
dentur. cum autem complexio diui-
sioq; non in rebus sit sed in mente: id
autem quod hoc pacto est ens/ diuer-
sum sit ab iisce quæ proprie entia sūt.
mens enim: aut substātiam/ aut qua-
litatem/ aut quantitatem/ aut quip-
piam aliud coniungit/ aut seiungit.
Id quidem ens quod est vt accidēs/ &
quod est vt verum: omittendū est sa-
ne. nā causa: illius quidem/ indefinita
est. huius autem: affectus est quidam
mētis. atq; vtraq;: circa reliquum ge-
nus ipsius sunt entis/ & nō quicq̄ ex-
tra naturā ipsius entis esse significāt.
quapropter: hæc quidem omittamus.

Bessario.

hoc vero aut est: aut nō. quare: necessario
morietur. aut: non morietur. similiter &
si quis ad iam facta ascenderit: eadem ra-
tio est. iam enim hoc: in aliquo est. dico au
tem: quod factum est. ex necessitate ergo
erunt: omnia futura. vt mori: viuentem. iā
enim aliquid factum est: vtputa cōtraria/
in eodem corpore. sed si ægritudine/ aut
vi: nondum. sed si hoc: factum fuerit. pa-
tet igitur: ꝙ vsq; ad aliquod vadit princi-
pium. hoc vero: non amplius ad aliud.
erit igiť hoc: eius qđ vtcūq; contingit/ cau
saq; generationis eius nulla. ¶ Sed ī qua- 20
le principium & qualem causam talis re-
ductio est/ vtrum vt ad materiā/ an vt ad
cuius gratia/ an vt ad mouens: maxime
considerandū est. De eo itaq; quod secun
dum accidens est: dimittatur. determina-
tū enī sufficiēter est. ¶ Q̄ autē tanq̄ ve- 21
rū ens/ & nō ens vt falsū/ quoniā circa cō-
positionē & diuisionē est/ & ōnino circa
partitionē cōtradictionis (verū etenī affir
mationē in cōposito habet/ negationē ve-
ro in diuiso: falsū vero huius partitionis
cōtradictionē) quo autē modo qđ simul/
aut qđ separatim est ītelligere accidit: alia
ratio est. dico autē qđ simul & qđ separa-
tim: vt nō cōsequēter sed vt vnū quid fiat.
nō enī est falsū & verū in rebus (vt qđ bo-
nū: verū. qđ vero malū: falsū) sed in mēte.
quæ vero circa simplicia & circa ea q̄ qđ
sunt: nō quidē sunt in mēte. quæcūq; igiť
speculari oportet circa id quod ita ens et
nō ens est: posterius perscrutandū est. cū
autē cōpositio & diuisio in mēte/ nō in re-
b9 sit: qđ ꝑfecto ita est/ diuersū a ꝓprie di
ctis/ ens est. aut enim quod quid est/ aut ꝙ
quale/ aut ꝙ quātū/ aut si quid aliud: copu
lat aut diuidit mēs. Quod aūt tanq̄ acci-
dēs/ & vt verum ens: omittendū est. causa
enim: illius quidem indeterminata. hu-
ius vero: mentis aliqua passio. & ambo:
circa reliquum entis genus/ & non extra
ostendunt esse aliquam entis naturam.
propter quod: hæc quidem prætereātur.

Bessario.

22 ¶ Considerandæ autem sunt ipsius entis causæ & principia: prout ens est. manifestum autem est in ijs quæ determinauimus de eo quoties vnũquodq; dicitur: ꝙ ens multipliciter dicitur.

¶ Sexti metaphysicorũ Aristotelis interprete Bessarione libri finis.

¶ Septimus metaphysicorũ Aristotelis interprete Bessarione ad Alphõsũ regẽ.

1 
Ns multipliciter dicitur: quemadmodum in ijs q̃ de quoties prius diuisimus. significat enim aliud quidem quid est & quod q.d. aliud vero: ꝙ quale/aut quãtum/aut singula aliorum/ quæ
2 ita prædicãtur. ¶ Cum autẽ ens toties dicatur: patet primum horum ens esse ipsum quid est/quodq; substantiam significat. cũ enim dicimus quale quippiã hoc: aut bonũ dicimus/ aut malũ. sed nõ: tricubitũ/aut hominem. cum autẽ quid est: non album/ nec calidum/ nec tricubitum/ sed hominem aut deum. cætera vero entia dicunẽ: eo ꝙ entis proprie dicti quædam sunt quãtitates/quędam qualitates/ quædam passiones/quædam aliquid ali-
3 ud tale. ¶ Vnde dubitauerit aliquis: vtrũ ipsum ambulare/& sanum esse/ ac sedere & vnũquodq; horum/ ens an nõ ens est: similiter & de quocunq; cæterorum similium. nichil enim horum: est per se natura aptum/neq; possibile a substantia separari. sed magis: si q.dẽ ambulãs entiũ aliquid & sedẽs/& sanũ. hæc autẽ magis entia apparẽt: quoniã subiectũ eis determinatũ est. hoc aũt substãtia et singulare est: quod in tali prædicatione apparet. bonũ

Argyropylus.

¶ Ipsi9 autem quod est vt ens est: causas principiaq; consideremus oportet. patet autem per ea quæ dicta sunt eo in loco/ quo quot modis dicitur vnũquodq; declarabamus: id quod est nõ vno modo/ sed pluribus modis dici.

¶ Sexti metaphysicorum Aristotelis interprete Argyropylo/ libri finis.

¶ Septimus metaphysicorũ Aristotelis interprete Argyropylo ad Cosmam Medicẽ.


D qđ est multipliciter dicit: vti pri9 ĩ ijs ce/ quæ dicta sũt de vnoquoq; quot modis dicatur/ distinximus. præter enĩ qđ est & hoc ali qd: partim quale/aut quãtũ/aut cæterorũ qđq; q̃ hoc p̃dicanẽ pacto/significat. ¶ Cum autem id quod est tot modis dicatur: patet horum primum ens esse ipsum quid est/quod quidem substantiã ipsam significat. nam cum dicimus quale quid est hoc: aut bonum dicimus aut honestum. sed non: tricubitum aut hominem. at cum quidnã est dicimus: non album tum/aut calidum/aut tricubitum/ sed hominẽ dicimus aut deum. cætera autem ex eo dicũtur entia: quia eius quod hoc pacto est ens/quædã quantitates/ quædam qualitates/quædã passiones sũt/ quædam aliud quippiã tale. ¶ Quapropter non iniuria quispiam dubitauerit: vtrum ambulare/ et valere/ atq; sedere/ cæterorumq; similium vnumquodq;/sit ens an non ens. nichil enĩ ipsorũ: aut aptum est per se esse/ aut separari a substantia potest. sed si sint entia: magis ambulans & sedens & valens sunt entia. hæc autẽ ideo magis entia esse videẽ: qa est qd definitũ qđ est his ipsis subiectũ. atq; hoc ẽ substãtia singulareq; ipsũ qđ qdẽ in tali prædicatione nimirũ apparet. bonũ

Argyropylus.

enī & sedēs cæteraq; istiusmodi: nō
sine hoc subiecto dicunt̄. patet igit̄:
ob hāc ipsam & vnūquodq; illorū
4 esse. ¶ Quib9 efficitur: vt substātia
sit id quod primo est ens. & nō ꝓ
priā ens: sed ens (vt patuit) absolu=
te. ¶ Multis igitur modis dicit̄ pri=
mū: oīm tamē est ipsa substātia pri
mū & ratione & cognitione & tēpo
re. nā cæterorū quidē q̄ ꝓdicantur:
nichil prorſ9 est separabile. ipsa aūt
sola: separabilis est. ratione quoq;:
hoc esse primū videtur. in vniuscu=
iusq; enī ratiōe: necesse est substātiæ
rationē inesse. et scire tum vnūq̄dq;
maxime arbitramur: cū quid sit ho
mo magis / aut ignis / q̄ cum quale /
aut quantū / aut vbi cognoscimus.
nā & horū ipsorū vnūquodq; tū sci
mus: cū quidnā sit aut quantū / aut
5 quale cognoscimus. ¶ Et id igitur
q̄d olim & nūc & semper q̄ritur, sem
perq; dubitat̄: q̄dnā sit id quod est /
hoc est ꝑfecto / q̄nā ipsa substantia
sit. hoc enī: quidā vnā esse dicūt. q=
dā: plura q̄ vnū. & horū: quidā fini
ta. quidā: īfinita inquiūt esse. Qua=
propter & nos maxime / primoq; ac
fere solū de eo quod ita est ens: q̄d=
nā sit consideremus ac contemple=
mur oportet. CAP. II.



Vbstantia autem: ma
nifestissime quidē cor
poribus videtur com=
petere. quam ob rem
animalia / plātas par=
tesq; ipsorū: substan=
tias dicimus esse. & itē corpora na=
turalia: vt ignem / aquam / & terrā /
& talium singula. & quæ sunt horū
partes: quæq; ex his vt partib9 / aut
quibusdam / aut omnibus constāt.
cœlum insuper: ac partes ipsi9 / stel=
lam / solem & lunā. at vtrum hæ tā=
tūmodo / an & aliæ substantiæ sint /
an horum quidem nichil rationem
substātiæ subeat / aliæ vero sint sub=
stantiæ quædam: consideremus o=
portet. ¶ Atqui corporis fines / vt
superficies / linea / punctum ac vni=
tas: substātiæ & magis q̄ corpus so=
lidūq; quibusdā esse videt̄. ¶ Præ=
terea quidā: præter sensibilia nichil
tale esse existimāt. q̄dā: plura / & ma
gis entia sempiterna. veluti Plato
formas ipsas / & res mathematicas:
duas substātias esse. tertiā vero: cor
porū substātiā sensibiliū / esse cēsuit.

Bessario.

enim aut sedens: absq; hoc non dicitur. pa=
tet igitur: ꝙ propter hanc / illorū quoq; sin=
gula sunt. ¶ Quare quod primo est ens / 4
& non aliquod ens / sed simpliciter ens: sub=
stantia. ¶ Multis quidem modis primum 5
dicitur: attamen substantia & ratione / &
cognitione / & tempore / & natura / omnium
primum est. aliorum enim categorematum
nullum est separabile: sed hæc sola. ratione
quoq;: hoc primum. necesse est enim in cu=
iusq; ratione inesse rationem substantiæ. sci=
re etiam tunc putamus vnumquodq; ma=
gis: cum quid est homo / aut ignis sciamus /
q̄ quale / aut quantum / aut vbi. nam & ho=
rum ipsorum tunc vnumquodq; scimus: cū
quid est ipsum quale / aut ipsum quantum
sciamus. ¶ Quod quoq; tam olim q̄ nūc & 6
semper quærit̄ / semperq; dubitatur quidnā
ipsum ens sit: hoc est quænam substātia est.
hoc enim: quidam vnum aiunt esse. quidā:
plura q̄ vnū. & quidā: finita. quidā vero: in=
finita. Quare nobis quoq; maxime & pri=
mū & solū (vt ita dicā) de ente hoc pacto:
quidnam sit / speculandum est. CAP. II.



Idetur autē substantia ex= 7
istere: manifestissime quidē
in corporib9. quare anima=
lia & plātas / & eorum par=
tes: substātias esse dicimus.
ac naturalia corpora: vt ig=
nem / aquam / & terram / cæterorum quoq;
singula. & quæcunq; aut horum partes:
aut ex his sunt aut partibus / aut omnibus.
vt cœlum: & eius partes / sidera luna / & sol.
vtrum autem hæ solæ substantiæ sint / an
etiam aliæ / an harum quidem nulla / sed ali
quæ aliæ: considerādum est. ¶ Videtur au= 8
tem quibusdam: corporis terminos / vt su=
perficiem / lineam / punctum & vnitatē sub=
stantias esse / & magis q̄ corpus & solidum.
¶ Item præter sensibilia: quidam non pu= 9
tant aliquid esse tale. quidam: plura / & quæ
magis sempiterna sunt. sicuti Plato: & ipsas Plato.
species / & mathematica / duas substantias.
tertiā vero; sensibiliū corporum substantiā.

Cap. 2
3 Pseusippꝰ.

Bessario.


10 ¶Pseusippus vero: etiam plures substan=
tias ab vno incipiēs/ & prīcipia cuiusq; sub=
stantiæ/ aliud numerorum/ aliud magnitu=
dinum. deinde: animæ. & hoc modo: exten
11 dit substantias. ¶Quidam autem: species
quidem & numeros eandem habere natu=
ram aiūt. cætera vero sequentia/ lineas & su=
perficies: vsq; ad cœli substantiam & sensi=
12 bilia. ¶De his igiť quid bene/ quid ve nō be
ne dicatur/ & quæ substātiæ sint/ & vtrū ali
quæ præter sensibiles sint nec ne/ & hæ quo
modo sint/ & vtrū est aliqua separata sub=
stantia/ & cur/ & quomodo/ an nulla præter
sensibiles: perscrutandum est/ descripta pri=
mo substantia/ quidnam sit.

CAP. III.

13 DIcitur autem substātia (si nō
pluribus) saltē quatuor mo=
dis. maxime etenim qđ erat
esse/ & vniuersale/ & genus:
substantia cuiusq; esse vide=
tur. & quartum: subiectum.
subiectum autem est: de quo cætera dicun=
14 tur/ illud vero non amplius de alio. ¶Qua=
re primo de eo determinandum est. maxi=
me nanq; substantia: subiectum primum es
15 se videtur. ¶Tale vero: quodā modo qui=
dem materia dicitur. quodam modo vero:
forma. tertiū vero: quod ex his est. dico au=
tem materiam quidem: vt æs. formam au=
tem: figuram ideæ. quod vero ex his est: to=
tam statuam. vnde si species prior materia
est/ & magis ens: illud quoq; quod ex am=
bobus est/ prius erit ob similem rationem.
Nūc itaq; quidnam substantia sit/ quasi in
figura dictum est: ꝙ non de subiecto/ sed de
16 quo cætera. ¶Oportet autē: non ita solum.
non enim sufficiēs est. & hoc nanq; ipsum:
17 non est manifestū. ¶Et item/ materia: sub=
stantia est. nā si hæc non est substantia: quæ
alia esset/ fugeret nos. demptis etenim cæte=
ris: nichil aliud remanere videť. cętera nāq;:
passiones corporum/ & effectiones/ & potē=
tiæ sunt. lōgitudo vero/ latitudo/ & profun=
ditas: quātitates q̄dā/ sed nō substātiæ sunt.

Argyropylus.

¶Pseusippus autē: & plures sub=
stātias ab vno ipso incipiens/ & pri
cipia cuiusq; substantiæ esse dixit.
aliud quidem: numerorū. aliud au=
tem: magnitudinū. deinde: animæ.
atq; hoc pacto: extēdere substātias
accumulareq; videtur. ¶Quidam
insuper: formas quidem & nume=
ros eandem inquiunt naturam ha=
bere. cætera vero/ lineas/ planaq; i=
quam vsq; ad cœli substātiam resq;
sensibiles: secundas asserunt substā
tias esse. ¶Sed de ijsce quid recte 6
dicitur/ quid non recte/ & quæ sub=
stantiæ sunt/ & vtrum sint quædam
præter sensibiles/ an non sint/ & eæ
quomodo sint/ & vtrū sit quędā se=
parata substantia/ & cur sit/ & quo
pacto sit/ an nulla sit præter ipsas sē
sui subiectas substātias: considerā= 7
dū deinceps est/ antea quidnam sit
ipsa substantia designata. Cap. III.



SVbstātia itaq; (si non
pluribus) quatuor aūt
modis maxīe dici so=
let. etenī quidditas/ et
vniuersale/ ac genus:
substātia cuiusq; esse videť. & quar=
tū: horū subiectū. subiectū autē id
est: quo de cætera dicunť/ ipso rati=
onē ꝑdicati nō subeunte. ¶Quare
de hoc ātea determinemꝰ oportet.
maxime nāq;: subiectū primū/ sub=
stātia esse videtur. ¶Tale aūt: mo=
do quodā ipsa materia diciť. alio ve
ro modo: forma. tertiū aūt id: qđ ex
hisce cōstat. atq; materiā q̄dē dico:
æs. formā autē: talē figurā. id vero
qđ ex ijsce cōstat: statuā/ ipsū inquā
totū qđ ex vtrisq; cōponiť. quare si
forma prior sit/ & magis ens ꝙ ma=
teries: & id ꝑfecto qđ ex vtrisq; cō=
stat/ priꝰ per rationē eādē erit. Nūc
igiť dictū est quasi figura quidnā sit
ipsa substātia: vbi diximꝰ id esse qđ
nō de subiecto diciť/ sed quo de cæ
tera ꝑdicať. ¶Nō solū aūt: hoc pa 8
cto dicere de ipsa oportet. quippe:
cū nō sit satis. nā & hoc ipsū: obscu
rū est. ¶Et insup materia: substan=
tia sit. si enī ipsa nō sit substantia: q̄=
nam sit alia/ nos præterit atq; fugit.
cæteris nāq; sublatis: nichil præter
ipsā permanere videtur. etenī cæ=
tera quidē: corporū passiones/ effe=
ctiones/ potētiæq;. longitudo vero
latitudo atq; profunditas: quātita=
tes quædā/ sed nō substantiæ sunt.

Argyropylus.

quantitas enim: substantiæ ratione
nō subit. sed cui primo hæc insunt:
id potius substantia est. at vero lon
gitudine & latitudine ac altitudine
sublata: nichil pter id qđ ab his de-
finitur restare videm9. quare si hoc
consideraverimus modo: materiam
solā / substātiā videri necesse est. ma
teriā autem eā dico: quæ neq; quid
per seipsam / neq; quantum / neq; a-
liud quicq̄ eorum dicitur quibus id
quod est definitur. est enī quid: quo
de vniuersa hæc prædicantur. cui9
ratio: a cuiusq; ratione prædicamē-
ti diuersa est. nam cætera quidem:
de substantia. hæc autem: de mate-
ria prædicatur. ¶Quare ipsum vl-
timum: neq; quid / neq; aliud quicq̄
per se esse videtur. at neq; etiam ne
gationes. etenim hæ: per accidens
cōpetent. Ex his igitur cōsideratis:
fit vt materia substātia sit. ¶At esse
nō potest. etenī separabile atq; hoc
aliquid: substantiæ maxime viden-
tur cōpetere. quapropter forma &
id qđ ex vtrisq; cōstat: substātia ma
9 gis q̄ materia videbitur esse. ¶Ea
igitur substantia quæ ex vtrisq; / ex
materia inquam formaq; constat:
omittenda. est enim posterior: atq;
clara. manifesta etiam: quodā mo-
do & ipsa materies est. ¶De tertia
vero: considerare oportet. hæc enī
est maxime dubia. atq; cum substā-
tiæ quædam sensibilium rerum con
sensu omnium sint: in hisce primū
ipsam quæramus ac cōtemplemur
oportet. CAP. IIII

10 
Voniam autē in prin-
cipio quot modis sub
stantiam definimus /
distinximus / atq; ho-
rūvnus esse ipsa qd-
ditas videbatur: de ipsa nunc con-
templādum esse videtur. opereprę-
cium enim est: ex notioribus nobis
ad notiora simpliciter proficisci. di
scunt enim omnes / hoc modo: ex
minus notis naturæ / ad magis no-
ta proficiscentes. atq; vt in rebus
agendis hoc opus est / vt ex ijsce q̄
cuiq; bona sunt ea quæ sunt omni-
no bona / cuiq; bona efficiantur: sic
ex cuiq; notioribus / ea quæ sunt no
ta naturæ / cuiq; efficienda sunt no-
ta. ea vero quæ singulis nota pri-
maq; sunt: parū persæpe sunt nota /

Bessario.

quantitas etenī non est substantia: sed ma-
gis cui hæc ipsa primo insunt / illud est sub-
stantia. eniuero ablata longitudine / latitudi
ne & profunditate / nichil videmus reliquū:
nisi si quid est quod ab eis determinetur. vt
ita considerantibus: materiam solam neces-
se sit apparere substantiam. dico autem ma
teriā: quæ per seipsam neq; quid / neq; quā-
tum / nec aliquid aliud quippiam dicit̄ qui-
bus ens determinatur. est enī quid: de quo
singula horum prædicātur. cui esse ac cuiq;
prædicationū: diuersum est. cætera nāq;: de
substantia prædicantur. hæc vero: de mate-
ria. ¶Quare quod vltimum est per se: neq; 18
quid / neq; quantum / nec aliquid aliud est /
neq; etiam negationes. etenim hæ quoq;:
secundum accidens erunt. ex his itaq; / spe-
culantibus: accidit substātiam esse materiā.
¶At impossibile est. etenim separabile & 19
quod quid esse: videtur maxime inesse sub-
stātiæ. propter quod species / & quod ex am
bobus: videtur esse substantia magis q̄ ma-
teria. ¶At illa substātia quæ ex ambobus / 20
dico autem quæ ex materia & forma est: o-
mittenda est. posterior enī: & manifesta est.
manifesta vero: quodam modo etiam ipsa
materia. ¶At de tertia: cōsiderandum est. 21
hæc enim: maxime dubitabilis. conceditur
autem: quasdam esse substantias sensibili-
um. quare in his: primum quærendum est.

CAP. IIII.


Vm autem in principio di- 22
uiserimus quot modis sub-
stantiam determinamus / ac
horum vnum quiddam es-
se videatur quod quid erat
esse: de eo considerandum
est. prodest etenim transcendere ad notius.
ita nanq; disciplina fit omnibus: per minus
nota natura / ad magis nota. et hoc opus
est / vt in actibus ex eis quæ cuiq; sunt bona
facere quæ simpliciter bona sunt / sint cuiq;
bona: ita ex sibi notioribus / quæ natura no
ta sunt sibi facere nota. quæ autem singulis
nota & prima: sæpenumero parū nota sūt /

Bessario.

& parum aut nichil entis participant. atta-
men ex eis quæ parum nota/ sibi tamen no-
ta sunt: conandum est noscere quæ simplici-
ter nota sunt/ per hæc ipsa (vt dictū est) trās
23 scendentibus. ¶ At primo quædam de eo
logice dicemus. ꝙ illud est quod quid erat
esse vnūquodq;: quod secundum se dicitur.
etenim tibi esse: nō est musico esse. non eni:
secundum teipsum musicus es. quod ergo
24 secundum teipsum. ¶ Nec tamen hoc totū.
nec enim illud quod ita secundum se est: vt
superficies alba. quoniā superficiei esse: non
25 est albo esse. ¶ At vero: nec quod ex ābo-
bus est superficiei albæ esse. Quare? quoniā
hæc inest. in qua ergo ratione ipsum dicēte/
non inerit ipsum: hæc ratio eius quod quid
26 erat esse cuiq;. ¶ Quare si superficiei albæ
esse/ est superficiei læui esse: albo & læui esse
27 vnum & idem est. ¶ Cum autem secundū
cętera quoq; prædicamenta composita sint
(est etenim aliquod subiectū cuiq;: vt qua-
litati/ & quantitati/ & quando/ & vbi/ & mo
tui) perscrutandum est vtrum est ratio eius
quod quid erat esse cuiq; horū/ & vtrū inest
etiam his ipsum quod quid erat. vt homini
albo: quid erat albo homini. sit autem no-
men eius: vestis. quid est: vesti esse? at vero:
nec eorum est quæ secūdum se dicuntur. an
hoc non secundum se dupliciter dicitur? &
huius: est hoc quidē ex additione. istud ve-
ro: non. hoc enim dicitur: eo ꝙ ipsum quod
diffinit/ alteri adijcitur. vtputa: si albo esse/
diffiniens dicit albi hominis rationem. istud
vero: eo ꝙ aliud ipsi. vt si vestis album ho-
minē significat: ille vero diffiniat vestē vt al-
bum. quod autem est albus homo/ est albū
quidē: non tamen quid erat esse albo homi-
28 ni/ sed vesti esse. ¶ Vtrum quod quid erat
esse: est quid/ aut simpliciter/ an non? ipsum
enī quod quid erat esse: est ipsum quid erat
esse. cum vero aliud de alio dicatur: non est
ipsum quod quid. vt homo albus: non est
quod quid. si ipsum quidē quod quid: sub-
stantijs solis inest. quare quod quid erat esse
illorum est: quorūcunq; ratio est diffinitio.

Argyropylus.

& parum aut nichil veritatis nimi-
rum habent. attamen ex ijsce quæ
parum quidem sunt nota/ ipsi au-
tem nota: enitendū est ea quæ om-
nino sunt nota cognoscere/ ad hęc
ipsa per illa proficiscenti/ quemad-
modum diximus. ¶ Atq; primo de 11
ipsa: quædam disserendi modo di-
camus. quidditas est id: quod di-
citur vnumquodq; per se. nō enim
esse tui ipsi⁹: esse musici est. quippe:
cum non per teipsum musicus sis.
¶ Atq;: neq; etiā omne per se. non
enim id: quod sic per se est/ vt su-
perficies album est. quia superficiei
esse: non est esse ipsius albi. ¶ At
vero neq; id quod ex vtrisq; cōstat/
esse inquam superficiei albæ: est es-
se superficiei. propterea ꝙ ipsa su-
perficies: est in ratione. ea ergo ra-
tio quidditatis est vniuscuiusq;: in
qua ratione dicente ipsum non in-
est ipsū. ¶ Quare si esse superficiei
albæ/ sit esse superficiei læuis: esse al
bi læuisq;/ vnum & idem est. ¶ Cū 12
autem sint & cæteris in prædicamē
tis composita (est enim aliqd cuiq;
subiectum: vt qualitati/ & quanti-
tati/ & vbi/ ac motui) consideran-
dum est si sit quidditas vniuscu-
iusq; ipsorum ratio/ & sit ipsorum
etiam quidditas. veluti: si sit albi
hominis quidditas. sit itaq; nomen
ipsi positum: vestimentum. quid-
nam igitur sit vestimēti esse? at enī:
neq; hoc est ex eorū numero/ quæ
per se esse dicuntur. an id quod nō
per se est: dupliciter dicit? & aliud:
est ex additione. aliud: non est ex
additione. quoddam enim ex eo di
citur id quod diffinitur: quia ipsum
alij additur. veluti: si quispiam al-
bum diffiniens/ albi rationem ho-
minis dicat. quoddā ex eo dicitur:
quia aliud ipsi non additur. velu-
ti si vestimentum quidem hominē
album significet: ipsum autē quis-
piam vt album diffiniat. albus igi-
tur homo/ est quid album: non ta-
men ipsius quidditas/ est esse albi/
sed vestimenti. ¶ At est ne quiddi-
tas quædam: aut simpliciter/ an nō
est? Quidditas enim: cuiusq; sub-
stantia est. cū autem aliud de alio
dicitur: nō est proprie hoc aliquid/
si ipsum hoc aliquid substantijs tā-
tūmodo cōpetit. Quare quidditas 13
est eorū: quorū oratio/ diffinitio est.

Argyropylus.

¶Diffinitio vero est: non si nomen
idem quod oratio significat. omnes
enim orationes: essent vtiq; diffini-
tiones. sit enim: cuiuis orationi posi
tum nomē. quare & ilias diffinitio
erit. sed si alicuius: sit primi. talia ve
ro sunt ea: quæ dicuntur non ex eo
quia aliud dicitur. nulli ergo specie-
rum quæ nō sub genere sunt/ quid-
ditas competit: sed ijsce solum. hæ
nāq;: nō per participationē passio-
nē ve/ neq; vt accidens dici videnť.
14 ¶Sed oratio quidem/ & cuiusq; cę
terorū erit quid nomen significat:
si sit nomen. hoc inquam huic ines-
se: aut pro oratione simplici magis
exacta. diffinitio vero non erit: neq;
quidditas sane. ¶An vt & ipsū qd
est: sic & diffinitio multipliciter di-
citur? etenim ipsum quid est: vno
quidem modo/ substantiam/ & hoc
aliquid significat. alio vero modo:
vnumquodq; eorum quæ prædicā-
tur/ quantum inquam/ quale & alia
huiusmodi. vt enī & ipsum est om-
nibus/ quid est/ sed non similiter cō
petit/ sed alicui primo/ cæteris loco
secundo: sic & ipsum quid est abso
lute quidem substantiæ/ cæteris au-
tem ex parte aliqua competit. nam
& ipsum quale quidnam sit: inter-
rogare possumus. quare est quidē:
& ipsum quale/ quid est. at nō sim-
pliciter: sed vt id quod haud est/ dif
ferendo quidam inquiunt esse/ nō
simpliciter sed nō ens: sic & ipsum
quale dicimus quidem quid est/ sed
15 non simpliciter vt diximus. ¶Atq;
considerare oportet/ & quonam pa
cto de vnoquoq; dicere oportet: vt
nō magis q̃ ipsa res sese habet atq;
ad ipsam sit accommodatum/ dica
tur. quapropter & nunc cum id qđ
dicitur pateat: & quidditas sane si-
militer / primo quidem absoluteq;
substantiæ deinde cæteris/ quemad
modum & ipsum quid est compe-
tet. vt ipsorum non simpliciter qd-
ditas: sed qualis aut quanti sit qd-
ditas. ¶Aut enim æquiuoce: aut
addētes aut auferētes/ hæc esse en-
tia dicam9 oportet. quēadmodū &
non scibile: scibile dicitť. quoniā hoc
ē rectū: neq; ęquoce dicere neq; mo
do eodē. sed vt medicatiuū: qđ qdē
ad vnū dicitť atq; idē/ nō autē idem
est atq; vnū. attamen nō æquiuoce
dicitur. corpus enim/ & op9/ & vas:

Bessario.

¶Diffinitio autem est: non si nomen idem 29
ꝙ oratio significet (omnes etenī sermones:
diffinitiones essent. erit nanq; nomē idem:
cuicūq; sermoni. quare et ilias diffinitio erit)
sed si primi alicuius: sit. talia vero sunt: quæ-
cunq; dicuntur/ nō eo ꝙ aliud de alio dica-
tur. non ergo vlli eorum quæ non sunt spe-
cies generis: ierit quod quid erat esse/ sed his
solum. hæc enim videntur: nō secundū par-
ticipationem/ & passionem/ nec vt accidens
dici. ¶Sed oratio quidē cuiusq; etiam alio- 30
rum erit quid significat: si nomen sit/ ꝙ hoc
huic inest. aut pro simplici oratione: certior.
diffinitio vero nō erit: neq; quod quid erat
esse. ¶An diffinitio quoq; vt & ipsū quid 31
est: multipliciter dicitur. etenim ipsum quid
est: vno quidem modo substātiam & quod
quid significat. alio vero: singula eorū quæ
prædicantur/ quātitatem/ qualitatē & quæ-
cunq; cætera talia sunt. quemadmodū enim
& ipsum EST inest quidem omnibus/ non
tamen similiter/ sed huic quidem primo/ il-
lis vero consequenter: ita & quod quid est/
simpliciter substātiæ/ cæteris vero quodam
modo. etenī īterrogare possim9: q.d est ipsū
quale. quare & ipsum quale est eorum quo-
rum est quid est. non tamen simpliciter/ sed
sicut de non ente logice quidam aiunt esse
ipsum non ens: non simpliciter/ sed non ens.
ita: & ipsum quale. ¶Oportet igitur & cō- 32
siderare/ quomodo de quocunq; dicere de-
ceet: non tamen magis/ q̃ quomodo se habet.
quare nunc quoq; cum manifestū quod di-
citur/ sit: ipsum etiam quod quid erat esse si-
militer inerit primo quidem & simpliciter
substantiæ/ deinde cæteris sicut & ipsū quid
est. non simpliciter quid erat esse: sed quali-
tati aut quantitati quid erat esse. ¶Opor- 33
tet etenim: aut æquiuoce ista esse/ aut cū ad-
ditione vel ablatione. sicut & quod non sci-
bile scibile. nā rectius est neq; æquiuoce di-
cere/ neq; eodē modo. sed quēadmodū me-
dicinale: eo ꝙ ad idem quidē & vnū/ nō au-
tē idē & vnū. nō tamē etiam: æquiuoce. nul-
lū etenim medicinale: corpus/ opus/ & vas

Bessario.

dicitur æquiuoce/neq; secundum vnum/ sed ad vnum. sed hæc quidem quomodocunq;
34 dicere quis velit: nichil differt. ¶Illud autē manifestum est: ꝙ quæ primo & simpliciter diffinitio & quod quid erat esse/substātiarꝫ est. at cæterorum quoq; similiter est: non ta-
35 men primo. ¶Non enim est necesse/ si hoc ponamus: huius diffinitionem esse quodcunq; oratione idem significat/ sed quod aliqua oratione. hoc autem/ si vnius sit/non cōtinuatione sicuti ilias/ aut quæcunq; coniunctione: sed si quoties dicitur vnum. Vnū autē dicitur: sicuti & ens. ens autem quoddā: ipsum quod quid. quoddā: quātum. quod-
36 dam: quale quid significat. ¶Quare & albi hominis erit oratio & diffinitio. alio vero modo: & albi & substantiæ.

CAP. V.



37 Abet autem dubitationem/ si quis non dicat diffinitionem esse eam quæ ex additione fit orationē: cuius erit diffinitio non simplicium/ sed copulatorum? ex additione enim: necesse est manifestare. dico autem vtputa: est nasus/ & concauitas/ & simitas quod ex ambobus dicitur. eo ꝙ hoc in hoc/ & non secundum accidens. neq; concauitas/neq; simitas: passio nasi/ sed secundū se. nec vt album Calliæ aut homini: quoniam Callias albus/cui accidit homini esse. sed vt masculum animali/ & æquale quāto: & cuncta quæ per se esse dicūtur. hæc sunt: in quibus inest aut ratio/aut nomen eius/cuius hæc passio est. et non contingit: separatim ostendere sicuti album absq; homine cōtingit. sed non fœmininum: absq; animali. quare istorum quod quid erat esse & diffinitio: aut nulli⁹ est/aut si est/aliter est q̄ quē-
38 admodum diximus. ¶Est autē alia quoq; de eis dubitatio. si enim idem simus nasus/ & concauus nasus: idem erit simum & concauum. ꝙ si nō/propterea ꝙ impossibile est dicere simum absq; ipsa re cuius per se passio est/ & simum erit concauitas in naso:

Argyropylus.

neq; æquiuoce sane/ neq; oratione vna/medicatiuū dicitur/ sed ex eo q̄a ad vnū ipsorū q̄dq; refert. at enī siue hoc mō/ siue alio q̄spiā hæc dicere velit: nichil īteresse videt. ¶Il- 16
lud perspicuū iā euasit: diffinitionē q̄dditatēve prīo q̄dē atq; simpliciter substātiarū ipsarū esse. cæterorū aūt esse q̄dē: sed nō prīo. ¶Nō necesse ē enī si hoc ponam⁹: ei⁹ diffinitionē esse cuius nomē idē q̄d oratio significat/ sed q̄d oratio q̄dam. hoc autē est/ si vnus sit/ nō cōtinuatione vt ilias/ & q̄ cōiūctione sūt vnū: sed si ijsce modis q̄bus ipsū vnū ꝓprie dicit̄. ipsū aūt vnū: pinde atq; id q̄d est/ dicit̄. at hoc/ partim: hoc aliq̄d. partim: quātū. partim: quale significat ¶Quapropter & albi hominis: erit ratio diffinitioq;. alio vero modo: & albi & substantiæ erit.

CAP. V.



Xistit autē dubitatio/ 17
si diffinitionem quispiam non esse dixerit eam rationem quę ex additione conficitur: cuiusnam non simplicium sed coniunctorum diffinitio fuerit? per additionem enim/ hæc declarentur: necesse est. dico autem hoc pacto. est nasus: & concauitas atq; simitas id quod ex vtrisq; dicitur/ex eo quia hoc huic inest/ & non per accidens. haud concauitas/aut simitas: affectus est nasi/ sed per seipsum vt patet. neq; vt album Calliæ competit aut homini: propterea ꝙ Callias est albus/ cui accidit vt sit homo. sed vt mas animali/ atq; æquale competit quanto: ōniaq; omnino quæ per se inesse dicūtur. hæc autem ea sunt: in quibus aut nomē aut ratio eius cuius affectus est/ inest. & quæ fieri nō potest: vt declarent̄ seorsum. quēadmodū albū q̄dē declarari sine homine potest: fœmella vero sine animali nō potest. quare aut horū nulli⁹ quidditas est diffinitioq;: aut ē alio modo q̄ quē-
admodū antea diximus. ¶Emer- 18
get etiā de ipsis: alia dubitatio. nā si idem sit simus nasus/ & cōcauus nasus: idē ipsū simū & cōcauū erit. sin vero non idem ex eo sit/ quia fieri non potest vt simum absq; ea re dicatur cuius per se est affectus (est enī ipsum simū: in naso cōcauitas)

Argyropylus.

aut nasum simum dicere profecto non licet: aut dictum bis idem erit/ nasus concauus nasus. nasus enim simus: nasus concauus erit. quapropter absurdum est: quidditatem talium esse. ꝙ si sit: in infinitum erit profectio. nasi enim nasi simi alia quidditas erit. Patet igitur: solius diffinitionem substantiæ esse.

19 nam si cæterorum quoq; sit prædicamentorum: ex additione illam esse necesse est. vt qualis: aut imparis. non enim sine numero extruetur: nec etiam sine animali fœmellæ. at ex additione eas extrui dico: in quibus fit vt bis idem dicatur/ perinde atq; in istis. ꝙ si hoc sit verũ: neq; coniunctorum/ vt numeri imparis/ erit. ¶ Sed latet: rationes nõ exacte dici ac assignari. ꝙ si horum quoq; sunt diffinitiones: aut sunt alio modo/ aut (vt dictum est) multipliciter diffinitio atq; quidditas est dicẽda. Quare partim nõ vllius erit istorum præter substantias diffinitio/ quidditasve: partim etiam erit. ¶ Patet igitur diffinitionẽ quæ qdditatis est ratio/ quidditatẽve: aut substantiarum tantum/ aut ipsarũ maxime & primo atq; simpliciter esse. CAP. VI.

20 Trum aũt quidditas & vnumquodq; sint idem/ an non eadem sed diuersa: deinceps considerandũ esse videtur. ad substantiæ nanq; considerationem: hoc vehementer conducit. vnumquodq; enĩ non aliud a substantia sua esse videt̃. & quidditas: vniuscuiusq; substantia dicitur esse. ¶ In ijs igitur quæ per accidens dicuntur: diuersa esse non eadem videbuntur. vt homo albus: & hominis albi esse. nam si eadem sint hominis esse & albi hominis esse: idẽ erit profecto. idem enĩ est homo: & albus (vt inquiunt) homo. quare idẽ erit: & hominis albi atq; hoĩs esse. An non est necesse ea q̃ sunt per accidẽs: eadem esse? non enim extrema: modo eodem eadem fiunt. sed illud accidere fortasse videbitur: extrema inquã eadẽ per accidẽs fieri. vt est albi & musici. ¶ At non videt̃. in ijs autẽ quæ p se dicuntur: necesse est non diuersa/ sed eadem esse. veluti

Bessario.

nasum simũ aut nõ est dicere/ aut bis idem erit dic̃ũ nasus nasus cõcauus. nasus nãq; simus: nasus nasus concauus erit. ꝓpter qđ: inconueniens est/ talibus inesse qđ quid erat esse. ꝙ si non: in infinitũ progredietur. naso nãq; naso simo aliud inerit. Patet igitur: ꝙ solius substantiæ diffinitio est. si enim et cæterorum quoq; prædicamentorũ: necesse est ex additione esse. vt qualitatis: & imparis. non enim: sine numero. nec huius quod est fœmininum: sine animali. ex additione autem dico: in quibus accidit bis idem dicere/ sicut in istis. quod si hoc verum est: neq; copulatorum erit. vtpote: numeri imparis.
¶ Sed latet ꝙ nõ accurate dicũt̃ orationes. 39
si autem & istorũ sunt diffinitiones: aut alio modo sũt/ aut (sicuti dictũ est) multipliciter est dicẽdũ diffinitionẽ & qđ quid erat esse. Quare quodã modo qdẽ nulli9 erit diffinitio/ nulliq; ĩerit qđ quid erat esse nisi substã-
tijs: quodã modo vero erit. ¶ Qz igit̃ diffi- 40
nitio ẽ ipsi9 qd erat esse oratio/ et qđ qd erat esse aut substãtiarũ solũ est/ aut maxime primo & simpliciter: manifestũ est. CAP. VI.



Trum autẽ idem est an a- 41
liud ipsum quid erat esse/ & vnumquodq;: perscrutãdũ. proderit etenim aliquid: ad considerationem de substãtia. nã & vnũquodq;: nõ videtur aliud esse a sua substãtia. & ipsũ quid erat esse: dicitur esse vniuscuiusq; substãtia.
¶ De his igitur quæ secundum accidens di 42
cuntur: videri possit aliud esse. vtputa albus homo aliud est: & albo homini esse. si enĩ idem homini esse: & albo homini idem. idem nanq; homo & albus homo: vt aiunt. quare: & albo homini/ & homini. An nõ necesse est quæcunq; secundum accidens/ eadem esse? non enim extrema: similiter eadẽ fiunt. sed fortassis illud videatur accidere: extrema eadem secundum accidens fie-
ri. vtputa: albo esse & musico esse. ¶ Vide- 43
tur autem minime. de his autem quæ per se dicunt̃: semper necesse est eadem esse. vt

Bessario.

si quæ substantiæ sunt: quibus diuersæ substantiæ non sunt/ nec aliæ naturæ priores. quales aiunt aliqui: esse ideas. si enim erit aliud ipsum bonum & bono esse/ & animal & animali esse/ & enti & ipsum ens: erunt & aliæ substantiæ & naturæ/ ac ideæ præter eas quæ dicuntur. & illæ: priores substãtiæ/ si ipsũ qđ quid erat esse/ substãtiæ est. Et si absolutę ab seinuicẽ: harũ quidẽ nõ erit sciẽtia/ illæ vero non erũt entia. dico autẽ absolui: si nec ipsi bono est esse bono. nec huic: esse bonũ. sciẽtia nãq; cuiusq; hæc est: qđ quid erat illi esse. & de bono & de cæteris: similiter se habet. vnde si neq; ipsi bono esse bonũ nec ipsi enti ens/ nec ipsi vni vnũ/ similiter autẽ oĩa sunt: certe nichil est qđ quid erat esse. quare si nec ipsi enti ens: nec aliorũ alicui. Itẽ cui nõ ĩest bono esse: nõ bonũ est. necesse est igiť: vnũ esse bonũ & bono esse/ & honestũ & honesto esse/ quæcũq; nõ per aliud dicuntur/ sed prima & ꝑ se. etenĩ hoc sufficiens est/ si existit: etiã si nõ sint species. fortassis autẽ

44 magis: si species sint. ¶ Simul aũt patet etiã ꝙ si ideæ sint quales eas q̃dã aiũt: ꝙ etiã nõ erit subiectũ substãtia. has enĩ substãtias q̃dẽ: necesse est nõ de subiecto quidẽ esse. essẽt enĩ scđm participationẽ. ex his itaq; rationibus: vnũ & idẽ est nõ secũdũ accidẽs ipsũ vnũquodq;/ & quod quid erat esse. & ꝙ scire vnũquodq;: hoc est ipsũ quid erat esse scire. quare: scđm expositionẽ necesse est vnũ

45 quiddã/ ãbo esse. ¶ Quod autẽ secũdũ accidens dicitur/ vt musicum aut album: propterea ꝙ duplex significat/ nõ est verum dicere quod idem sit qđ quid erat esse & ipsum. etenim cui accidit albũ/ & accidẽs. quare quodã modo quidẽ est idem/ quodã modo vero nõ est idem: qđ quid erat esse et ipsũ. homini nãq;/ et albo homini: nõ est idẽ.

46 passione vero: idem. ¶ Absurdũ autẽ apparet: et si quis vnicuiq; ipsorũ quid erat esse nomẽ imponat. erit nãq; etiã præter illud: aliud qđ quid erat esse equo. at vero quid ꝓhibet nũc quoq; euestigio esse quædã quid erat esse: si substãtia q̃dẽ est qđ q̃d erat esse?

Argyropylus.

si sint aliq̃ substãtiæ: qb⁹ aliæ nõ sũt substãtiæ neq; naturæ priores. quales inquiũt q̃dã: ipsas ideas esse. nã si ipsũ bonũ ac boni esse/ & aĩal ac aĩalis esse/ & ens atq; entis esse non idẽ sit/ sed diuersũ: erũt ꝑfecto aliæ substãtiæ naturæq; atq; ideæ pręter eas quas ponũt. & priores etiã substãtiæ sane: si q̃dditas ratiõnẽ substãtiæ subit. atq; si absolutę q̃dẽ sũt: harũ q̃dẽ sciẽtia nõ erit/ illę vero nõ rationẽ entis subibũt. absolutas aũt esse dico: si neq; ipsi bono insit esse boni. neq; huic: cõpetat esse bonũ. sciẽtia enim vniuscuiusq;: cognitio q̃dditatis vniuscuiusq; est. atq; ĩ bono cæterisve: res ita sese habere videť. quare si esse boni bonũ non est: neq; esse entis ens erit/ neq; vni⁹ vnũ. atq; oẽs similiter q̃dditates sũt: aut nulla. quare si esse entis est non ens: neq; cęterorũ est vllũ. Pręterea cui ipsũ esse boni nõ ẽ: idẽ nõ bonũ. vnũ sit ergo necesse est bonũ & esse boni/ & honestũ & esse ei⁹: & q̃cũq; oĩno nõ per aliud/ sed per seipsa primaq; dicunť. hoc enĩ satisfacit sane: etiã si formæ nõ sint. magis aũt forsitan: & si sint. ¶ Insup patet & sub- 21 iectũ ipsum substãtiã nõ esse: si sint ipsæ ideæ tales quales inquiũt quidã esse. has enĩ substãtias quidẽ esse: de subiecto autẽ nõ dici/ necesse est. alioqui: erunt communicatæ. ex his igitur rationibus perspicuum iã euasit: ipsum vnũquodq; quidditatẽq; eius/ vnũ & idem non per accidens esse. & vnũquodq; etiã scire: hoc esse quidditatẽ inquam cuiusq; scire. quare per rationes atq; ĩductionẽ: vnũ quid sint ãbo/ necesse est. ¶ Id autem quod per accidens dicitur vt musicũ aut album/ & quidditatem/ idem esse: dicere vere non licet/ propterea ꝙ duplex significat/ id inquam cui accidit/ & ipsum quod accidit. quare partim idẽ: partim non idem est. esse enim hominis ac hominis albi: non idem est. est tamen idem affectu. ¶ Absurdũ autem esse videbitur: & si quispiam vnicuiq; quidditati nomẽ posuerit. erit enĩ & præter illã: alia quidditas sane. vt præter quidditatem equi: alia quidditas equi. atq; qd ꝓhibet/ & nũc esse aliquas cõtinuo quidditates idẽ quod ea quorũ sunt quidditates; si quidditas est substantia?

Argyropylus.

at vero non solum sunt vnum: sed etiam ratio ipsorum eadem est/ vt ex ijs etiam quæ dicta sunt pa= tet. non enim esse vnius ac vnum: per accidens vnum est. Præterea si aliud erit: in infinitum erit profe ctio. nam alterum quidem: veluti ipsum esse vnius/ quidditas eius erit. alterum autem: ipsum vnum. quare & in illis: ratio eadem erit. ¶Patet igitur in ijsce quæ prima & per se dicuntur: ipsum cuiusq; esse/ ac vnumquodq; vnum & idē esse. ¶Sophisticę vero redargutiones aduersus istam positionem: eadem (vt patet) solutione soluun tur. si idem est inquam Socrates et Socratis esse. nichil enim differūt ea ex quibus quispiam interroga= uerit: & ea ex quib9 soluēs rē atti= gerit ipsam. ¶Quo pacto igit̄ qd= ditas & vnumquodq; est idem/ & quo pacto non est idem: satis iam vt patet diximus. CAP. VII.



22 Orum autem quæ fi unt: alia natura/ alia arte/ alia casu fiunt. atq; vniuersa quæ fi unt: ab aliquo sane & ex aliquo/ atq; ali= quid fiunt. aliquid autem dico: in vnoquoq; prædicamēto. nam: aut hoc/ aut quantum/ aut quale/ aut vbi. naturales autem generatio = nes eæ sunt: quæ a natura profici= scuntur. id vero ex quo fiunt: ma teries est. & id a quo fiunt: aliquid est eorum quæ natura cōstāt. ipsū aūt aliquid: homo/ aut plāta/ aut aliquid quippiam talium est/ quæ quidem maxime substantias dici= mus esse. ¶Vniuersa præterea/ q̄ aut arte/ aut natura fiunt: materi= am habent. & esse enim & non es= se: quodq; ipsorum potest. quod quidem / a materia proficiscitur / quæ in singulis inest. ¶Vniuersa= liter autem & id ex quo/ & id quo: natura est. id enim quod fit: natu= ram habet. vt planta/ animal: & si= milia. ¶Et id etiam a quo: ipsa in= quam natura/ quæ per formam di citur. quæ quidem: eiusdē est spe= ciei. atq; hæc: est ī alio. homo enī: hominem generat. hoc igit̄ mo= do fiūt ea: q̄ p naturā fiūt/ ac oriūt̄. cęterę vero generationes: effectio= nes dicunt̄. ¶Atq; oēs effectiōes:

Bessario.

enimuero non solum vnum: sed ratio eti=
am eorum eadem/ vt ex dictis patet. non
enim secundum accidens vnum: vni esse &
ipsum vnum. Item si aliud erit: in infinitū
procedet. eteni hoc quidem: erit quid erat
esse vni esse. illud vero: vnum. quare de il=
lis quoq;: eadem ratio erit. ¶Q; igitur de 47
primis & quæ per se dicūtur/ vnicuiq; esse
& vnumquodq; idem & vnum est: patet.
¶Sophisticæ autem ad hāc positionem re= 48
dargutiones: manifestum est q̄ eadem so=
lutione soluūtur. & si idem Socrates & So=
crati esse. nichil enim differt: nec ex quibus
aliquis interrogauerit/ nec ex quibus soluēs
obtinuerit. ¶Quo igitur modo idem cuiq; 49
est quod quid erat esse/ & quomodo non
idem: dictum est.

CAP. VII.



Orum autē quæ fiunt: quæ= 50
dam natura / quædam ar=
te/ quædam a casu fiunt. om
nia vero quæ fiunt: & ab a=
liquo / & ex aliquo / ac ali=
quid fiunt. aliquid vero di=
co: secundum quodq; prædicamētum. aut
enim: hoc/ aut quantum/ aut quale/ aut vbi.
generationes vero naturales quidē hæ eo=
rum sunt: quorum generatio ex natura est.
ex quo autem fit: ea est quam materiam di=
cimus. a quo vero: quippiam eorū est quæ
natura sunt. ipsum autem aliquid: homo
aut planta/ aut quicq̄ aliud similium/ quæ
maxime dicimus substantias esse. ¶Cun= 51
cta vero/ quæ aut natura aut arte fiunt: ha
bent materiam. possibile enim est esse & nō
esse: eorum vnumquodq;. hoc autem cuiq;:
materia. ¶Vniuersaliter vero & id ex quo/ 52
natura: & illud per quod/ natura. quod enī
fit: habet naturam. vt planta/ aut animal.
¶Et a quo: natura quæ secundum spe= 53
ciem dicitur/ quæ eiusdem speciei est. hæc
autem: in alio est. homo nanq;: hominem
generat. sic igitur fiunt: quæ ob naturam
fiunt. cæteræ vero generationes: dicuntur
effectiones. ¶Omnes autem effectiones: 54

Bessario.

aut ab arte/ aut a potestate/ aut ab intelle-
ctu. harum autem quædā: etiā a casu fiūt
& a fortuna/ perinde atq; in ijs quæ a na-
tura fiunt. quædam enim & illic: eadem
& ex semine & absq; semine fiunt. de his
itaq; postea considerandum est. ab arte au
tem fiunt: quorum species in anima. spe-
ciem autē dico: ipsum quid erat esse vniuſ-
55 cuiusq; & primam substātiam. ¶ Etenim
contrariorum: quodam modo eadem spe-
cies est. priuationis namq; substantia: op-
posita substantia. vt sanitas: ægritudinis. il
lius enim absentia: ostenditur ægritudo. sa
nitas vero: est ratio quæ in anima & in sci-
entia est. fit itaq; sanum: ita intelligente.
cum hoc: sanitas sit. necesse est si sanitas
erit: hoc fieri vtputa æqualitatē. ꝙ si hoc:
caliditatem. & ita semper intelligit: donec
redigat in illud/ quod ipse potest vltimum
facere. deinde motus qui iam post hæc fit:
56 effectio ad sanitatem appellatur. ¶ Qua-
re quodam modo ex sanitate/ sanitatem
accidit fieri: & domum ex domo. quæ si-
ne materia: eam quæ habet materiā. ars
enim medendi & ædificandi: est species sa
nitatis & domus. dico autem substantiam
57 absq; materia: quod quid erat esse. ¶ Ge-
nerationum autem & motuum: hæc qui-
dem intellectio/ hæc vero effectio vocatur.
quæ quidem a principio & specie: intelle-
ctio. quæ vero ab vltimo ipsius intellectio-
nis: effectio. similiter autē & in cæteris me-
dijs: vnumquodq; fit. dico autem vtputa
si conualescet: oportet adæquari. quid igi-
tur est adæquari? hoc. hoc autem erit: si
calefiet. hoc autem quid est? hoc quidem.
hoc autem potestate inest. hoc vero iam in
58 ipso est. ¶ Faciens igitur/ & vnde conua-
lescēdi motus incipit: si ab arte/ species est
quæ est in anima. ꝙ si a casu: ab eo quod
est faciendi principium illi qui ab arte fa-
cit. sicuti fortassis & in medendo principi-
um a calefaciendo fit. hoc autem facit: fri-
catione. calor itaq; in corpore/ aut pars
sanitatis/ aut sequitur eum aliquid tale/

Argyropylus.

aut ab arte/ aut a potētia/ aut a mēte
ꝑficiscunt. harū autē: quædā & a ca-
su fiunt atq; fortuna/ perinde atq; in
ijsce quæ a natura fiūt. et illic enī nō- 23
nulla: eadē ex semine & sine semine
fiūt. sed de hisce quidē: posterius est
cōsiderādū. ab arte autē ea fiūt: quo-
rū forma in aīa est. atq; formā dico:
qdditatē cuiusq;/ substātiāq; primā.
¶ Etenim cōtrariorū: quodā modo
forma eadem est. ipsa nāq; opposita
substātia: priuationis substātia est. vt
sanitas: morbi. illi⁹ enī absētia: est ip-
se morb⁹. sanitas autē: est ea ratio/ q̄
est in aīa sciētiaq;. atq; sanū efficitur:
cum sanitatis artifex hoc intellexerit
modo. cū hoc sit sanitas: si futurū sit
sanū/ hoc esse necesse ē velut ęqua-
litatē. ꝙ si hæc efficiēda est: caliditas
oriatur oportet. & hoc pacto semper
intelligit: quousq; ad id vltimū acce-
datur/ quod ipse facere potest. deīde
ea iā motio quæ ab hoc incipit: effe-
ctio nūcupatur/ qua ad cōsequendā
valitudinē itur. ¶ Quare fit: vt ex sa
nitate quodā modo sanitas/ et ex do
mo domus/ ex ea quæ est absq; ma-
teria ea quæ habet materiā oriatur.
facultas enim medendi/ atq; ars ex-
truendarum ædium: ipsa est forma
sanitatis ac domus. atq; substantiam
sine materia dico: rationem ipsam &
quidditatem. ¶ Rationū autem mo-
tionumve: alia intellectio/ alia effe-
ctio nuncupatur. nam ea quidē quæ
a principio formaq; incipit: intelle-
ctio appellatur. ea vero quæ ab intel
lectionis vltimo incipit: effectio nun-
cupatur. similiter: & vnumqdq; me-
diorum fieri solet. nam si sanabitur:
ad æqualitatem redigatur oportet.
quid igitur est adæquari? hoc quidē.
hoc autem erit: si calefiet. quid igitur
hoc est? hoc. atq; est potentia hoc.
hoc autem: iam in potestate ipsius
medici collocatur. ¶ Id igitur quod
facit/ & vnde incipit motio qua ad
valitudinem itur: si per artem quidē
facit/ forma est ea profecto quæ est in
anima. sin casu: ab eo incipiet/ quod
tādem faciendi principium est ei qđ
arte facit. quemadmodum & in me-
dendo: fortasse a caliditatis impres-
sione principium sumitur. hoc au-
tem facit: fricatione. caliditas igitur
quæ est in corpore facta: sanitatis est
pars/ aut ipsam aliquid sequitur tale/

Argyropylus.

quod sanitatis est pars/ aut statim/ aut per plura. hoc autem: est vltimum quod sanitatis efficit partem. atq; vt ibi caliditas aut aliqd quod ipsam sequitur / sanitatis est pars: sic & lapides domus & alia alioru sunt partes. ¶ Quare quodam modo dicitur: impossibile est quicq̃ fieri/ si nichil est pri9. patet igitur: partem aliquam necessario eorum quæ fiunt esse. materia namq;: pars est.
24 quippe: cũ insit/ & fiat. ¶ Et aliquid item: eorum quæ in ratione sumũtur. vtroq; enim modo circulum æneum dicimus quid est: & materiã dicentes æs inquam/ & formam/ talem inquam figurã. atq; hoc est genus: in quo ponitur primo. æneus vero circulus: in ratione materiam
25 habet. ¶ Atqui quædam cum orta sunt/ non illud dicuntur ex quo vt ex materia fiunt: sed illiusmodi. ceu statua/ non lapis: sed lapidea dicit̃. homo autem sanus: non dicitur illud ex quo factus est sanus. atq; causa hæc esse videtur. ex priuatione nanq; fiũt atq; subiecto: quod quidem materiam dicimus. velut & homo & ægrotans fit sanus. magis tamen: ex priuatione fieri dicitur. vt ex ægrotãte magis: q̃ ex homine sanus. quapropter sanus/ ægrotãs q̃dẽ nõ dicitur: homo autem dicitur/ homoq; sanus. ¶ Quorum autem priuatio manifesta non est/ & nomine caret/ vt in ęre cuiusq; figurę/ aut in lateribus lignisve domus: ea ex hisce fieri vt illic ex ægrotãte videntur. quapropter vt illic non id ex quo fit/ dicitur: sic & hic statua non lignum/ non æs/ non lapis/ sed lignea deriuatiue/ ænea/ lapidea. & dom9 itidẽ nõ lateres: sed lateritia
26 dicit̃. nã si qspiã diligẽter exacteq; inspexerit: nõ vtiq; simpliciter dixerit ex ligno statuã fieri/ aut ex lateribus domũ. propterea q̃ mutet̃ id ex quo qppiã fit/ sed nõ maneat: sane oportet. propter hoc igitur: isto dicitur modo.

CAP. VIII.



Vm autẽ id qđ fit: ab aliquo generet̃. hoc autẽ id esse dico: vnde ẽ prĩcipiũ generatiõis. & ex aliquo: qđ qdẽ nõ vt priuatio sumat̃/ sed vt materia (iã enĩ determinatũ est: quo istud dicim9 mõ) et aliqd etiã fit. atq; hoc: aut

Bessario.

quod est pars sanitatis/ aut plura. hoc autem vltimum: faciens/ & quod ita pars est sanitatis. & domus/ & aliorum: vt lapides.
¶ Quare quemadmodum dicitur: impossibile est fieri/ si nichil p̃existat. q̃ sane pars ex necessitate existet: patet. materia namq;: pars. inest etiam hæc: & fit. ¶ Sed vtrum/ 59
eorum etiã est: quæ in ratione? vtroq; quidem modo dicimus multos circulos quidnam sint: & materiam dicentes q̃ æs/ & speciem q̃ talis figura/ & hoc est genus in quo primo ponitur. æneus autem circulus: habet in ipsa ratione/ materiam. ¶ Ex quo 60
vero tanq̃ materia fiunt aliqua: dicitur cum fit non illud/ sed illiusmodi. vt statua: non lapis sed lapidea. homo autem conualescẽs: nõ dicitur illud ex quo. causa vero est: quia fieri contingit ex priuatione & subiecto/ quod dicimus materiam. vtputa: & homo & ægrotus fit sanus. magis tamẽ dicitur ex priuatione fieri/ veluti ex ęgroto sanus: q̃ ex homine. quare sanus: ægrotus quidem non dicitur/ sed homo/ & homo sanus. ¶ Quorũ vero priuatio incerta & innominata est vt in ære cuiuscunq; figuræ/ aut in lateribus & lignis domus: ex his non dicentur fieri/ sicuti illic ex ægroto. quare sicut nec vbi ex quo: hoc non dicitur illud. nec hic: statua lignum. sed deriuatiue dicitur lignea/ non lignum: & ænea non æs/ & lapidea & non lapis. & domus: lateritia/ sed non lateres. cum neq; tanq̃ ex ligno fit statua/ aut ex lateribus domus (si quis accurate inspexerit) profecto simpliciter dicet. p̃pterea q̃ oporteat fieri: mutato ex quo/ sed non permanente. propter hoc igitur: sic dicitur. 61

CAP. VIII.



Vm autem et ab aliquo fiat quod fit (hoc autẽ dico vnde generationis prĩcipium est) & ex aliquo/ fit autẽ hoc nõ priuatio/ sed materia (iã enĩ determinatũ est: quẽadmodũ hoc dicim9) & quod fit/ hoc autẽ est aut 63

Bessario.

sphęra/aut circulus/aut quodcũq; cæterorũ euenit: sicuti neq; subiectũ facit ipsũ æs/ ita neq; sphęrã/nisi secũdũ accidens/ quia ænea sphęra sphæra est. illã autem non facit. hoc aliquid enĩ facere: ex omnino subiecto/ hoc facere est. dico autem ꝙ æs facere rotũdum/ non est ipsum rotũdũ aut sphęrã facere: sed aliquid aliud/ vtputa speciẽ hãc in alio. si enĩ facit: ex aliquo alio profecto facit. hoc enim supponebatur: vtputa facere æneã sphęrã. hoc autem ita: quia ex eo ꝙ est æs/ hoc facit quod sphera est. si igitur & hoc ipsum facit: patet ꝙ similiter faciet/ & generationes in i= finitũ procedent.

64 ¶ Manifestũ igitur est/ ꝙ neq; species fit/ aut qđcunq; nominare oportet formã quæ in sensibili est: nec est eius generatio. nec est hæc: ipsũ quid erat esse. hoc enim est: quod in alio fit/ aut ab arte/ aut a natura/ aut potentia. æneam vero sphęram: esse facit. facit nãq; ex ære & sphæra. in hoc enĩ hãc speciẽ facit: & hoc est sphæra ænea. hoc autẽ: sphęræ esse. eius vero qđ est sphæræ esse: omnino si generatio est/ ex aliquo aliquid erit. oportebit nanq;: diuisibile semꝑ esse qđ fit. & esse: hoc quidẽ hoc. illud vero: hoc. dico autem: ꝙ hoc quidem materiã. illud vero: speciem. si itaq; sphęra est figura q̃ a medio æqualis est: huius hoc quidẽ est in quo erit quod facit. illud autẽ: in illo. totum vero: qđ factũ est/ vtputa ipsa ænea sphęra.

65 ¶ Manifestũ igit̃ ex dictis est: ꝙ illud quidem quod vt species aut substantia dicitur/ non fit. copulatio vero quæ secundum hãc dicitur: fit. & ꝙ in omni quod fit: materia inest. & est: hoc quidem hoc. illud vero: hoc.

66 ¶ Vtrũ igitur est aliqua sphęra præter has/ an domus ꝓter lateres? an nec factũ fuisset vnq̃: si ita esset quod quid/ sed quoniam tale significat? hoc autem: & terminatũ nõ est. sed facit & generat ex hoc: tale. & cum generatũ est: est hoc tale? totũ aũt hoc: Callias aut Socrates est/ sicuti sphæra ænea hæc/ homo vero & aĩal sicuti sphæra ænea simpliciter?

67 ¶ Patet ergo ꝙ specierũ causę (quemadmodũ quidã dicere solẽt species) si aliq̃ sunt

Argyropylus.

sphæra est/ aut circulus/ aut qđuis cæterorũ. id ꝓfecto vnde est principiũ generationis: vt neq; subiectũ æs inquã ipsũ/ sic neq; sphęrã nisi ꝑ accidens facit/ ex eo sane quia sphęra ænea sphęra ẽ/ sed illã facit æneã inquã sphęrã. nã hoc aliquid facere: est hoc aliqd facere ex eo qđ est oĩno subiectũ. dico autẽ æs rotũdũ facere/ nõ ẽ rotũdũ facere aut sphærã: sed aliud quippiã/ velut hanc in alio formã. sin enim facit: ex quodã alio facit. hoc enĩ supponebat̃: veluti ęneã sphęrã facit. hoc aũt ita facit: vt ex hoc/ qđ qdẽ est æs/ hoc faciat qđ quidẽ est sphęra. si igit̃ hoc ipsũ faciat: identidẽ profecto faciet vti patet/ & generationes ipsæ in infinitũ proficiscent̃.

¶ Patet ergo neq; speciẽ fieri/ si hoc aut alio nomine eã formã quæ est in re sensibili nuncupare oporteat: neq; generationẽ ipsius esse/ neq; hanc esse etiam quidditatẽ. hæc enim est id: quod i alio/ aut ab arte/ aut a natura/ aut a potẽtia fit. facit autem: sphæram æneã esse. nã ex ære sphęraq; facit. in hoc enim: hãc efficit formã. atq; hoc: est ænea sphæra. si vero ipsius esse sphęræ oĩno sit generatio: quippiam e quopiã erit. id enĩ qđ fit: esse diuisibile oportebit. ac aliud hoc: aliud hoc esse. aliud inquam materiam: aliud formam. ꝙ si sphęra æqualis e medio sit figura: huius aliud id erit/ in quo id erit/ quod efficiens facit in ipso. aliud id: quod erit in illo. totum autem id erit: qđ est effectũ. velut ęnea sphęra. 27

¶ Patet igitur ex iisce quæ dicta sunt: id quidem non fieri/ quod vt forma/ aut vt substantia dicitur. cõcursum autem/ qui per hanc dicitur: fieri. et in omni re generata: materiam esse. atq; hoc quidem: materiam. hoc autem: formam esse.

¶ Estne igitur præter has aliqua sphæra: aut præter lateritias domos aliqua alia domus? an si sic esset: nunquã hoc aliquid esset ortũ. sed hoc qdẽ tale significat: definitũq; nõ est? id aũt qđ ꝓducit: ex hoc efficit atq; generat tale/ qđ cũ fuerit ortũ/ est hoc tale? totũq; hoc: Callias ẽ aut Socrates/ ꝑinde atq; hæc est ænea sphęra/ homo vero ac aĩal vt ęnea sphęra oĩno? 28

¶ Patet ergo formas ipsas (vt qdã dicere formas cõsueuere) si sint

Argyropylus.

præter singularia quædã: nõ vtiles
ad generationes/ atq; ad ꝑducen-
das substãtias esse. neq; ob hæc: ip-
sas separatas in ratione rerũ substã
tias esse ponẽdas. in qbusdã eni / &
luce clari⁹ extat: id qd generat/ tale
qdẽ esse quale est id qd ab ipo ꝑdu-
cit. nõ tamẽ numero sed specie idẽ
ac vnũ. vt in ipis naturalib⁹ cõstat.
homo nãq; hoiem generat/ et equ⁹
equũ: nisi pter naturã qppiã fiat. vt
fit: cũ equ⁹ generat mulũ. atq; hæc
etiã: similẽ subeũt legẽ. id eni qd cõ
mune est equo ac asino/ ꝓpinquissi
mũ inquã genus: nomine caret. for
tasse aũt ambo: sunt veluti mulus.
¶Quare patet: nõ op⁹ esse formã/
exẽplar extruere. i his eni: maxime
formę ingrerent/ atq; vtiles essẽt. qp
pe cũ hę: maxĩe substãtię sint. sed id
qd generat: sufficiẽs sane ꝓductiõis
est causa/ & vt i materia sit ipsa for
ma. tota aũt iã talis/ in hisce carni-
bus atq; ossibus forma: Socrates est
& Callias. quę quidẽ: diuersa est ob
materiã(etenim diuersa) eadẽ autẽ
specie. quippe: cũ ipsa forma/ indi-
uidua sit vt patet. CAP. IX.



29 Vbitauerit aũt nõ iniu-
ria quispiã: cur q̃dam
fiũt & arte atq; etiam
casu vt sanitas. q̃dam
non fiunt: vt domus.
¶Atq; causa huius: hæc esse vide-
tur. materiæ nãq; q̃ princeps est ge-
nerationis/ vt efficiat & fiat aliquid
eorũ q̃ ab arte ꝓficiscuntur/ in qua
pars est aliqua rei: alia talis est vt a
seipsa moueat/ alia talis non est. &
hui⁹: alia hoc modo moueri potest/
alia nõ potest. cõplura nãq;: moue-
ri qdẽ a seipsis possũt. at nõ hoc pa
cto: velut saltare. qa igit sũt & quo-
rũ materia talis ẽ vt sic moueri nõ
possit nisi ab alio/ quales sunt lapi-
des atq; ignis/ & quorũ materia ta-
lis est vt sic moueri possit: ideo alia
nõ erũt sine eo qui artẽ habet/ alia
erũt. ab his eni mouebunt: qui artẽ
nõ habẽt. possũt aũt ipsa: aut ab a-
liis nõ habẽtibus artẽ/ aut ex parte
30 moueri. ¶Patet aũt ex iisce q̃ dixi-
m⁹: & vniuersa quodã mõ(si nõ p
accidẽs fiãt) ex eo qd est eiusdẽ no-
minis rationisq; fieri/ vt res natura-
les. aut aliqua ex parte tali. vt do-
m⁹ ex domo: aut a mẽte. ẽ eni ars /
ipa forma: aut ex pte/ aut ex habẽte

Bessario.

prӕter singularia/ ad generationes & substã
tias nichil prosunt. nec sunt ꝓpter has: sub-
stantiæ secundum se. in quibusdam etenim
etiam manifestũ est: ꝙ generãs tale est qua-
le quod generatur. nõ tamen idem/ nec vnũ
numero: sed vnum specie. vt in naturalibus
(homo nanq;: hominem generat) nisi quid
præter naturam fiat. vt equus: mulũ. & hæc
quoq;: similiter. quod eni est cõmune equo
& asino: non est nominatum propinquissi-
mum genus. fuerint autem ambo fortassis:
vti mulus. ¶Quare patet: ꝙ non oportet 68
tanq̃ exemplar speciem ponere. in his eteni:
maxime quærerent. hæ enim: maxime sub-
stantiæ sunt. sed generans sufficiens est vt fa
ciat & causa sit speciei esse in materia. tota
vero iam talis species: in his carnibus & os-
sibus/ Callias & Socrates. & diuersa quidẽ:
propter materiã(diuersa etenim) idem autẽ
specie. idiuisibilis nãq;: species ẽ. CAP. IX.



Vbitauerit autem aliquis: 69
cur quædam/ & arte & ca-
su fiunt/ vt sanitas. quædã
autem minime: vt domus.
¶Causa vero est/ ꝙ horũ 70
quidem materia/ quæ prin
cipium generationis est/ cum faciens sit & fa
ctum aliquid eorũ quæ ab arte sunt/ in qua
est aliqua pars rei: quædam talis est vt a sei-
psa moueatur/ quædam nõ. & huius: quæ-
dam sic possibilis est/ quædam impossibilis.
multa namq; possibilia quidẽ a seipsis mo-
ueri: sed non sic/ vtputa saltare. quorũcunq;
itaq; talis materia est vt lapides (ĩpossibile
est sic moueri nisi ab alio: sic tamẽ certe est)
et ignis. propterea quædã nõ erũt absq; eo
qui habet artem: quædã erunt. ab iis enim
mouebuntur quæ non habẽt quidem artẽ/
moueri vero possũt ipsamet: aut ab aliis nõ
habentibus artem/ aut ex parte. ¶Manife 71
stum autem est ex iis quæ dicta sunt: et ꝙ
quodam modo omnia fiũt ex vniuoco/ quẽ-
admodum quæ natura sunt. aut ex parte
vniuoca. vt dom⁹ ex domo: aut ab itellectu.
ars eni species est/ aut ex parte/ aut habente

Bessario.

aliquam partem: si nō secūdū accidēs fiat.
causa enim faciendi prima secundū se: pars.
calor enim in motu: calorē in corpore fecit.
hic vero aut sanitas est aut pars: aut sequi-
tur eum aliqua sanitatis pars/ aut ipsa sani-
tas. quare & dicitur facere: quia illud quod
sequitur & cui accidit calor: sanitatem effi-
72 cit. ¶Quare sicut in syllogismis / omniū pri-
cipium substantia est (ex ipso enim quid est:
73 syllogismi sunt) hic etiā generationes. ¶Si-
militer se habent: & quæ natura constituta
sunt. semen nanq; facit: sicut ea quæ ab arte
sunt. habet etenim potestate speciē. & a quo
semen est: quodam modo vniuocum (nō enī
omnia ita oportet quærere: sicuti ex homi-
ne homo. etenim mulier ex viro. vnde mu-
lus non ex mulo) sed si non læsura fuerit.
74 ¶Q uæcunq; vero quorum materia potest
& a seipsa moueri eo motu quo semen mo-
uet/ a casu/ sicut ibi fiunt. quorum autē non:
hæc impossibilia sunt aliter fieri ꝙ ex ipsis.
75 ¶Non autem de substantia solum ostendit
ratio non fieri speciem: sed de omnibus pri-
mis similiter cōmunis ratio est/ vtputa quā-
titate/ qualitate/ & alijs prædicamentis. fit
enim vtputa ænea sphera: sed non sphera/
nec æs. & in ære fit. semper namq; opor-
tet præexistere materiam & speciem. ita
& de quid est / & de qualitate / & quanti-
tate: & alijs prædicamentis similiter. non
enim fit qualitas: sed quale lignū. nec quan
titas: sed quantum lignum / aut animal.
76 ¶Cæterum ex his: proprium substantiæ
accipere est. ꝙ necesse est præexistere sem-
per aliam substantiam actu existentē quæ
facit: vtputa animal si animal fit. quale ve-
ro aut quantum non est necesse: nisi poten-
tia solum.

CAP. X.

77 
Vm aūt diffinitio oratio sit/
omnis autē oratio partes ha
beat/ ac sicuti oratio ad rē si-
militer & pars orationis ad
partem rei se habeat: dubi-
tatur vtrum oportet partiū
orationē inesse in oratione totius an non. in

Argyropylus.

aliquam partem. causa enim facien
di: pars est prima per se. nā calidi-
tas quæ est in motione: caliditatem
in corpore fecit. hæc autem: sanitas
est/ aut pars sanitatis. aut ipsā pars
sanitatis aliqua: aut ipsa sanitas se-
quitur. quapropter & facere dicit:
quia illud sanitatem facit/ caliditas
inquam ipsa cui accidit atq; sequit
valitudo. ¶Quare vt in ratiocina- 31
tionibus substantia principium om
nium est (nam ex ipso quid est: rati-
ocinationes proficiscuntur) sic sunt
hic generationes. ¶Simili modo
res sese habet: & in ijsce quæ natura
constant. semen enim: perinde atq;
artifex facit. habet enim potētia ip-
sam formam. & id a quo est semen:
vniuocū est quodā modo / nisi ipsū
ortū sit læsum. quocirca: non ex mu
lo nascitur mulus. non enim ita om
nia sunt flagitanda: vt ex homine
nascitur homo. etenim: ex viro/ mu
lier oritur. ¶Atqui/ quorū materies
(vt ibi) & a seipsa eo motu moueri
potest qua semen mouet: ea a casu
fiunt. quorū vero nō potest: ea nul-
lo alio modo ꝙ ex generationibus fi
eri possunt. ¶At vero ratio iam di- 32
cta/ nō de substantia sola formā nō
fieri declarat: sed communis est de
omnib9 similiter primis. vt de qua-
litate/ de quantitate/ cæterisq; præ-
dicamētis. nam vt ęnea sphera fit/
sed nō sphera/ nec æs/ & in ære eo-
dem modo fit (semper enim ma-
teriam antecedere formamq; opor-
tet) sic & in ipso quid est/ & in quā-
to/ & quali fit/ cæterisq; prædicamē
tis simili modo. nō enim fit ipsum
quale: sed quale lignum. neq; quan
tum: sed quantum aut animal aut li
gnum. ¶Verum hoc ex hisce pro-
prium sumi substātiæ potest. semp
enim aliam præcedere substantiam
actu/ quæ quidem facit: necesse est.
velut animal: si animal nascit. qua-
le autem aut quantum non neces-
se est actu præcedere: nisi potentia
solum.

CAP. X.


Vm autē ōnis diffini- 33
tio ratio sit/ & omnis
ratio partes habeat/
atq; vt ad rē sese ha-
bet ratio/ sic & pars ra
tionis sese habeat ad rei partē: du-
bitat iā vtrū partiū rationē in toti9
ratiōe iesse/ an nō iesse oporteat. in

Argyropylus.

quibusdam enim/inesse: in quibus-
dam/non inesse videtur. ratio nanq;
circuli: partium rationem non ha-
bet. at syllabæ ratio: rationem ha-
bet elementorum. circulus tamen
suas in partes: perinde atq; syllaba
in elementa diuiditur. Præterea si
pars prior est toto/& recti anguli
pars est acutus/& digitus animalis:
prior vtiq; recto acutus angulus/
& homine digitus erit. videntur ta
men illa: esse priora. ratione enim:
ex illis sane dicuntur. & insuper: si-
ne ipsis esse videntur. ❡An pars
multis dicitur modis? Atq; vno mo
do ea pars dicitur: quæ quantitate
34 mensurat. verum hæc omittatur.
sed hoc est considerādum: ex qui-
bus vt partibus substantia constat.
Si igitur quoddā est materia/quod-
dam forma/quoddam ex hisce con-
stās/& materia & forma/& id quod
ex vtrisq; constat/substantia est: par
tim & materia pars cuiuspiā dicitur/
partim non dicitur. sed ea: ex qui-
bus ratio formæ constat. veluti ca-
ro: pars quidem concauitatis non
est. hæc est enim: materies in qua
fit. simitatis autem: quædam est
pars. æs etiam: totius quidem sta-
tuæ pars est. eius autem quod vt
forma dicitur statuæ: non est. dicē-
da est enim ipsa forma: & vt formā
quæq; res habet. sed materiale: nūq̄
per se est dicendum. Quapropter
circuli quidem ratio: frustorum ra-
tionem non habet. at syllabæ: ratio-
nem habent elementorum. elemen
ta enim orationis partes: sunt for-
mæ/sed non materies. frusta autem
circuli: sic sunt partes/vt materies
in qua circulus fit. propinquiora ta
men sunt formæ/q̄ æs: cum rotun-
ditas in ære fuerit orta. Atqui neq;
elementa omnia: aliqua ex parte
in syllabæ inerunt ratione. vt hæc
cerea: aut ea quæ sunt in aere. iā eni
& hæc: partes sunt syllabæ/vt mate
ria sēsibilis sane. etenī nō si linea/ cū
in dimidia/aut homo cū in ossa ner
uos carnesq; diuidit̄/ corrūpat̄: ꝓ-
pterea & ex his vt ex substātiæ ptī-
b9 cōstat/ sed vt ex materia tm̄. atq;
toti9 quidē illa sūt ptes: formæ autē
ac ei9 cui9 est rō/nō sūt ptes. iccirco:
neq; in ipsis rationib9 insūt. In qbus
dam igitur rationib9 huiuscemodi
ratio partiū nō inerit: qbusdā vero

Bessario.

qbusdā enī: vident̄ iesse. in qbusdā vero: nō.
circuli enim ratio: non habet rationem inci-
sionum. ratio vero syllabæ: habet rationem
elemētorum. atqui circulus diuiditur in in-
cisiones: sicuti syllaba in elemēta. Item autē
si partes priores sint toto/recti autē acutus
est pars/& digitus animalis: prior erit acu-
tus recto/& digitus homine. videtur tamē:
ista esse priora. ratione nāq;: dicūtur ex istis.
& eo ꝙ sint absq; inuicē: priora sunt. ❡An 78
multis modis dicit̄ pars? Quorū vnus mo-
dus: secundum quātum mensurās. sed hæc
quidem prætermittat̄. ex quibus vero sub-
stantia tanq̄ ex partibus est: hoc conside-
randum est. Si igitur hoc quidem materia
est/hoc vero species/hoc vero ex his/& sub-
stātia est materia/& species/& quod ex his:
quodā modo quidem materia etiam pars
alicuius dicitur/quodā modo vero nō. quā-
doquidem ex quibus ratio speciei/vt puta
concauitatis: nō est pars caro. hæc enim ma
teria in qua fit. simitatis autem: pars aliqua
est. & totius quidem statuæ/pars: æs. eius au
tem quod vt species dicitur statuæ: minime.
dicendum enim specie & quatenus speciem
habet: vnumquodq;. materiale vero: nunq̄
secundum se dicēdum. Quare circuli quidē
ratio nō habet eā quæ incisionum ratio est:
sed syllabæ eam quæ elementorū est. quia
elementa rationis partes: sunt speciei/& nō
materia. incisiones vero horū sic partes tāq̄
materia in quibus adueniunt. propinquio-
res tamen speciei/q̄ æs: cum in ære rotundi
tas fiat. Quodā modo vero nec elemēta cū-
cta: in ratione syllabæ inerunt. vtputa: hæc
cerea/aut quæ in aere sunt. iam enim etiam
hæc: syllabę pars sunt/tanq̄ materia sensibi-
lis. etenim linea non si diuisa in medietates:
corrumpitur. aut homo: in ossa & neruos
& carnes. propter hoc & ita ex his sūt: tanq̄
ex iis q̄ sūt partes substātiæ/verū tāq̄ ex ma
teria. & totius quidem sūt partes: speciei ve-
ro & cuius ratio/minime. Propter hoc:
nec in rationibus. quorumdam itaq; in-
erit talium partium ratio: quorūdam vero

Bessario.

79 nõ oportet inesse / nisi sit simul sũpti. ¶Pro-
pter hoc enim: nonnullæ ex ijs tanq̃ princi-
pijs sunt / in quas corrumpũtur. quædam ve-
ro non sunt. Quæcũq; igitur simul sumpta:
species & materia sũt / vt simũ / aut ęneus cir-
culus: illa sane in hæc corrũpũtur. quæcũq;
non simul cum materia sumũtur / sed absq;
materia / vt rationes speciei solum: hæc pro-
fecto nõ corrumpũtur / aut penitus / aut ne-
80 quaq̃ ita. ¶Quare illorum quidem princi-
pia & partes quæ in eis sunt: speciei vero
neq; partes / neq; principia huiusmodi. &
propterea lutea statua in lutum corrũpitur
& sphera in æs / & Callias in carnẽ & ossa.
itẽ & circulus: in incisiones. est enim aliquid
quod cum materia sumitur. æquiuoce nãq;
dicitur circulus & qui simpliciter dicitur / &
singuli: propterea ꝙ singulis nõ sit propriũ
81 nomen. ¶Dicta itaq; nunc quoq; veritas
est: adhuc tamen dilucidius dicamus repe-
tentes. quæcũq; enim rationis partes / & in
quas diuiditur ratio: hæ priores / aut omnes /
aut aliquæ. ratio vero recti non diuiditur in
acuti rationem: sed acuti in rectum. vtitur
nãq; recto: qui diffinit acutum. minor etenĩ
recto: acutus. similiter autem: circulus & se-
micirculus sese habent. semicirculus namq;:
circulo diffinitur. & digitus: toto. talis enim
hominis pars: digit9. Quare quęcũq; qui-
dem partes vt materia / & in quas diuiditur
vt in materiam: posteriores. quæcunq; vero
vt rationis / & secundum rationem substan-
82 tiæ: priores / aut omnes / aut aliquæ. ¶Quo-
niam vero animalium anima (hoc enĩ sub-
stantia animati) secundum rationem & spe-
ciẽ substantia / & quod erat esse tali corpori /
cuiuscunq; namq; pars si probe diffiniatur /
non sine eo opere diffinietur quod sine sen-
su non existet: sane partes eius priores / aut
omnes aut aliquæ toto animali. & de vno-
quoq;: similiter. corpus vero & eius partes:
posteriores hac substãtia. & diuidetur ĩ eas.
vt in materiam / nõ ipsa substãtia: sed totũ.

Argyropylus.

non inesse ipsam oportet / nisi sit ip-
sius ratio simul sumpti. ¶Propter
hoc enim: nõnulla quidem ex ijsce
sunt vt principijs in quæ corrumpũ-
tur. nonnulla autem: non sunt. Quę
igitur simul sumpta / forma sunt &
materies / vt simum aut æneus cir-
culus: ea in hæc corrumpuntur / &
ipsorum pars est materia. quæ vero
non simul sunt cum materia / sed si-
ne materia sumpta / vt rationes ipsi9
formæ duntaxat: ea non corrumpũ-
tur / aut omnino / aut non saltem hoc
pacto. ¶Quare illorum quidẽ hæc
principia sunt & partes: formæ autẽ
ipsius / neq; principia sunt neq; par-
tes. & propterea statua lutea ĩ lutũ /
& sphera ĩ æs: & Callias in carnem
ossaq; corrũpitur. & insuper circu-
lus: sua in frusta. est enim quippiã
quod cũ materia simul est sũptum.
ęquiuoce nãq; dicit̃ circul9 / & q sim-
pliciter dicit̃ / & ipsi singuli: ꝓpterea
ꝙ ipi singuli / ꝓprio nomine carẽt.
¶Dictũ ẽ igit̃ & nũc ipsũ verũ: at- 35
tamen qbusdã repetitis / dilucidius
dicamus oportet. quæ nanq; ratio-
nis sunt partes / & in quas ratio ipsa
diuiditur: eæ sane / aut omnes / aut
aliq̃ sũt priores. nõ autẽ anguli re-
cti ratio / in rationem acuti: sed acuti
ratio / in rectum diuiditur. qui nanq;
acutum diffinit: vtitur recto. acutus
enim: minor est recto. similiter: cir-
culus & semicirculus sese habere vi
dẽtur. semicirculus enim circulo dif
finitur. & digitus etiam: toto. digi-
tus enĩ talis ẽ hominis pars. Qua-
re partium / eæ quidẽ quæ vt mate-
ria sunt / & in quas vt in materiã to-
tum diuiditur: posteriores sũt sane.
eæ vero quæ vt rationis ipsi9 eiusq;
substãtiæ quæ rationi accõmodat̃ /
sunt partes: aut omnes sũt / aut nõ-
nullę priores. ¶Cũ autẽ animaliũ
aĩa / sit forma ipsorum (id est enĩ sub
stãtia animãtis: ꝙ substantia est ad
rationẽ accõmodata / & forma atq;
quidditas corporis talis. nam pars
vniuscuiusq; / si recte diffiniatur: nõ
sine munere officioq; diffinietur. qđ
quidem: ei non cõpetet absq; sensu)
huius profecto partes: aut omnes /
aut quædam ipso toto priores sunt
aĩali. & ĩ singulis: similĩmõ. corp9 au
tẽ eiusq; partes: hac posteriores sub
stãtia sũt. & in has vt in materiã / nõ
substãtia sane: sed totũ ipsũ diuidit̃.

Argyropylus.

¶Hæ igitur: tum priores / tum non
priores sunt ipso toto. cum separã-
tur enim: nequeunt esse. nõ eni qui
quouis modo sese habet digitus: est
animalis. sed qui mortuus est: noie
tantum / nõ ratione digitus est. nõ-
nullæ autem: vna cum ipso pereũt
toto / quæ quidem præcipue partes
sunt. eaq; maxime / in qua ratio ipsa
substãtiaq; insidet primo: si illa cor /
aut cerebrum sit. nichil enim refert
hoc: an illud rationem subeat talẽ.
¶Hõ vero & equus & istiusmodi
cætera: in ipsis sunt singulis. vniuer
salis autem non est substantia: sed
quoddam totũ ex hac ratione atq;
hac materia est vt vniuersali. sin-
gulare vero: iam ipse Socrates ex
materia est extrema. & in cæteris: si
mili modo. ¶Est igitur / & formæ
pars / ipsius in quã quidditatis: per-
inde atq; ipsius quoq; totius / quod
quidem ex forma atq; ipsa materia
constat. sed formæ partes: rationis
sunt solũ partes. ratio vero: est ipsũ
vniuersale. esse nãq; circuli atq; cir-
culus / & aiæ atq; aĩa: idẽ est. ipsius
vero iã totius huius / vt circuli hui9
& singulariũ oĩno / aut sensibiliũ aut
intelligibilium (atq; intelligibiles
quidem: mathematicos ipsos di-
co. sensibiles autem: æneos / ligne-
osve) non est diffinitio: sed mẽte co
gnoscũtur / vel sensu. ꝙ si ab actu re
cesserint: non sane patet si sint nec
ne / sed vniuersali ratione semper
dicuntur ac cognoscuntur. materia
vero: per se est ignota. atq; mate-
ria: alia est sensibilis / alia intelligibi-
lis. sensibilis: vt æs / lignum / & quæ
est materia mobilis. intelligibilis:
quæ in sensibilibus inest / non vt sẽ-
sibilia sũt. vt ipsæ res mathematicæ
36 ¶Quomodo igitur de toto ac par-
te res sese habet / & de priore poste
rioreve: satis iam explicauimus.
¶Ad iterrogationẽ autẽ cũ quispiã
interrogauerit vtrum sit prius rectus
ne & circulus atq; animal / an par-
tes ex quibus constat / & in quas
quodq; diuiditur: non simpliciter
respondendum. nam si anima sit
animal / aut animans / aut cuiusq;
vnũquodq; / & circulus circuli esse /
& rec9 itidẽ esse atq; substãtia recti:
aliqua pars / atq; aliquo toto poste-
rius est dicenda / vt illa q̃ est ipsius
singularis atq; aliquo recto. etenim

Bessario.

¶Toto itaq; quodã modo q̃dẽ priores sũt 83
hæ: quodã modo vero non / quãdoquidẽ nec
esse possunt separatæ. non enim qui quomo-
docunq; se habet: digitus animalis est. sed
æquiuocus: qui mortuus est. quædam vero
simul / quæcunq; pricipales / & ĩ qua prima /
ratio & substãtia: vtputa si hæc cor / aut cere
brũ est. nichil eni differt: vtra talis sit. ¶Ho- 84
mo vero / & equ9 / & q̃ ita se habẽt: in singu-
laribus sunt. vniuersale vero substantia non
est: sed totum quiddã ex hac ratione & hac
materia tanq̃ vniuersali. singulare vero ex
vltima materia: iam Socrates est. & de cæte
ris: similiter. ¶Pars itaq;: etiam speciei 85
est (speciem autẽ dico: quod quid erat esse)
& ipsius totius quod ex specie / & ipsa mate
ria est. sed rationis partes: quæ speciei / solũ
sunt. ratio vero: est ipsius vniuersalis. circulo
nanq; esse & circulus / & animæ esse & ani-
ma: idẽ est. toti9 vero vt circuli hui9 & singu
lariũ alicuius sensibilis aut intelligibilis (di-
co autem ĩtelligibiles quidem: vt mathema-
ticos. sẽsibiles vero: vt æneos & ligneos) ho-
rum inq̃ non est diffinitio / sed intellectione
aut sensu cognoscuntur. cum vero abeãt ab
actu: non est manifestũ vtrũ sint aliquãdo /
an non sint / tamen sẽper dicuntur & cogno-
scuntur vniuersali ratione. materia vero: per
seipsam incognita. materia vero: quædã sen
sibilis. quædam: intelligibilis. sensibilis qui-
dem: vt æs / & lignum / & quæcunq; mobilis
materia. intelligibilis vero: quæ in sensibili-
bus existit / non prout sensibilia. vtputa: ip-
sa mathematica. ¶De toto igitur & parte / 86
ac priore & posteriore quomodo se habeãt:
dictum est. ¶Ad interrogationẽ vero ne- 87
cesse est occurrere / cum quis interroget vtrũ
rectus & circul9 & animal priora / an ĩ quas
diuiduntur & ex quibus sũt / partes: ꝙ non
simpliciter. nã etiam si anima animal est aut
animatũ / aut vnũquodq; / aut vniuscuiusq; /
& circulus circulo esse / & rectus recto esse:
substantia quoq; recti / aliquid quidem &
aliquo posterius dicendum est / vtputa ijs
quæ in ratione / & aliquo recto. etenim

Bessario.

qui cũ materia æneus rectus/ & qui in singularibus lineis. qui vero absq3 materia ijs quidem quæ in ratione sunt/posterior: partibus vero quæ in singulari sũt/prior est. simpliciter autem non est dicendum. & si diuersa est/ & nõ est aĩa animal: sic etiã quasdã dicendũ/quasdã non dicẽdum vt dictum est.

CAP. XI.

88 Erito autẽ dubitatur etiã q̃nam speciei sint partes/quæ vero nõ/sed eius qđ simul sumitr: cũ & hoc nõ existẽte manifesto/ nõ sit diffinire vnũquodq3. vniuersalis eteni/ & speciei: diffinitio est. quæ igitur partiũ vt materia sunt/& quæ non/si non sint manifestę:
89 nec ratio rei manifesta erit. ¶ Quæcũq3 igitur apparent aduenientia in diuersis specie/ vt circulus in ære/ligno/& lapide: hæc quidem manifesta esse videtur. quoniam nichil substãtiæ circuli æs/neq3 lapis est: propterea ꝙ ab eis separetr. q̃ vero nõ videtur separari: nichil quidem prohibet similiter his se habere. queadmodũ si circuli oẽs: viderẽtur ænei. nichil eni min9 æs nõ sit ipsius speciei. difficile tamen est: hoc mente auferre. vtputa species hominis semper in carnibus & ossibus & talibus partibus apparet: vtrũ igitr sint hæc partes speciei & rationis/an nõ/sed materia? verum quoniã nõ adueniũt etiam
90 in alijs: nõ possumus separare. ¶ Cum autẽ hoc videatur quidem contingere/ quãdo vero nõ est manifestum: quidã etiam de circulo & triangulo dubitant/tanq̃ non deceat lineis & continuo definiri. sed hæc oĩa similiter dici sicuti carnes aut ossa hominis: & æs & lapis circuli. & cuncta: referunt ad numeros. & lineæ rationem: eam quæ duorũ esse dicunt. Eorum etiam qui ideas dicunt: quidam ipsã lineam dualitatẽ. quidã: lineæ speciem. quędam etenim eadẽ esse: speciẽ & cuius species. vtputa: dualitatis & dualitatis
91 speciẽ. in linea vero: non est. ¶ Accidit itaq3 & vnã multorũ speciem esse: quorũ species videtur diuersa. quod etiam pythagoricis

Argyropylus.

est rectus: & iste qui est æneus atq3 materiæ particeps/& etiam qui ex lineis singularibus constat. at iste qui ẽ expers materiæ/posterior quidem rationis: prior autem singularibus partibus est dicendus. simpliciter autẽ non est dicendus. Sin vero anima sit diuersa/& non sit animal: hoc quoq3 pacto aliæ partes priores/aliæ non priores dicendæ sunt vti diximus. CAP. XI.

Vbitatur etiam nõ iniuria: quænam sint ipsius formæ/& quæ nõ formæ / sed ipsius simul sũpti partes. atq3 si hoc non sit manifestũ: fieri non potest vt quæq3 diffiniãtur. vniuersalis eni ipsius & formæ: est diffinitio. Si igitur manifestum non sit quænam partium subeũt/& quæ nõ subeunt materiæ rationẽ: neq3 ratio ipsi9 rei profecto patebit. ¶ Quę igitur in diuersis specie fiũt/ vt circulus in ære/ lapide/ atq3 ligno: ea manifesta esse videtr. neq3 eni æs/ neq3 lapis/ substantiæ quicq̃ est circuli: ꝓpterea ꝙ separatur ab ipsis. q̃ vero nõ cernũtur seiũgi: ea ꝑinde sese habere vt illa/ nihil ꝓhibere videtr. fit eni: ꝑinde atq3 si circuli oẽs ænei cernerentr. non enim æs: ob hoc magis formæ pars esset. hæc tamẽ ipa: difficile est excipere mẽte. hominis eni forma: in carnib9/ossib9/talibusve ꝑtib9 cõsistere sẽper videtur. sũt ne igitr hæc: formæ rationisue ꝑtes? an non sũt: sed materia? verũ quia nõ & i alijs inest: icciro separare nõ possumus. ¶ Quoniã autẽ hoc quidẽ fieri posse videtr/obscurũ autẽ est quãdo fieri 37
eri potest: dubitare quidã & in circu 38
lo & in triãgulo iã videntur/atq3 innuere nõ oportere lineis atq3 continuo definiri. sed vniuersa ꝑinde hæc dici: atq3 hominis carnes ossa ve dicũtur/& circuli etiã æs & lapis. atq3 ĩ numeros: vniuersa reducunt. & lineæ rationẽ: duorũ rationẽ ĩquiunt esse. Eorũ etiã q dicũt ideas eẽ: qdã dualitatẽ ĩquiũt ipsã lineã esse. qdã: ipsam lineæ formã. in quibusdam enim idẽ esse aiunt formã/& id cui9 est forma. vt dualitatem formamq3 dualitatis. in linea vero: nõ ita esse. ¶ Accidit igitur formã vnã multorũ esse: quorum species diuersa esse videtur. qđ quidem & pythagoricis

Argyropylus.

accidebat.& insuper fieri potest: vt
cæteris inde extrusis vna omniū tā
tū forma efficiatur. attamē hoc pa
39 cto:oīa vnū erūt. ¶Ea igit̄ q̄ ad dif
finitiones attinēt dubitationē habe
re/& quā ob causā: satis iā diximus.
¶Quapropter & oīa hoc pacto re
ducere/atq; materiā auferre: supua
caneū esse videtur. quædam enī for
sitan hoc in hoc sunt: aut hæc ita se
se habentia. ¶Atq; illa comparatio
de animali/quam iunior Socrates
dicere consueuit: nō recte sese habet
profecto. a veritate enim abducit:
existimareq; facit fieri posse/ vt ho
mo sit sine partibus/perinde atq; si
ne ære circulus esse potest. hoc aūt:
nō est simile. animal enī fortasse sē
sibile quiddam est:& non fit vt sine
motu diffiniatur. ¶Atq; ob hoc nō
sine suis partibus: definito sese habē
tibus modo. nō enim quæuis man9
pars hominis est:sed ea quæ man9
officium efficere potest. quare pars
est:si animæ particeps sit. nō pars:
si eiusdem sit expers. ¶Circa vero
mathematica: cur rationes non sūt
rationum partes? ipsi semicirculi: cir
culi? non enim : sensibiles sunt. an
nichil refert? Erit enim & non sensi
bilium quorundam sane materies:
eiusq; omnis qđ nō est quidditas &
per seipsū forma/sed hoc aliquid.
nō igitur vniuersalis circuli: sed sin
gularium hæ partes erunt/ vt antea
diximus. est enim materies: alia sen
sibilis/alia intelligibilis. Patet autē
& animam quidem substantiam pri
mam: corpus autem / materiā esse.
hominē vero vel animal/ id: quod
ex vtrisq; constat/ipsum inquā vni
uersale. At Socrates aut Coriscus si
anima sit: duplex est. quidam enim
vt animam dicent: quidam vt totū.
sin simpliciter hæc anima sit / atq;
hoc corpus: vt vniuersale sese ha
bet/sic & sigulare sese habet ¶Vtrū
autē præter materiē & substantias
tales/ aliqua quædā substantia sit/
quærereq; substantiā aliā quandam
oporteat/ vt nūeros/aut aliqd tale:
posteri9 cōsiderem9 oportet. huius
ce enī gratia: de sēsibilibus etiā sub
stātijs enitimur definire. nā faculta
tis naturalis secūdæq; philosophię
officium est aliquo modo: ea cōtē
platio/ quæ circa substantias sensui
subiectas versat̄. nō enī de materia

Bessario.

accidebat.& cōtigit vnā omniū facere ipsā
speciē: cætera vero nō species. at hoc modo
vnum: omnia erunt. ¶Q̄z itaq; habent ali 92
quam dubitationem ea quæ circa diffinitio
nes sūt/& quā ob causā: dictū est. ¶Quare 93
cuncta ita reducere & auferre materiā : su
peruacaneum est. quædā nāq; fortasse: hoc
in hoc sunt/aut sic hęc habentia. ¶Et com 94
paratio de animali/quam iunior Socrates
dicere solebat: nō bene se habet. abducit enī
a vero: & opinari facit tanq̄ cōtigeret homi
nem sine partibus esse / queadmodū absq;
ære circulū. hoc autem: non est simile. etenī
sēsibile quiddā fortassis animal est: & absq;
motu diffinire non est. ¶Quare neq; sine 95
partibus: quodam modo se habentibus. nō
enim omnino pars hominis est manus:
sed illa quæ potest opus perficere. quare ani
mata existens: nō animata vero nō est pars.
¶Circa mathematica vero : cur rationes 96
nō sunt partes rationū? vt circuli: semicircu
li? hæc enim : non sunt sensibilia. an nichil
refert? erit nāq; quorundam etiam non sen
sibiliū/materia: & omnis quod non est quid
erat esse. circuli itaq; vniuersalis quidem nō
erunt: singularium vero erunt hæ partes/vt
prius dictum est. est etenim materia: quæ
dā sensibilis/quædam intellectualis. manife
stum autem est q̄ anima quidē substantia
prima: corpus vero materia. homo vero vel
animal: quod ex ambobus vt vniuersale. So
crates vero & Coriscus/ si anima quidē: du
plex. hi enim vt animā dicēt: illi autē vt ipsū
totū. q̄ si simpliciter anima hæc/& hoc cor
pus: quemadmodum vniuersale / etiam &
singulare. ¶Vtrum autem præter ma 97
teriam/ huiuscemodi substantiarum sit ali
qua alia / & oporteat quærere substantiam
eorū aliquā aliam/vtputa numeros aut ali
quid tale : posterius considerandum est. hu
ius enim gratia: & de sensibilibus substan
tijs diffinire tentamus, quādoquidem quo
dā modo physicæ & secūdæ philosophiæ
opus est : ea quæ circa sensibiles substantias
speculatio est. non enim solum de materia

Bessario.

physicum cognoscere oportet: sed etiam de
98 ea quæ secundum rationem/& magis. ¶In
diffinitionibus vero/quomodo partes quæ
in ratione sũt/& cur vna ratio/diffinitio(pa-
tet etenĩ: ꝙ res vna)res autẽ quomõ vna par
99 tes habens: postea cõsiderandũ est. ¶Quid
igitur est quod quid erat esse/& quomodo
ipsum per seipsũ/vniuersaliter de omni: di-
ctũ est.& cur: quorũdam ratio ipsius quid
erat esse habet diffiniti partes/quorũdam
non.& ꝙ in ratione quidem substãtiæ quæ
ita partes sunt vt materia: non inerunt. non
enim sunt illi9 substantiæ partes: sed totius.
100 ¶Huius vero: est quodãmodo ratio/& nõ
est. cũ materia nãqꝫ: nõ est. indefinitũ: eteni.
secundum primã autẽ substantiã: est. vt ho-
minis: animæ ratio. substãtia enĩ est: species
quæ inest. ex qua & materia: tota dicit̃ sub-
stantia. vt concauitas. ex hac enim & naso:
simus nasus/& simitas est. bis nanqꝫ: in his
inerit nasus. in tota vero substantia/vt naso
101 simo aut Callia: inest etiã materia. ¶Et qđ
quid erat esse & vnũquodqꝫ: in quibusdam
quidẽ idẽ est/vt in primis substantijs. vtpu-
ta: curuitas & curuitati esse/si prima est. di-
co autẽ primã: quæ nõ dicitur eo ꝙ aliud in
102 alio sit & subiecto vt materia. ¶Quæcunqꝫ
vero vt materia vel vt simul cum materia sũ
pta sunt: non idẽ. neqꝫ secundum accidens/
vnũ: vt Socrates & musicum. hæc enim se-
cundum accidẽs: eadem sũt. CAP. XII.



103 Nunc autẽ primo dicamus: quatenus ĩ analyticis de diffinitione non est dictum. dubitatio enim quæ in illis dicta est: proderit rationibus de substantia. Dico autem: hanc dubitationem. quare vnum est diffinitum: cuius rationem diffinitionem esse dicimus. vt hominis: animal bipes(sit nãqꝫ: ei9 ratio)cur igitur hoc vnũ est/non autẽ multa/ aĩal & bipes? homo enĩ & albũ: multa quidem sunt cum nõ insint alterum alteri. vnũ vero: cum insint/& subiectum vt homo/aliquid patiatur. tunc enĩ albus homo: vnũ fit/

Argyropylus.

solum: sed de substantia etiam quæ
ad rationem accõmodatur/ac ma-
gis/philosophum cognoscere na-
turalem oportet. ¶De diffinitioni- 40
bus etiam/quonã pacto partes sũt
ea quæ in ratione sumuntur/& cur
diffinitio vna sit ratio(patet enĩ ip-
sam rem vnam: vnum esse)& rẽ par
tes habentem vnum quippiã esse:
posterius considerandum esse vide
tur. ¶Dictũ est igitur vniuersaliter
de quidditate quidnã sit/& quo pa
cto per se est: & cur quorũdam ipsa
ratio quidditatis habet rei quæ dif-
finitur partes/quorundam non ha-
bet. et in substãtiæ quidem ratione:
partes eas quæ vt materia sunt/nõ
inesse. neqꝫ enim illius substãtiæ: sed
totius sũt partes. ¶Atqꝫ huius par-
tim est ratio: partim non est. cũ ma-
teria nãqꝫ: non est. non enim est de-
finitum. per primam autem substã-
tiam: est. ceu hominis: est ipsa ratio
animæ. substãtia enim est: ea forma
quæ inest. ex qua & materia: ipsa to
ta substantia dicitur esse. veluti con-
cauitas. ex hac enim nasoqꝫ: nas9
simus & simitas est. bis enim: ĩ istis
inerit nasus. in tota vero substantia 41
vt in naso simo atqꝫ Callia: & ipsa
materia ĩest. ¶Dictũ est ĩsuper qd-
ditatẽ & vnũquodqꝫ: idẽ in quibus-
dã eẽ/vt ĩ substãtijs primis. ceu cur-
uitatẽ & curuitatis esse: si ipsa sit pri
ma. atqꝫ primã eã dico: q̃ nõ ex eo di
cit̃/qa aliud ĩ alio inest/& ĩ subiecto/
velut materia. ¶Quæ vero sunt vt
materia/aut vt simul cũ materia sũ-
pta: in ijsce nõ esse idẽ. neqꝫ ꝑ acci-
dẽs: vnũ. vt socrates musicũqꝫ. hæc
enĩ: eadẽ/ꝑ accidẽs sũt. CAP. XII.



Nunc autẽ primũ id dicam9 oportet: qđ ĩ resolutiuis de diffinitiõe nõ diximꝰ. ea nãqꝫ dubitatio q̃ ibi nõ pertractata est: ad ea sane q̃ nũc de substãtia dicim9/accõmodat̃ vehemẽterqꝫ cõducit. Dico aũt: hãc dubitationẽ. ꝓpter qd res diffiniẽda/ẽ vnũ: cui9 rõnẽ diffinitionẽ dicim9 esse? vt hominis hoc: aĩal inquã bipes? sit enĩ: ipsi9 hæc rõ. ꝓpter qd igit̃ hoc vnũ est sed nõ plura: aĩal & bipes? hõ enĩ & albũ: multa qdẽ sũt/cũ alterũ alteri nõ inest. sed cum inest atqꝫ subiectum id est homo albedine est affectum: est vnum. tunc enĩ/vnum fit: 42

Argyropylus.

atq; est albus homo. hic autē: alterū alterius nō est particeps. genus enī non particeps differentiarū esse videtur. idē enim: contrariorū simul particeps esset. quippe: cū differētię sint cōtrariæ/ quibus differt genus. Q; si & ē pticeps: eadē erit ratio/ si differentiæ plures sint. vt gressibile bipes expers alarū. Cur enī hęc vnū sūt/ sed nō plura? non enī propterea sūt vnū: q insunt. hoc enī pacto: ex omnib9 erit vnū. sin autem: vnum oportet ea esse q̄ in ipsa sūt diffinitione. diffinitio nanq;: ratio quædā est vna/ substantiave. quare vnius cuiusq̄ ipsā rationē esse oportet. etenī substantia: vnū qd/ atq; hoc aliquid
43 significat/ vti dicimus. ¶ Atqui primū de diffinitionibus p diuisiones cōficiēdis: cōsiderare oportet. nichil enim aliud in diffinitione esse videt̃ nisi id (qd̄ primo dicit̃) genus & differētiæ ipsæ. cætera vero genera sūt: primū inquā & differētiæ sūptæ cū illo. veluti/ primū qdē gen9 est animal. hæret autē: aīal bipes. & post hoc rurs9 ē: aīal bipes expers alarū. similis erit ratio: & si p plura dicat̃. omnino enī nichil iterest: p multa/ an p pauca dicat̃. quare neq; (& si p pauca) per pauciora q̄ etiā duo dicatur. vbi alterū erit differentia: alterū genus. velut huius/ animal bipes: animal quidē est gen9/ alterū vero est differentia. Si igitur genus absolute non est præter ea quæ sūt vt generis species/ aut si est quidem/ est autem vt materies (etenī vox quidem genus est & materia: differētiæ vero ipsas species elementaq; ex ipsa conficiūt) patet diffinitionē rationē eā esse quæ ex differētijs cōstat. ¶ At vero: differētia & in differētiā diuidat̃ oportet. ceu differentia est animalis: pedes habere. rursus igit̃: animalis pedes habentis vt pedes habet/ differētia percipiat̃ oportet. Quare nō est dicendū: habētis pedes/ aliud particeps alarū/ aliud expers esse/ si dicere quispiā recte velit. at faciet hoc: si diuidere accōmodate non possit. sed hoc pacto dicatur oportet: aliud sectos pedes/ aliud non sectos habere. hæc enim: ad pedē accōmodata est differētia. qppe cū pedū sectio: q̄dā sit vt patet differentia pedis. atq; hoc pacto semper proficiscēdū est: quousq; ad ea puc-

Bessario.

& est. hic vero: non est alterum alterius particeps. genus etenim: non videtur particeps esse differentiarum. simul nanq; contrariorum: idem participaret. differentiæ namq;/ contrariæ: quibus genus differt. Q; si etiā participat: eadē ratio est/ si differentiæ quidem plures sunt. vt gressiuū bipes īplume. Cur enim vnum: sed nō multa sunt hæc? nō enim: quia insunt. sic enim: ex omnibus erit vnū. sed quia oportet vnum esse: quæcunq; in diffinitione sūt. diffinitio nāq;: ratio quędam vna/ & substātia est. quare vnius cuiuspiam oportet ipsam esse rationem. etenim substantia: vnum quiddam & quod quid (vt dicimus) significat. ¶ Oportet autem: 104
primo considerare de ijs quæ secundum diuisiones sunt/ diffinitionibus. nichil enī aliud in diffinitione est: nisi (quod primū dicitur) genus/ & differētiæ. cætera vero genera: sūt & ipsum primum/ & post hoc quæ cōpręhēduntur differentiæ. vtputa ipsum primum: est animal. consequens vero: animal bipes. & rurs9 animal bipes īplume. similiter etiā: si per plura dicatur. & omnino nichil differt per multa an per pauca dicatur. neq; vtiq; per pauciora q̄ duo. duorum vero: hoc quidem genus/ hoc vero differentia. vtputa huius/ animal bipes: animal quidem genus/ differētia vero alterum. Si igitur genus simpliciter non est præter eas quæ vt generis species sunt/ aut si est quidem sed tanq̄ materia est (vox nanq; genus & materia: differentiæ autem species. nam elementa quoq;: ex hac faciūt) manifestum est q diffinitio est ex differentijs ratio. ¶ At vero oportet etiam di- 105
uidi differētia differētiā. vtputa aīalis differētia est: vt pedes habere. rurs9: animalis pedes habentis defferētiā scire oportet/ prout pedes habet. quare non est dicēdum: pedes habentis aliud plumiferum/ aliud īplume/ si bene dicatur (verum quia non potest: faciet hoc) sed si/ aliud fissos/ aliud nō fissos pedes habens. hæ enim pedis differentiæ sunt. fissio nanq; pedum: aliqua peditas est. & sic semper procedi vult: donec ad idifferētia deue-

Bessario.

niatur. tũ autẽ tot pedis species erunt: quot
differẽtię. & pedes habẽtia animalia: æqua-
106 lia differẽtijs. ¶ Si igitur hæc ita se habeãt/
manifestum est ꝙ vltima differẽtia/ rei sub-
stantia erit & diffinitio: nec sane oportet cre
bro eadem in diffinitionibus dicere. super-
fluum: nanq; est. Accidit autem: hoc. cũ enĩ
animal pedes habẽs/ bipes dicat: nichil aliud
dixit nisi animal pedes habens/ duos pedes
habens. & si hoc propria diuisione diuidat:
crebro et ęqualiter ac differẽtias dicet. Si igit̃
differentiæ differentia fiat: vna quæ vltima
107 est erit species & substãtia. ¶ Si autẽ secũdũ
accidẽs/ vt si diuidat/ habẽtis pedes aliud al
bum/ aliud nigrum: tot quot sunt sectiones.
108 ¶ Quare manifestũ est: ꝙ diffinitio est ratio
quæ ex differentijs est/ & ex harum vltima
secũdum rectum. pateat autem hoc: si quis
trãsponat tales diffinitiones (vtputa: homi-
nis) dicẽs animal bipes/ habens pedes. sup-
fluum enim est habens pedes: dicto bipede.
ordo vero: non est in substantia. quo namq;
modo: intelligere oportet/ hoc quidẽ prius/
109 illud vero posterius? ¶ De his igitur diffini
tionibus quæ secundũ diuisiones fiũt/ qua-
les quædã sunt: hactenus dicta sint.

CAP. XIII.



110 Vm autem de substãtia cõ-
sideratio sit: rursus redea-
mus. dicitur autẽ: sicuti sub-
iectũ substãtia esse. & quod
qd erat esse. & quod ex his.
111 & vniuersale. ¶ De duobus
itaq; dictum est. etenim de quid erat esse: &
de subiecto ꝙ dupliciter subijcit̃. aut quod
quid existens: vt animal passionibus. aut: vt
112 materia actui. ¶ Videtur autẽ etiã vniuer-
sale causa quibusdam esse maxime: ac esse
principium ipsum vniuersale. quare de hoc
113 etiam tractemus. ¶ Videtur namq; impos-
sibile: substantiam esse quodcunq; eorum
quæ vniuersaliter dicũtur. prima nãq; sub-
stantia vniuscuiusq;: quæ propria cuiusq;
est/ quæ alij nõ inest. vniuersale vero: cõmu-
ne. hoc enim dicitur vniuersale: quod pluri-

Argyropylus.

niatur quæ differentia carent. ac tot species tunc pedis emergẽt/ animaliaq; pedes habentia: quot sunt ipsius differentiæ pedis. ¶ Quæ cum ita sint: patet vltimã differẽtiã/ substantiã rei diffinitionẽq; esse/ si non oporteat sæpe eadẽ in diffinitionib9 dicere. est enĩ superuacaneũ sane. Atq; idipsũ: accidere sane videt̃. cũ enĩ dicit aĩal pedes habẽs bipes: nichil aliud dixit q̃ aĩal pedes habẽs/ duos habẽs pedes. & si hoc diuisiõe diuidat sua: ꝑsępe idẽ dicet/ & toties porro quot sunt differentiæ ipsæ. Si igitur differẽtia differẽtiæ fiat: vna erit/ ipsa inquã vltima species atq; substantia rei. ¶ Sin vero per accidens diuisio fuerit / veluti si pedes habentis aliud album esse dixerit/ aliud nigrum: tot differentiæ nimirum quot sunt diuisiones emergẽt. ¶ Quare patet diffinitionẽ eã esse rationẽ: quæ ex differentijs constat/ atq; harũ ex vltima si diffinire volumus recte. dilucidũ aũt fuerit: si qspiã ordinẽ huiuscemodi diffinitionũ puerterit. veluti diffinitionẽ hominis: aĩal bipes pedes habẽs dicẽdo. dicto nãq; bipede: pedes habẽs superuacaneũ esse videtur. in substãtia autẽ: ordo nõ est. quomodo enĩ intelligere aliud posteri9: aliud pri9 oportet? ¶ Sed de diffinitionibus per diuisionem conficiẽdis: quales quædam sunt/ tot primo sint dicta.

CAP. XIII.



Vm aũt hæc cõsidera 44
tio de ipsa substantia sit: redeam9 rursus oportet. vt subiectũ itaq;/ & qdditas/ & quod ex hisce cõstat/ substãtia dicit̃: sic & ipsum vniuersale/ substãtia dici solet. ¶ Atq; de duob9 iã diximus: de qdditate inquã & de subiecto/ ꝙ qdem subijci dupliciter asseruimus. aut vt hoc aliquid: quo pacto affectib9 subijcitur aĩal. aut: vt materies actui.
¶ Videtur autem quibusdã: & vni- 45
uersale causa maxime atq; pricipiũ esse. quapropter & de hoc ipso ꝑtractem9 oportet. ¶ Impossibile enĩ esse videtur: quoduis vniuersaliũ/ substantiam esse. prima nanq; substantia cuiusq; rei: propria cuiusq; esse videtur. quæ quidem: vt patet/ nulli alij iest. vniuersale aũt: ẽ cõmune. id enĩ vniuersale dicit̃: qd pluri-

Argyropylus.

bus inesse est aptũ. cuius igitur: sub-
stantia hoc ipsum erit/ aut enim om
nium: aut nullius erit. at omniũ: esse
nõ potest. vnius vero si fuerit: & cæ
tera sane hoc erunt. quorum enim
substantia est/ atq; quidditas vna:
& ipsa etiam vnum esse videntur.
46 Deinde id substantia dicitur: quod
de subiecto non dicitur. vniuersale
autem: de aliquo subiecto dicitur sẽ
per. ¶ At hocne pacto non potest
vt quidditas/ in ipso autem inest:
ceu animal ipsum in homine atq;
equo. igitur patet: ipsius rationem
aliquam esse. nichil autẽ refert: & si
nõ omniũ est ratio/ quæ in substan-
tia sunt. nõ enĩ minus substantia cu
iuspiã: hoc erit. vt homo: hominis
in quo inest. Quare idẽ eueniet rur
sus. erit enim: illius substantia. ceu
animal ipsum: eius speciei in qua vt
47 ꝓpriũ inest. Præterea & impossibi-
le atq; absurdũ esse videbitur: ipsũ
hoc/ & substãtiã/ si ex quibusdã con
stet/ non ex substãtijs neq; ex eo qđ
est hoc aliqd/ sed ex quali eẽ atq; cõ
stare. erit enĩ profecto nõ substãtia
atq; quale: substãtia/ & eo quod est
hoc aliquid priꝰ. qđ quidẽ: fieri ne-
quit. neq; enĩ ratione/ neq; tempo-
re/ neq; generatione: affectus/ prio-
res substantia esse possunt. erunt enĩ
48 separabiles sane. Præterea Socrati
qui quidem est substãtia: substantia
erit vti patet. quare: duabus substã
tijs Socrates substantia erit. omni-
no autem accidit/ si homo substan-
tia sit/ & ea quæ hoc pacto dicũtur:
nichil eorum quę in rationibus sũt/
substantiam esse cuiusq̃/ neq; seor-
sum esse ab ipsis/ neq; in alio esse.
veluti/ nõ esse animal quicq̃ præter
animalia singula: neq; aliud quicq̃
eorũ quæ ĩ rationibus insunt. ¶ Ex
his igitur patet: nichil eorũ q̃ vni-
uersaliter competunt substantiã es-
se/ & nichil eorũ q̃ cõmuniter prę-
dicantur hoc aliquid sed quale si-
gnificare. alioqui: aliaq; complura
49 accidẽt/ & ipse tertius homo. Insu
per: & hoc pacto dilucidum esse vi
detur. impossibile est enim ex sub-
stãtijs q̃ hoc insũt pacto vt sit actu:
substãtiã vnq̃ cõstare. ea enĩ q̃ ita sũt
actu duo: nũq̃ actu sũt vnũ. sed si po
tẽtia duo sũt: erit vnũ. veluti duplũ
ipsũ: ex duobꝰ dimidijs potẽtia cõ-
stat. actus enim: nimirum separat.

Bessario.

bus natura aptum est inesse. cuius igitur:
hoc erit substantia/ aut enim omnium: aut
nullius. omnium vero: non est possibile. vni-
us autem si erit: cætera quoq; hoc erũt. quo-
rum enim substãtia vna/ & quod quid erat
esse vnum: ipsa quoq; vnum sunt. Itẽ sub-
stantia dicitur: quod non de subiecto. vni-
uersale vero: de subiecto aliquo dicitur sem
per. ¶ Sed vtrum ita quidem non contingit 114
vt quod quid erat esse/ in ipso autem inest:
vtputa animal in homine & equo. patet igi-
tur: ꝙ erit aliqua eius ratio. differt autem ni
chil: si non omnium ratio est eorum quæ in
substantia sũt. etenim: nichil minus hoc erit
substãtia alicuius. vt homo: hominis in quo
existit. quare iterum: idem accidit. erit enim
substantia/ illius substantia: vt animal speci-
ei in qua vt proprium existit. Item impossi-
bile ac inconueniens est ipsum quid & sub-
stantiam esse: si ex aliquibus non ex sub-
stantijs/ nec ex eo quod quid est/ sed ex
quali. prius namq;: non substantia & qua-
le erit q̃ substantia & quod quid. quod im-
possibile est. nec ratione enim/ nec tem-
pore/ nec generatione: possibile est passio
nes priores substantia esse. essent namq;
separabiles. Item Socrati substantiæ: in-
erit substantia. quare: duobus erit sub-
stantia. et omnino si homo & quæcunq; ita
dicuntur substantia est: accidit nichil eorũ
quæ in ratione sunt alicuius substantiam
esse/ nec sine ipsis existere/ nec in alio. dico
autem vtputa: non esse aliquid animal præ-
ter aliqua/ nec vllum aliud eorum quæ in ra
tione sunt. ¶ Ex his itaq;: considerantibus 115
patet/ nichil eorũ quæ vniuersaliter existũt
substantiam esse/ nichilq; eorum quæ com-
muniter prædicantur/ quod quid sed tale si-
gnificare. ꝙ si non: & alia multa accidunt/
ac tertius homo. Itẽ sic quoq; patet. impos
sibile enim est: substantiam ex substantijs es
se/ quæ sic insunt/ vt actu. quæ enim duo sic
actu sunt: nunq̃ vnum actu sunt. sed si po-
tentia/ duo sunt: erunt vnum. vt duplũ: ex
duobꝰ dimidijs potẽtia. actꝰ namq;: separat.

Cap. 13 14

Bessario.

Quare si substātia vnū: nō erit ex substātijs
inexistētib9. & secūdū hūc modū: quē recte
Democrit9 Democrit9 dicit. impossibile eni ait esse: ex
duobus vnū / aut ex vno duo fieri. magnitu-
dines namq; indiuisibiles: substātias facit.
116 ¶Patet igitur: ꝙ similiter & de numero se
habebit. si numerus quidem cōpositio vnita
tum est: vt a quibusdam dicitur. aut enim
non est vnū dualitas: aut non inest in ea vni-
117 tas actu. ¶Habet autem quod accidit: du-
bitationē. si enim nec ex vniuersalibus possi-
bile est vllam substantiam esse / propterea ꝙ
tale & non qđ quid significant / nec ex sub-
stantijs actu contingit vllam substantiam
esse compositam: quicq̄ incompositum erit
profecto omnis substantia. quare: neq; ra-
118 tio vllius substātiæ erit ¶At cūctis videt. &
iā dictū est: aut solius substantiæ / aut maxi-
me diffinitionem esse. nunc vero: nec huius.
119 nullius igitur diffinitio erit. ¶An quodā
modo quidem erit: quodā modo vero non?
manifestum autem quod dicitur: magis erit
ex posterioribus. CAP. XIIII.



120 X his autem ipsis: id etiā
patet quod accidit illis / qui
ideas pariter substantias
& separatas esse dicunt.
& pariter: ex genere & dif-
ferentijs faciunt speciem. Si
enim species & animal in homine sunt &
equo: aut vnum & idem numero sunt / aut
alterum. ratione namq;: patet ꝙ vnum. eā-
dem enim exhibebit rationem: qui dicit in
vtroq;. Si itaq; aliquis homo est ipsum per
se quod quid & separatū: necesse est vt etiā il
la ex q̄bus (sicuti aīal & bipes) quod quid si
gnificēt / & separata / ac substātiæ sint. quare
& ipsū aīal. si idē igit & vnū quiddā etiā in
equo / sicuti tu tibiipsi: quomodo ī separatī
existētib9 vnū erit? & cur nō etiā absq; seipso
erit aīal hoc? Deīde si participabit quidē bi
pede & multipede: impossibile quiddā acci
dit. cōtraria nāq; simul ierūt ipsi vni / & huic
quidem enti. sin minus: quis modus est / cū
aliquis dicat aīal & bipes aut ꝓgressiuū esse?

Argyropylus.

Quare si substantia sit vnum: nō ex
substantijs sane cōstabit. eoq; mo-
do: quē recte Democritus dicit. fieri
eni nō posse dicit: vt ex duobus vnū
aut ex vno duo conficiantur. ipsas
eni magnitudines indiuiduas: sub-
stantias esse censet. ¶Patet igitur:
& in numero rē simili modo sese ha
bere / si numerus vnitatū sit cōposi-
tio / vt a quibusdā asserit. aut eni du
alitas vnū non est: aut in ipsa non
inest vnitas actu. ¶At eni id quod 50
emergit: dubitationem habere vi-
det. nam si neq; ex vniuersalibus vl
la substantia esse potest / ꝓpterea ꝙ
nō hoc aliquid vniuersale ipsū / sed
quale significat / neq; fieri potest vt
ex actu substātijs vlla cōposita sub-
stātia cōstet: omnis ꝓfecto substātia
incōposita erit. quare: neq; ratio / vl
lius erit substātię prorsꝰ. ¶At oībus
esse videt. nosq; iā dudū: aut solius
substantiæ / aut maxime ipsi9 / diffini
tionē diximus esse. nūc vero: neq;
ipsius esse cōclusim9. ergo nullius:
vlla prorsus diffinitio erit. ¶An mo
do quodā erit: mō quodā non erit?
Verū id quod dicit: ex ijs quæ po-
sterius dicētur / magis emerget ac
patefiet. CAP. XIIII.



Tq patet ex ipsis: id qđ 51
accidit & ijsce qui di-
cūt ideas substantias
separatas eē / & simul
formam ipsam ex ge-
nere differētijsq; cōficiūt. Nā si sint
formæ / & aīal in hoīe sit atq; equo:
aut est vnū ideq; numero / aut diuer
sū. ratione eni patet vnū ideq; esse.
qui nāq; in vtroq; ipsū diffiniet: eā-
dē ratione vtiq; assignabit. Si igitur
est quispiā homo per seipsū hoc ali-
quid separatūq; & ea sane ex qb9 cō
stat vt animal atq; bipes / hoc aliqd
significare & separata substantiasq;
esse necesse est. quare: & aīal ipsū. si
igitur ipsū animal idē est / & in homi
ne & in equo / perinde atq; tu ipse
idē es quod tu ipse: quonā pacto id
erit qđ inest in ijsce q̄ sūt seorsū? et
cur ipsū aīal: nō & a seipso seorsum
erit? Deinde si bipedis quidē multi- 52
pedisq; particeps sit: impossibile qd
euenire videtur. ipsi namq; quod
quidē vnū atq; hoc aliqd est: cōtra-
ria inerūt simul. Sin vero nō ita sit:
quisnam est modus: cum ipsum ani
mal bipes esse aut gressibile dicitur?

Argyropylus.

¶At cōponūtur ne fortasse: aut tāgūt/aut sunt mixta? At omnia: sūt absurda. At ī vnoquoq; ne aliud inest? Igitur (vt breuibus dicā) infinita erūt ea quorum animal substantia est. non enim homo: ex animali per accidēs constat. Præterea ipsū animal: plura erit. est enim substantia: id animal/quod vnicuiq; inest. non enim per aliud dicitur. Q2 ni ita sit: ex illo homo constabit/& illud genus ipsius erit. & insuper omnia ex quibus homo constat: erunt ideæ. Igitur nō huius quidem idea: illius autem substātia erit. quippe: cum idipsum fieri nequeat. Vnumquodq; igitur animalium q̄ in animalibus insunt: ipsum animal erit atq; idea. Præterea ex aliquo profecto hoc erit: & quonam pacto/ex ipso erit animali? aut q fieri pōt vt hoc ipsū aīal substantia sit p̄ter animal ipsū? Præterea ī sēsibilibus: hæc eadē euenire/& his absurdiora videntur. Q2 si nequeūt hæc ita sese habere: patet ipsorū nō ita esse ideā/vt quidā inquiunt.

CAP. XV.

53 Vm autē substātia sit diuersa/totū ipsū/& ratio: atq; illa substātia ratio sit cū materia simul sūpta/hæc vero ratio tantū. ¶Quæ quidē illo pacto dicūtur: eorū est nimirū corruptio. ipsorū enim: est generatio. rationis aūt: non est/hoc pacto vt corrumpatur. neq; est gēratio eni. nō eni fit esse domus: sed huius domus. sed sine generatione corruptioneq; sunt: & non sunt. Demonstratum est enim: neminem hæc generare/ac facere. ¶Atq; substantiarum propterea sēsibilium quæ quidem sunt singulares: nec diffinitio est/nec demōstratio/q materiam habent. cuius natura ē talis: vt esse atq; nō eē possit. Quapropter oīa sigularia: istiusmodi subeūt corruptionē/vt patet. Q2 si demonstratio necessariorum est/& diffinitio ad scientiam attinet/fieriq; non potest/vt aut demonstratio aut diffinitio sit ei9 qđ aliter sese habere pōt/sed est dūtaxat opinio. quēadmodū neq; scientia/interdū scientia/interdum ignoratio esse potest/sed idipsum est opinatio:

Bessario.

¶Sed fortassis componuntur/& tangunt/aut miscentur. At cuncta: incōueniētia sūt. Sed diuersum: in vnoquoq; est. Infinita igitur (vt ita dicam) ea erunt: quorum substantia/animal est. non enim: secundum accidēs/ex animali homo est. Item multa erit: ipsū animal. nā & substātia: animal est/q đ ī vnoquoq; est. non enim secundum aliud dicitur. Q2 si non: ex illo erit homo/& genus eius/illud. Ac item omnia ex quibus homo: ideæ. non igitur alterius quidem idea erit: alteri9 vero substantia? impossibile namq; est. ipsū ergo animal: erit vnumquodq; eorū quæ in animalibus sūt. Itē ex aliquo hoc ipso erit: & quomodo ex ipso animali? aut quomodo est possibile esse animal quod hoc ipsū substātia est: præter ipsum animal? Itē in sēsibilibus: & hæc accidūt & his absurdiora. Q2 si impossibile est ita se habere: patet q non est eorū idea ita vt quidā aiūt. CAP. XV. 121

Vm autem substantia altera sit ipsum scilicet totum/& ratio: dico autem q illa quidem ita substantia est cum materia simul accepta ratio. hæc vero: rō simpliciter. 122

¶Quæcūq; igitur illo modo dicuntur: eorum quidem est corruptio. nam & generatio. rationis autem non est: ita vt corrumpatur. nec enim generatio est (non enim fit domui esse: sed huic domui) sed absq; generatione & corruptione sunt/& non sunt. ostensum est enim: q nullus hæc generat neq; facit. 123 ¶Propterea etiam substantiarum sensibilium singularium: neq; diffinitio neq; demonstratio est/eo q habet materiam. cuius natura talis est vt esse & non esse contingat. Quare corruptibilia sunt: omnia singularia earum. Si igitur demonstratio & diffinitio scientifica necessariorū est/& non contingit sicuti neq; scientiā quandoq; scientiam/quandoq; ignorantiā esse/sed quod tale est/opinio est: ita neq; demonstrationem neq; diffinitionem. sed opinio est eius: qđ cōtigit & aliter se habere. 124

Bessario.

patet ꝙ neqꝫ demonstratio / neqꝫ diffinitio
eorum est. corruptibilia namqꝫ / non sunt
manifesta ijs qui scientiam habent: cum a
sensu abscesserint. & rationibus eisdem in
animo saluis: non erit amplius neqꝫ diffi-
125 nitio neqꝫ demonstratio. ¶ Quare cum
quis eorum quæ ad diffinitionem quicq̃
singularium diffiniat: oportet non ignora-
re ꝙ semper perimendū est. non enim: con-
126 tingit diffinire. ¶ Nec vllam ideam: est
diffinire. singularium enim (vt aiunt) idea
est / & separata. necessarium autem: ex no
minibus rationem esse. nomen vero non
faciet: qui diffinit. ignotum enim erit. quæ
vero posita sunt: omnibus communia sunt.
necesse est igitur: & alijs talia inesse. Et si
quis te diffiniat: animal dicet gracile / aut al-
127 bū / aut aliquid aliud qđ & in alio sit. ¶ Qꝫ
si quis dicat / nichil prohibere separatim
quidē omnia multis simul vero huic soli in-
esse. primum quidem: ꝙ etiam ambobus. vt
animal bipes: animali & bipedi. & hoc in sē
piternis quidē etiam necesse est esse: cum pri
ores existāt & partes compositi. at vero etiā
separabilia: si hoc quidē quod homo / sepa-
rabile. nam aut nullum: aut ambo. si igitur
nullum: non erit genus præter species. ꝙ
si: erit etiam differentia. deinde quoniam
priora ipso esse: hæc sane non vicissim
perimuntur. Deinde si ex ideis ideæ: mi-
nus profecto composita sunt ex quibus.
Item de multis oportebit etiam illa præ-
dicari ex quibus idea: vt animal & bipes.
Qꝫ si non: quomodo scietur? erit namqꝫ
aliqua idea: quam impossibile est de plu-
ribus prædicari q̃ de vno. non videtur au
tem: sed omnis idea esse participabilis.
128 ¶ Queadmodum igitur dictum est: latet
ꝙ impossibile est in perpetuis diffinire /
maxime vero quæcunqꝫ vnica sunt vt sol /
aut luna. non solum enim in hoc peccant /
ꝙ talia addunt quibus ablatis adhuc erit
sol / vtputa ꝙ circuit terrā / aut ꝙ nocte ab-
sconditur (si enim steterit / aut apparuerit:
nō erit amplius sol) sed incōueniēs est / si nō.

Argyropylus.

patet neqꝫ diffinitionem / neqꝫ de-
monstrationem ipsorum esse. non
enim sunt manifesta ea quæ corrū-
puntur / ijs qui scientiam habent: cū
nō sunt præsentia sensui. atqꝫ in ani
ma eæ qdē sūt rationes / q̃ seruant̄:
nulla autem ipsorum diffinitio neqꝫ
demonstratio erit. ¶ Quamobrem
cum quispiam singularium quip-
piam diffinit: non ignoretur opor-
tet talem semper assignationem tol
li / atqꝫ interimi posse. fieri enim ne-
quit: vt diffinitio assignēt. ¶ At vero
neqꝫ vlla idea diffiniri potest. est enī
(vt inquiūt) ipsa idea: singularis ac
separata. rationem autem ex nomi- 54
nibus constare: necesse est. at qui dif
finit: non faciet nomen. erit enim:
ignotum. ea vero quæ sunt posita:
cōmunia cunctis sunt. et alijs ergo
competant ista: necesse est. veluti si
& quispiā diffinierit te: animal dicet
gracile / aut album / aut aliud quip-
piam / quod & alij competet. ¶ Si
vero quispiam nichil prohibere di-
xerit / seorsū quidē omnia / multis si-
mul autē huic soli competere: dicē-
dum est primo quidem ipsum ani-
mal bipes / & ambobus aīali inq̄ bi-
pediqꝫ competere. Atqꝫ hoc in per-
petuis / & necesse ē esse: quia sūt prio
ra & ipsius compositi partes. At sūt
etiā separata: si quidē homo est se-
paratū. aut enī nichil: aut vtrumqꝫ.
Si igitur nichil: nō erit p̄ter species
ipsū genus. si vero erit vtrūqꝫ: & dif
ferētia ipsa etiā erit. deinde q̄a prio-
ra sūt ipo esse: hæc aūt nō ecōtra tol
lunt̄. Pręterea ipsę ideę: sūt ex ideis. 55
sūt enī magis ea incōposita: ex qb9
qppiā cōstat. Præterea de multis &
illa p̄dicent̄ oportet: ex quibus ipsa
idea constat. vt animal atqꝫ bipes.
qđ si non prædicentur: quonam co-
gnoscetur modo? erit enim quædā
idea: quæ de pluribus q̃ vno impos
sibile est prædicari. at non videtur:
sed oīs idea participabilis eē videt̄.
¶ Vt igitur dictū est / latet fieri non
posse / vt diffinitio in perpetuis assi-
gnetur: maxime vero in ijsce quæ
vnica sunt / qualis est sol aut luna.
non enim solum ex eo peccāt / quia
talia addunt quibus sublatis adhuc
sol erit / quale ē circa terrā ꝓficiscēs /
aut qđ noctu celatur (si steterit enī
aut si visus fuerit: non vlterius sol
erit) at absurdum videtur / si nō erit.

Argyropylus.

sol enĩ: substantiã quãdã significat.
Præterea sumunt ea: quæ de alio
etiam dici possunt. veluti si alius ta
lis fuerit: patet illum continuo so-
lem fore. ratio ergo illa: communis
erit. at singularis ipse sol erat: perin-
de atq; Socrates aut Cleon. ꝙ si ra-
tiões taliũ esse possit: cur ipsorũ ne-
mo diffinitionẽ affert ideę? fuerit aũt
manifestũ: si qspiã afferre aggredieẽ
verũ id eẽ qd nũc ẽ dictũ. Cap. XVI



56 Atet autem: & eorum
complura quæ substã
tiæ esse videntur/ po-
tentia esse. vt anima-
lium partes. nulla enĩ:
ab istis est separata. cum vero fue-
rint separatæ: tũc etiam sunt/ vt ma
teria cũctæ/ & terra/ & ignis/ ac aer.
nichil enim ipsorum est vnum: sed
vt cumulus anteaq̃ digerantur/ &
vnum quippiam ex ipsis emergat.
¶ Maxime autem partes animan-
tium atq; animæ/ prope ad hoc ac-
cedere quispiã arbitrabitur/ vt actu
sint & potentia: propterea ꝙ ab ali
quo motus principia in flexionibus
habent. ¶ Quocirca: quædam ani-
malium diuisa viuunt. attamen cũ-
cta potẽtia erũt: cũ vnũ sũt cõtinu-
ũq; natura sed nõ vi/ aut copulatio-
57 ne. tale enĩ est lesũ. ¶ Quoniã autẽ
ipsũ vnũ pinde atq; id qd est dicit/
substãtiaq; vnius est vna/ & quorũ est
substãtia numero vna/ ea sũt nume
ro vnum: patet neq; ipsum vnum/
neq; id quod est rerum substãtiam
esse posse. queadmodum nec elemẽ
ti esse aut principij: vt substantia est
cuiusq;. ¶ Sed quærimus quodnam
sit ipsum principiũ: vt ad magis no
tũ proficiscamur. horũ igitur: id qd
est ipsũ vnũ/ magis substantia q̃ prĩ
cipiũ & causa & elementũ esse vide
tur. at neq; hæc sũt: si quidem neq;
aliud quicq̃ cõe substantia sit. nul-
li enĩ alij substãtia cõpetit: nisi sibiip
si/ & ei q habet ipsã cuius substãtia ẽ.
ꝑterea ipsũ vnũ: pluribus locis simul
esse nõ põt. cõmune aũt ipsũ: multis
ĩ locis ẽ simul. quare patet: nil vni-
58 uersaliũ seorsũ ꝑter sigula eẽ ¶ Sed
qui formas inquiunt esse: partim re-
cte dicũt sepantes ipsas/ si qdẽ sub-
stantiæ sint. parti nõ recte: ꝓpterea
ꝙ ipsam vnam formã/ de pluribus
ꝑdicant. & causã huius: hãc esse cõ
stat. nõ enim reddere possunt quæ-

Bessario.

sol enim: substantiam quandam significat.
Item quæcunq; in alio contingunt/ veluti
si alter fiat talis: patet ꝙ erit sol. cõmunis er
go: ratio. at sol singulariũ erat: sicut Cleon
aut Socrates. Cæterũ cur nemo eorum dif-
finitionẽ profert ideę? fiet enĩ profecto ma-
nifestum tentantibus: verum esse quod nũc
dictum est.

CAP. XVI.



Anifestum autem est: ꝙ eti- 129
am eorum quæ videntur es-
se substantiæ/ plures poten-
tiæ/ & partes animaliũ sũt.
nichil enim eorum: separatũ
est. cum autẽ separarentur:
tum etiam vt materia omnia/ terra/ ignis/ &
aer. nichil enim eorum/ vnum est: sed quasi
cumulus/ anteq̃ digerantur & ex eis vnum
fiat. ¶ Maxime autem aliquis/ animatorũ 130
partes putauerit & animæ propiquas: am-
bas fieri vt sint & actu & potentia. eo ꝙ prĩ
cipia motus ab aliquo: in iuncturis habent.
¶ Quare quædam animalia: diuisa viuũt. 131
sed tamen potentia omnia erunt/ cum vnũ
& continuũ fuerit natura/ sed non vi/ aut co
pulatione. tale nãq; lesio est. ¶ Cũ autẽ vnũ 132
dicatur sicuti & ens/ & substãtia vnius vna/
& quorũ vna numero vnũ numero: manife
stũ/ ꝙ neq; vnũ neq; ens cõtingit substantiã
esse rerũ/ sicuti neq; elemento esse aut princi-
pio. ¶ Sed quærimus quid ergo princi- 133
pium: vt ad notiora referamus. magis igi
tur his substantia est ens & vnum: q̃ prin-
cipium & elementum & causa. sed necdũ
ista: si nec aliud quidem commune vllum
substantia est. nulli enim inest substantia
nisi sibiipsi & habenti eam cuius substan-
tia est. item ipsum vnum: in pluribus nõ
erit simul. commune vero: simul in pluri-
bus est. quare patet: ꝙ nichil vniuersalium
separatim præter singularia est. ¶ Sed qui 134
species dicunt: partim recte dicunt sepa-
rantes eas/ si substantiæ quidem sunt. par-
tim non recte: quoniã vnã in multis speciẽ
dicũt. causa vero ẽ: ꝙ nõ habet reddere quę-

Bessario.

nam tales incorruptæ substantiæ præter
singulares & sensibiles / sint. faciunt igitur
easdem specie ijs quæ sunt corruptibiles
(has enim cognoscimus) ipsum hominem
& ipsum equum addentes vocabulum ip-
sum / sensibilibus. attamē etiā si non videre-
mus astra: nichil minus (vt puto) esset sub-
stantiæ perpetuæ præter eas quas nos scire-
m9. Quare nūc quoq; si nō habeam9 q̄nā
sint: necesse tamē fortassis fuerit aliquas esse
135 ¶ Q; igitur nec eorum quicq̄ quæ vniuer-
salia dicuntur substantia sit / nec vlla sit sub-
stantia / ex substātijs: patet. CAP. XVII.
136 QVid vero & quale quid sub-
stātiam dicere oporteat: rur
sus aliud quasi principium
facientes / dicamus. fortas-
sis enim ex his: erit ma-
nifestum de illa quoq; sub-
stātia q̄ est separata a sensibilibus substātijs.
Cū igit̄ substātia pricipiū & causa q̄dā sit:
137 hīc est procedēdū. ¶ Quærit̄ vero ipsū pro-
pter q̄d: sēper sic. propter quid: aliud alij ali
cui inest. q̄rere nāq; ꝑpter q̄d music9 homo
musicus hō est: certe q̄rere est q̄d dictū est /
138 ꝑpter q̄d hō musicus est / aut aliud ¶ Quere
re igit̄ ꝑpter q̄d ipsū est ipsū: nichil ē q̄rere.
oportet enī ipsū ꝙ & ipsū esse: existere ma-
nifesta entia. dico autē vtputa ꝙ luna pati-
tur eclipsim. ipsius autem ꝙ id ipsum: non
nisi vna ratio vnaq; causa in omnibus (pro-
pter quid homo est homo / aut musicus
musicus) si quis dicat / ꝙ vnumquodq; ad
seipsum indiuisibile est. hoc autem: erat
vnum esse. sed hoc: & cōmune de omnibus /
139 & breue est. ¶ Quærat autem aliquis: pro-
pter quid homo / animal tale quoddam est.
hoc igitur manifestum est: ꝙ non quærit ꝑ-
pter quid is q̄ est homo / homo est. aliq̄d er
go de aliquo quærit: ꝑpter q̄d inest. ꝙ autē
inest: oportet manifestū esse. si enī nō ita: ni-
chil quærit. vtputa: propter quid tonat?
quia sonus: in nubibus fit. ita namq;: aliud
de alio est quod quæritur. & propter quid
hæc vtputa lateres & lapides: domus sūt?

Argyropylus.

nam sint tales substantiæ / quæ corruptionem non subeunt / quæq; sūt præter singulas sensibiles ve substātias. Faciūt igitur ipsas / ab ijs quæ occidunt specie non differentes: ipsum hominem & ipsū equum (hæc enim cognoscimus) hanc dictionē ipsum inquam: rebus sensibilibus adiungentes. & tamen si etiam stellas non vidissemus: non minus (vt arbitror) præter eas quas nos scim9 substantiæ perpetuę essēt. Quare & nunc / & si quænā sint videre nō possumus: esse tamen aliquas fortasse necesse est. ¶ Patet igitur / neq; q̄cq̄ eorum quæ dicuntur vniuersalia / substantiam esse: neq; substantiam ex substantijs vllam constare.

CAP. XVII.


Vid autem & quale q̄d 59
substantiā dicere oporteat: rursus alio quasi principio sumpto dicamus. ex his enim: & de substantia illa fortasse patebit / quæ a sensibilibus substantijs est separata. Cum igitur ipsa substantia principium sit & causa quædam: hunc exordiamur oportet. ¶ Quæritur autem: ipsum propter quid / hoc semper pacto. propter quid: aliud alicui alij inest. Quærere enī cur musicus homo musicus est homo: est sane quærere id quod est dictum / propter quid inquam homo musicus est / aut aliud. ¶ Quærere igitur cur ipsum est ipsum: nichil est quærere. pateat autem: inesse atq; esse oportet. veluti lunam deficere. huius autem cur ipsum est ipsum: vna ratio in vniuersis ac vna causa est / cur homo est hō / aut musicus musicus. nisi quispiam dicat: quia ad seipsum vnumquodq; indiuisibile est. hoc autem: est ipsius vnius esse. verum hoc: cōmune de omnibus est atq; breue. ¶ Quæsierit autem quispiam: cur homo est animal tale. atq; hoc patet illum non quærere: cur qui est homo est homo. ergo aliquid de aliquo quærit cur illi cōpetit. pateat autē illud esse: oportet. alioqui: nichil quærit. Veluti: cur tonitat? quare fit in nubibus sonus? hoc enim pacto: aliud ē de alio id q̄d q̄rit̄. & cur hęc / ceu lateres lapidesq;: sūt dom9?

Argyropylus.

Causam igitur illum quærere: patet. hæc autem: est ipsa quidditas/ vt disserendi modo dicatur. quæ quidem: in quibusdam est id gratia cuius cætera fiunt. vt in domo forsitan aut lectica. in quibusdam: id quod primo mouit. est enim & hoc ipsum: causa. sed talis quidem causa quæritur: cum res fiunt & corrumpuntur. altera autem: & cum sunt. ❡Latet autem id quod quæritur: in ijsce maxime quę non accommodate dicuntur(vt homo propter quid est) propterea ꝙ simpliciter nõ definite dicitur hæc aut hoc ❡Oportet ergo q̃rere definite. alioqui fiet: vt aliquid & nichil quærat

60 ❡Cum autem ipsum esse/ & habere & competere oporteat: patet materiam querere/ ꝓpter quid est. veluti: cur hæc sunt domus? propter id ꝙ hæc sunt. quod erat esse domus/ & cur homo ē hoc? aut cur corp9 hoc habet/ quare? causa materiæ quæritur. hæc autem: est forma: qua quippiam est. hæc autem: est substantia ipsa. ❡Patet igitur quæstionem in simplicibus non esse/ nec doctionē: sed aliū esse quæstionis talium modum. ❡Quoniam autem id quod ex aliquo constat sic est compositū. vt vniuersum sit vnum/ at non vti cumul9 sed vt syllaba(atq; syllaba: non est elementa ipsa / neq; est idē quod B & A) neq; caro est ignis ac terra. dissolutis enim: hæc quidem non sunt/ caro inquam ac syllaba. elementa autem: sunt/ & terra ac ignis. syllaba profecto est/ non solum elementa/ vocalis inquam litera atq; muta: sed etiā aliquid aliud. & itidē caro/ nõ solum ignis ac terra aut calidum frigidumq;: sed etiam aliquid aliud. Qz si & illud: aut elementū aut ex elementis esse necesse est. si elementum est: ratio rursus eadem erit. ex hoc enim/ & igne/ ac terra/ & insuper alio: caro cõstabit. quare: in infinitū proficiscetur. sin ex elemento est: non ex vno/ sed ex pluribus(vt patet) cõstabit vel illud ipsum erit profecto. Quare rursus: eandem in hoc & in carne vel syllaba rationem dicemus. videbitur autem esse aliquid hoc/ & non elemētū & causa: vt hoc qdē sit syllaba/ hoc aūt caro. & ī cæteris: simili mõ.

Bessario.

manifestum itaq; & est: ꝙ causam quærit.
hæc autem: est quod quid erat esse/ vt logice
dicam. quæ in quibusdam quidem: est cu-
ius gratia. vtputa fortassis: ī domo & lecto.
in quibusdam vero: quod primum mouit.
causa namq;: etiam hoc. sed talis quidē cau-
sa quęritur: dum quippiam fit vel corrumpi
tur. altera vero: etiam dum est. ❡Latet autē 140
præcipue quod quęritur: in ijs quæ non de
alijs dicūtur(vtputa: quęritur homo q̄d est)
eo ꝙ simpliciter dicitur / neq; determinatur
ꝙ hæc vel hoc. ❡Oportet igitur recte dispo 141
nentes quærere. ꝙ si non: commune fit eius
quod nichil est quęrere/ & ei9 q̄d aliquid q̄-
rere. ❡Cum autem & habere & existere ip 142
sū esse oporteat: manifestum est ꝙ propter
quid est/ ipsam materiā quærit. vtputa: hæc
sūt domus. propter quid? quia hæc existūt.
quod erat domui esse/ & homo hoc/ aut cor-
pus hoc tale habens: quare? causa mate-
riæ quæritur. hæc autem: est species qua ali-
quid est. hæc autem: est substantia. ❡Patet 143
itaq;: ꝙ de simplicibus non est aliqua quæ-
stio neq; doctrina. sed alius talium quæstio-
nis modus. ❡Cum vero quod ex aliquo 144
compositum/ ita vt vnum totum sit: non est
vt cumulus/ sed vt syllaba. syllaba vero: non
est ipsa elementa. nec idem: B & A. nec ca-
ro: ignis & terra. dissolutis namq;: hæc qui-
dem amplius non sunt / vt caro & syllaba.
elementa vero / ignis & terra: sunt. est er-
go syllaba aliquid: non solum elementa/ vo-
calis & muta/ sed etiam aliquid aliud. & ca-
ro: non solum ignis & terra / aut calidum
& frigidum / sed etiam aliquid aliud. Si
igitur necesse est illud quoq; / aut elementū/
aut ex elementis esse: si elementum quidē/
rursus eadem ratio erit. ex hoc enim & igne
et terra erit caro: & itē alio. quare ī īfinitū ꝓ-
gredietr. si vero ex elemēto: patet ꝙ non ex
vno sed ex plurib9 q̄ idipsū/ erit. quare iterū
de hoc: eādē rationem dicem9 quā de carne
aut syllaba. Videatur autē esse aliq̄d tale/ &
nō elemētū ac causā: sed hoc carnē/ hoc ve-
ro syllabam esse. similiter & de cæteris.

Bessario.

145 ¶ Substātia vero cuiusq; quidem: hoc. hoc nāq; prima ipsi⁹ esse causa est. cū autē quædā non substantiæ rerū sint/ sed q̄cunq; substātiæ secundū naturā & natura constitutæ sint: videri possit ꝑfecto aliquib⁹ hæc quoq; natura/ substātia esse/ q̄ nō elemētū sed pricipiū est. elemētū autē est: i q̄d iexistēs/ diuiditur vt materiā. vtputa syllabæ: ipsū A & B.

¶ Septimi metaphysicorū Aristotelis interprete Bessarione/ libri finis.

¶ Octauus metaphysicorū Aristotelis īterprete Bessarione ad Alphonsum regem.



X ijs igitur quæ dicta sunt: colligere oportet/ ac congregando sūmatī/ finē īponere. Dictū autē ē: q̄ substātiarū/ causæ/ principia/ & elemēta quærūtur. Substātiæ vero q̄dam: ab omnibus cōcessę sunt. de quibusdā separatim enunciauerunt quidam. concessę quidem: quæ naturales sunt. vt ignis/ terra/ aqua/ & cætera simplicia corpora. deīde plātæ: & partes earum. & animalia: & partes eorum. & tandem cœlum: & partes cœli. separatim autem: substantias quidam esse dicunt species/ & mathematica. alias vero accidit ex orationibus substantias esse: quod quid erat esse & subiectum. Item aliter genus magis q̄ species: & vniuersale q̄ singularia. Vniuersali vero & generi: ideæ quoq; copulantur. eadem nanq; ratione: substātiæ videntur esse. Cum autem quod quid erat esse substantia/ huius autem ratio/ diffinitio: ideo de diffinitione/ & de secundū se determinatū est. Quoniā vero diffinitio/ oratio/ oratio autē ꝑtes habet: necesse quoq; de parte erat videre/ q̄nā substātiæ ꝑtes/ & q̄ nō. & si has: diffinitiōis quoq; eē oportet.

Argyropylus.

¶ Atq; substantia quidem hoc: est vniuscuiusq;. nam vt quæq; res sit: hoc est profecto causa prima. cū autem quædā rerum non substantiæ sint/ sed quæ substantiæ secundum naturam constent: hæc vtiq; natura substantia quibusdam esse videbitur/ quæ non elementum sed pricipium est. Id autē est elementum: in quod res diuiditur insitū/ vt materiā, quale & syllabæ: A ipsū & B.

¶ Septimi metaphysicorum Aristotelis interprete Argyropylo/ libri finis.

¶ Octauus metaphysicorū Aristotelis interprete Argyropylo ad Cosmam Medicē.



X ijs igit̄ quæ dicta sūt ratiocinemur: summaq; collecta/ finē ponamus oportet. Dictū est itaq;: substātiarū causas/ pricipia/ elemēta ve quæri. Substātiarum autem: aliæ ab omnibus in ratione rerum esse concedūtur. aliæ: allatæ a quibusdā propria opinione fuere. et primæ quidem: naturales substantiæ sunt/ ignis inquam/ terra/ cæteraq; simplicia corpora. deinde plantæ: partesq; ipsarū. & animalia: atq; aīaliū partes. & tādē cœlū: cœliq; partes. secūdæ vero: formę & mathematica ipsa. alias præterea ex rationibus accidit substantias esse: quidditatem inquam/ atq; ipsum subiectum. Et īsuper alio modo/ gen⁹ magis q̄ species: & vniuersale magis q̄ singularia substantiam esse. Vniuersalis autem atq; generis: & ipsæ ideæ cōditionem subeunt. eadē enī ratione: substātiæ esse videntur. At cū q̄dditas substātia sit/ hui⁹ vero rō sit diffinitio: de diffinitiōe ꝑpterea/ & de eo q̄d est p se diffiniuim⁹. Cū diffinitio īsup sit ratio/ rō vero ꝑtes habeat: de ꝑte etiā necessariū erat videre/ quæ sūt substātiæ/ & quæ nō sūt substātiæ ꝑtes. & si eædē: & diffinitionis sint ꝑtes.

Margin: 1 (beside "X ijs igit̄"), 2 (beside "ro: formę & mathematica ipsa. alias").

Argyropylus.

Præterea:neq; vniuersale/ substan-
tia est neq; gen9. Ac de ideis quidē
ac mathematicis:posterius cōside-
rare oportet.præter enim sensibiles
substantias:hæc quidā inquiunt es-
se. ¶Nunc autem de ijsce substan-
tijs pertractemus: quas omnes esse
fatentur.hæ vero:sunt sensibiles ip
3 sæ substantię.quas quidem materi-
am:vniuersas habere cōstat. ¶Est
autem ipsum subiectum:substātia.
alio quidem modo:ipsa materies.
atq; materiam eam dico: quæ non
actu hoc aliquid/ sed potentia est.
alio vero modo:ratio atq; forma.
quod quidem est hoc aliquid: atq;
separabile ratione.tertium autē: est
id/ quod ex hisce constat.cuius ge-
neratio solius est/ atq; corruptio:
quodq; simpliciter est separabile.
substantiarum enim earum quæ ad
rationem accommodantur: quædā
separantur/ quædam non separan-
4 tur. ¶Patet autem:& materiā sub-
stantiam esse.in vniuersis autem op
positis mutationib9: est aliquid qd
mutationibus ipsis subijcitur. vt in
loco:id quod est hic/& postea alibi.
& in accretione: id quod nūc tātū/
postea vero maius est aut minus.&
in alteratione etiam: id quod nunc
quidē est sanū/ postea vero ægro-
tat.similiter & in substātia: id quod
nūc generationi/ nunc corruptioni
subijcitur. & nunc quidē subiectum
est/vt hoc aliqd:rursus autē subie-
ctū/vt sub priuatione. ¶Et sequūt
igit hāc:cęteræ mutationes.ipsa au
tē:aut vnā cæterarū non sequit/aut
duas.nō eni si quippiā habeat ma-
teriā loco accōmodatā:id & genera
tioni subiectā habere corruptiōi ve
necesse est.qd igit interest inter sim
plicem generationem atq; non sim-
plicem: in naturalibus libris est di-
ctum.

CAP. II.



5 Vm autē eam sub-
stātiam quæ vt sub-
iecta est & materi-
es/omnes esse fatē-
tur/ atq; hæc est ea
quæ est potētia: re-
stat vt sensibilium
eam substantiam quæ est vt actus/
quænā sit/ deinceps dicamus. De-
mocrit9 igit:putare videt tres diffe-
rētias esse. subiectū eni corp9/ ipsā
materiā; vnum idemq; esse censet.

Bessario.

Itē etiā:nec vniuersale substātia est/ neq; ge-
nus. De ideis vero & mathematicis: poste-
rius considerandum est.etenim præter sen-
sibiles substantias: has quidam esse dicunt.
¶Nūc vero de cōcessis substātijs tractem9. 2
hæ autē sunt:q̄ sensibiles sūt.sensibiles vero
cunctæ substātiæ:materiā habēt. ¶Est aūt 3
substātia:idipsū quod subijcitur.aliter qdē
materia:et aliter ratio.materiā autē dico: q̄
cū non quod quid actu sit/potētia est quod
quid. aliter autem ratio & forma: quod cū
sit quod quid/ratione separabile est.tertium
vero:quod ex his est.cuius generatio solius:
& corruptio est.& separabile simpliciter.ea-
rum enim substantiarum quæ secundum ra
tionem:quædam sunt separabiles/quædam
vero non. ¶Qꝫ autem materia quoq; sub- 4
stantia est:patet.in cunctis nanq; oppositis
transmutationibus: est aliquod transmuta-
tionibus subiectum. vtputa secundū locum:
qd nunc hic rursus alibi. & secundū augmē
tationem:quod nunc tantum/ rursus minus
aut maius.& secundum alterationem:quod
nunc sanum/ rursus ægrum.similiter autem
& secundum substantiam:quod nūc in gene
ratione/rursus in corruptione. & nunc qui-
dem subiectum: vt quod quid. rursus autē
subiectum:vt secundum priuationem. ¶Et 5
sequuntur hanc etiam:aliæ trāsmutationes.
cæterarum vero aut vnam aut duas:hæc nō
sequitur.non enim est necesse si quid mate-
riam habet localem:hoc generabilem etiam
& corruptibilem habere.verum quæ inter
simpliciter fieri/& non simpliciter differētia
sit:in physicis dictum est.

CAP. II.



Vm autem quædā vt subie- 6
cta et vt materia/concedatur
substātia hæc autem est quę
potentia est:restat illam quæ
vt actus substantia sensibi-
lium est/ quænam sit dicere.
Democritus igitur tres diffe Democrit9
rentias esse videtur existimare. subiectum
enim corpus / materiam: vnum & idem.

PHILOSOPHIA DEMOCRITI

Bessario.

differre autẽ: aut rhysmo quod est figura.
aut trope: quod est situs. aut diathige: quod
7 est ordo. ¶ Videntur autem multæ differẽ-
tię esse. vtputa quædã compositione dicun-
tur materiæ: sicuti quæcũq; / mixtura / quẽ-
admodum melicratũ. quædam clauo: vt ar-
ca. quædam ligamine: vt fascis. quædã glu-
tine: vt liber. quædam: pluribus ex his. quæ-
dam positione: vt limen & superliminare.
hęc enĩ: eo ꝙ modo quodã sita sint / differũt.
quædam tẽpore: vt cœna & prandiũ. q̃dã
loco: vt venti. quædam sensibiliũ passioni-
bus: vt duritie & mollitie / & dẽsitate & ra-
ritate / et siccitate / et humiditate. & quædã:
quibusdã ex his. quædam: oĩbus his. et sim-
pliciter: quædam / redundantia. quædã: de-
8 fectu. ¶ Quare patet ꝙ & ipsũ est: toties di-
citur. limen enim est: quoniam ita situm est.
& esse: sic ipsum poni significat. & glaciem
esse: sic densari. quorundam vero esse: & his
omnibus diffinietur. eo: ꝙ quædam miscẽ-
tur. quædam: temperantur. quædam: ligan
tur. quædã: densantur. quædam: cæteris dif
9 ferentijs vtũtur / sicuti manus aut pes. ¶ Ac-
cipienda igitur genera differentiarum. hæc
enim: principia existentiæ erunt. vt quæ in
magis & minus / aut denso & raro: & cæ-
teris talibus. cuncta etenim hæc: redundã-
tia & defectus sunt. ꝙ si quid figura / aut
læuitate aut asperitate: õnia recto & curuo.
his vero esse: erit misceri. opposito autẽ mo-
10 do: nõ esse. ¶ Manifestũ igitur ex his est / ꝙ
si substãtia causa est vt vnũquodq; sit: in his
quærẽdum est / quænam vt horum singula
11 sint / causa est. ¶ Substantia itaq; nichil ho-
rum est: neq; cõbinatũ. attamen proportio-
nale in vnoquoq;. & queadmodũ in substã-
tijs / qđ de materia p̃dicatur / ipse actus est:
& in alijs diffinitionibus maxime. vtputa / si
limẽ oportebit diffinire: lignũ / aut lapidem
sic positũ dicem⁹. & domũ: lateres / aut ligna
sic posita (an etiam: & cuius causa in quibus
dã est.) si vero glaciẽ: aquã cõgelatã / aut sic
dẽsatã. cõsonãtia vero: est acuti & grauis mi
xtio talis. eodẽ autem modo: & in cæteris.

Argyropylus.

figura vero / positione / ordineq; dif
fert. ¶ Multæ autem differentiæ es-
se videntur. alia nanq; materiæ cõ-
positione dicũtur: vt ea quæ mixti-
one constãt / quale est mulsum. alia
vinculo: vt fascis. alia glutino: vt li-
ber. alia clauo: vt arca. alia: horum
pluribus. alia positione: vt limen ac
superliminare: hæc enim: positione
differunt tali. alia tempore: vt pran
dium atq; cæna. alia loco: vt venti.
alia affectibus sensibilium: ceu du-
ritie / mollitudine / densitate / rarita-
te / humiditate / ac siccitate. & alia:
quibusdam horum. alia: vniuersis.
et õnino alia: excessu. alia: defectu.
¶ Quare patet: & ipsum est / tot di-
ci modis. Est enim limẽ ex eo: quia
sic est situm. & esse ipsum: sic esse si-
tum significat. & glaciem esse: hoc
pacto esse densatam. esse autem ip-
sum nõnullorũ: & his vniuersis dif-
finiet. ex eo sane: quia alia sunt mi-
xta. alia: cõplexa. alia: ligata. alia:
densata. alia: alijs differentijs vtũ-
tur / vt pes aut manus. ¶ Differen-
tiarum igitur genera: sunt sumẽda.
hæc enim principia erunt: vt vnũ-
quodq; id sit quod est. vt ea quæ ĩ-
tẽsione remissioneve talia sunt: aut
densitate raritateve & istiusmodi cę
teris. hæc enim omnia: excessio est
& defectio. si vero quippiã tale est fi
gura aut lęuitate duritieve: id om-
ne tale est rectitudine curuitateq;.
quorũdam etiam esse: erit mixtum
esse. nõ esse vero: oppositum. ¶ Ex
his igitur patet / si substantia causa
sit vt vnumquodq; sit tale: in hisce
quærendum esse quidnam sit tale /
causa / vt vnumquodq; istorum sit.
¶ Atq; quanq̃ nichil est horũ sub- 6
stãtia / neq; si simul sumat. in vno-
quoq; tamẽ est similitudo rationis.
et vt in substantijs id quod de ma-
teria prædicatur est ipse actus: sic
est & in cæteris diffinitionibus ma
xime. veluti si limen oporteat diffi
nire: lignum aut lapidem situm sic
esse dicemus. & si domum: lateres
ac ligna hoc posita modo. an in q-
busdam: & id est gratia cuius con-
ficiuntur? sin vero glaciem: con-
gelatam esse aquam / aut densatam
hoc pacto dicemus. concentus eti-
am: acuti grauisq; mixtio talis di-
cetur. & de cæteris: modo eodem.

Argyropylus.

❡Ex his igitur patet: aliam materiam/alium actum ac rationē habere. quorundam enim: est compositio. quorundam: mixtio. quorūdā: aliquid iam dictorum. ❡Iccirco diffinientium domum/ qui quidem lapides ipsā inquiunt esse/ lateres atqꝫ ligna: ij eam dicunt quæ est potētia domus. hæc enim: materia sunt/ vt patet. qui vero vas inquiūt esse/ qd tegere supellectilem ac corpora potest/ aut aliud quippiam tale addentes: ij dicunt actū. at qui hæc ambo componūt: ij tertiam substantiā dicunt/ & eā quæ ex his ipsis constat. nā ea qdē ratio q̄ per differētias fit: formæ ac actus. ea vero q̄ ex ijs q̄ insūt/ extruit̄: materiæ magis esse videt̄. similiter sese habēt & eæ diffinitiones: quas Archytas ꝓbabat. sūt enī ex vtrisqꝫ. veluti qd est vacuitas vēti. quies in aeris multitudine. aer enī materies: qes actus atqꝫ substātia est. qd est trāquillitas? æqualitas maris. atqꝫ mare qdē: ē subiectū/ vti materies. æqualitas aūt: actꝰ ac forma. ❡Patet igit̄ ex ijs, sceq̄ dicta sūt: q̄nā sit ipsa sēsibilis substātia/ & quo sit pacto. est enim alia: vt materies. alia: vti forma/ quippe cum actus sit. & tertia: ex hisce duabus constat.

CAP. III.



7 NOn ignorare aūt oportet interdum latere: vtrum nomen ipsum significet compositāne substātiā/ an actū & formam. veluti domus: vtrū cōmunis ipsius sit signū/ tegminis inquā ex lapidibus atqꝫ lateribus sic positis extructi/ an actꝰ formæqꝫ/ tegminis inquam. et lineam: vtrum dualitatem in longitudine/ an dualitatem. et animal: vtrum animam in corpore/ an animam pari modo significet. hæc enim: substantia & actus cuiusdam corporis est. dicetur autem animal: & de vtrisqꝫ non vna ratione/ sed vt ad
8 vnū. ❡Verum hæc ad aliquid quidem aliud conferunt: ad substantiæ vero sensibilis inquisitionem nichil conferre videntur. quidditas enim: formæ atqꝫ actui cōpetit. nā aīa quidē & aīæ esse: est idē. hominis autē esse ac homo: nō idē est/ nisi & aīa homo dicat̄. hoc vero pacto cuidā competet: cuidam non competet.

Bessario.

❡Manifestum itaqꝫ ex his est: ꝙ actus aliꝰ 12
alterius materiæ/ & ratio. quorundam enī: compositio. quorūdam: mixtio. quorundā: aliquid aliud eorū quæ dicta sunt. ❡Qua- 13
re eorū qui diffiniunt/ hi quidē qui dicunt quid est domus/ ꝙ lapides/ lateres/ ligna: potentia domum dicunt. materia enim: hæc sunt. qui vero/ vas conseruatiuum rerum & corporum/ aut aliquid aliud tale addentes: actum dicunt. qui porro hæc ambo componunt: tertiam/ & quæ ex his est substantiam (videtur etenim ea quidem/ quæ ex differētijs ratio fit: speciei et actus esse. quę vero ex ijs quæ insunt: materiæ magis) similiter: et quas Archytas approbat diffinitiones. etenim: simul vtriusqꝫ sunt. vtputa: quid est serenitas? quies in multitudine aeris. materia quidem aer: actus vero et substātia quies. quid est tranquillitas? maris planities. subiectum quidem vt materia: mare. actus vero et forma: planities. ❡Manifestum itaqꝫ ex 14
dictis est. quænam sensibilis substantia/ et quomodo sit. etenim: hæc quidem vt materia. hæc autem: vt forma/ quoniā actus. tertia vero: ex his.

Archytas.

CAP. III.



OPortet autem nō ignorare quod aliquando latet: vtrū 15
nomen compositā substantiam significet/ an actum et formam. vtputa domus: vtrum est signum cōmunis quod operimentum est ex lapidibus & lateribus sic positis/ an actus & speciei quod est operimentū. & linea: vtrū dualitas in lōgitudine/ an ꝙ dualitas. et animal: vtrū anima in corpore/ an anima. hæc enim: substātia & actus alicuius corporis. erit autē vtiqꝫ in vtrisqꝫ animal: nō vt vna ratione dictum/ sed vt ad vnum. ❡Sed hæc ad aliud quidē 16
aliquid cōferunt: ad questionem autē substantię sensibilis nichil. etenī quod quid erat esse: speciei & actui est. anima nanqꝫ & animæ esse: idem est. homini vero & homo: non idem/ nisi & anima homo dicatur. sic autem alicui quidem: alicui vero non.

Bessario.

17 ℂNon videtur itaq; quærentibus: ꝙ sylla-
ba ex elementis & compositione sit. neq; do
mus: lateres & compositio. & hoc: recte. cō-
positio enim & mixtio: non est ex ijs quorū
est compositio aut mixtio. Similiter: nec ali
orum vllū. vtputa limen: positione. nō ex li
mine positio: sed magis istud ex illa. nec ho
mo/ est ipsum animal & bipes (sed aliquid
esse oportet: quod præter hæc est) si hæc ma
teria sunt. sed nec elementum/ nec ex elemē-
tis: sed substantia/ quod materiam auferen-
18 tes/ dicunt. ℂSi itaq; hoc ipsius esse causa/
& hoc substantia: ipsam substantiam vtiq;
non diceret. necesse autem est: aut sempiter-
nam hanc esse/ aut corruptibilem absq; eo
ꝙ corrumpatur/ & factam esse absq; eo ꝙ
fiat. ostēsum autē est & declaratum in alijs:
ꝙ speciē nullus facit/ neq; generatur. sed ef-
19 ficitur: hoc. fit autē: qđ ex his. ℂSi vero cor-
ruptibilium substantiæ sunt separatæ: non-
dum est manifestū/ nisi ꝙ quorundā nō cō-
tingit. patet: vt ea quæ non possunt præter
particularia esse. vt domum/ aut vas. fortas-
sis nec substantiæ sunt hæc ipsa: nec aliorū
quicq̄ quæcunq; non natura consistunt. na-
turam etenim solam profecto quis ponet eā
20 quæ i corruptibilibus est/ substātiā. ℂQua-
re dubitatio qua Antisthenici & hoc pacto
pariter indocti dubitabant: habet aliquid tē
poris vt soluatur/ ꝙ non est ipsū quid est dif
finire (diffinitionem enim longum esse ser-
monem) sed quale quid est/ contingit etiam
docere. quemadmodū argētū quid est: nō.
21 ꝙ autem: quale stānum. ℂVt tamen sub-
stantiæ/ est quidem: cuius contingit diffini-
tionem et rationem esse. vtputa: compositæ/
siue sensibilis/ siue itellectualis sit. ex quibus
autem hoc primis: non est. siquidem aliquid
de aliquo significat ratio diffinitiua. et opor
tet hoc quidem vt materiam: illud vero for-
22 mam esse. ℂManifestum autem hoc etiam
est: ꝙ si aliquo modo substātiæ numeri sūt/
ita sunt. & non quemadmodū quidam di-
cūt: vnitatū. nā & diffinitio: numerus qui-
dā est. diuisibilis etenim & in indiuisibilia.

Antisthenici.

Argyropylus.

ℂQuærētibus igit: neq; syllaba ex
elemētis cōpositioneve/ neq; dom⁹
lateres cōpositioq; esse videtur. atq;
hoc: recte quidē. neq; eni cōpositio
neq; mixtio: ex ijs ē/ quorū ē cōpo
sitio aut mixtio. Similiter: neq; cæ-
terorū quicq̄. veluti si limē est posi-
tione: positio non est ex limine sed
limen potius est ex illa. neq; igit ho
mo animal est & bipes: sed aliquid
esse oportet quod præter hæc est/ si
hæc materia sunt. quod neq; elemē
tum est/ neq; ex elemento: sed sub-
stantia ipsa/ quod excipientes ma-
teriam/ dicunt. ℂSi igitur hoc cau-
sa est ipsius esse atq; substantiæ: hoc
sane substantiam ipsam diceret es-
se. hāc igitur: aut æternam esse/ aut
caducā sine corruptione/ & ortam
sine generatione necesse est. demō-
stratum autem est in alijs declara-
tumve/ neminem facere generareq;
formam: sed efficitur hoc atq; fit/ id
quod ex his constat. ℂSi vero re-
rum earum quæ corrumpūtur/ sub-
stantiæ sint separabiles: nōdum di-
lucidum est. patet tamen nonnulla-
rum esse non posse: quæ præter ip-
sa singula nequeunt esse. quale est
vas & domus. fortasse igitur: neq; 9
hæc ipsa substantiæ sunt/ neq; cæte
rorum quicq̄ quæ non natura con-
stāt. naturā eni quispiā solā/ eorū q̄
sunt in ijsce q̄ corrūpunt: substantiā
esse ponet. ℂQuare ea dubitatio
quā Antisthenis sequaces/ & tales
ieruditi hoies dubitabāt: nūc solui
potest. qui quidē: diffinitiones assi-
gnari nō posse cēsebāt. diffinitionē
eni: longā orationē esse dicebāt. sed
fieri quidē potest: vt doceas quale
quid quippiā est. vt diffinias vero:
minime fieri potest. eteni quidnā sit
argentū: nō dixeris vnq̄. at esse tale
q̄le est stānū: dicere potes. ℂQuare
cuiusdā quidē substātiæ/ ceu cōposi
tæ siue sit sensibilis siue intelligibi-
lis: diffinitio atq; ratio esse potest.
sed eorū ex qb⁹ hæc primis cōstat:
esse nō potest. si diffinitiua ratio qp
piā de quopiā significare videtur:
atq; alterū vt materiā/ alterū vt for
mā esse oportet. ℂPatet etiā & cur 10
si substātiæ sint aliquo modo nume
ri: hoc pacto sūt. & nō (vt quidā in-
quiūt) vnitatū multitudo. nā diffini
tio: numer⁹ ē qdā. ē eni diuisibilis:
& i idiuisibilia diuisio ipsi⁹ accedit.

Argyropylus.

quippe: cum rationes non sint infi- nitæ. talis autem: & ipse numerus esse videtur. atq; vt si quid eorũ ex quibus numerus constat / sublatum a numero aut additum fuerit / non idem numerus sed diuersus emer- git / etiam si minimum fuerit illud: sic neq; diffinitio neq; quidditas vl terius eadem erit / si ablatum ab ea quippiam / aut additum ei fuerit / vti patet. esse preterea quippiam o- portet quo ipse numerus est vnũ: quod quidem assignare non pos- sunt. nam an vnum non est: sed vti cumulus est? aut si sit: dicẽdum est quidnam sit id quod ipsum efficit vnum ex multis. Identidem: & dif finitio vna est. at neq; in hac: illud dicere possunt. idq;: merito accidit. est enim eadem ratio: & substantia hoc pacto est vnum. sed non / vt as serunt quidam / qui vnitatem quan dam aut punctum inquiũt esse: sed actus est quæq; atq; natura quædã. at vt numerus nõ magis minusve numerus est: sic neq; ea substantia quæ ad formam accommodatur. sed si est: ea est quæ cũ materia est. ¶ Sed de generatione corruptio- neve substantiarum quo pacto esse potest / & quo pacto esse nõ potest / & de reductione diffinitionis ad nu merum: sit eousq; determinatum.

CAP. IIII.

11 

E materiali vero sub- stantia nõ lateat hoc oportet: esse inquã cu iusq; propriam mate- riam quãdam / etsi ex eodem omnia primo / aut ex eisdem aut primis fiunt / eademq; materies est vt principiũ vniuersis quæ fiũt. sũt enim dulcia quidẽ aut pinguia: pituitæ materia prima. amara autẽ aut alia quædã: bilis. at hæc: ex eo- dẽ forsitan fiũt. eiusdẽ autẽ / plures materiæ fiũt: cũ altera alterius ma- teries est. veluti pituita fit ex pĩgui ac dulci: si pingue ex dulci fit. ex bi li vero: propterea ꝙ in materiã pri mã bilis resoluiť. ¶ Dupliciter enĩ hoc ex hoc fieri solet: aut cũ ꝑfecti- one ad anteriora / aut cũ resolutio- ne ad principiũ itur. ¶ Fit autẽ: vt vna ex materia / diuersa ob mouẽtẽ causã oriant. ex ligno enĩ: arca fit & lectica. ¶ Quorũdã etiã diuersorũ: materiã necesse est diuersã. veluti:

Bessario.

non enim: infinitæ rationes. numerus vero: tale quid est. et queadmodũ de numero, ab- lato aut addito aliquo ex quibus numerus est / non est amplius idem numerus sed di- uersus / etiam si minimũ auferatur aut adda tur: ita nec diffinitio / nec ipsum quid erat es se erit amplius ablato aliquo aut addito. & numerũ oportet aliquid esse quo vnus: q̄d nunc non habent dicere quo vnus / si vnus est. an enĩ non est: sed quasi congeries? aut si est: dicẽdũ est q̄dnã illud sit q̄d vnũ ex mul- tis facit. & diffinitio: vna est. Similiter autẽ: nec hanc dicere habent. & hoc: merito acci- dit. eiusdẽ enim rationis & substãtia est: vt vnum. non (vt quidam aiunt) vt vnitas quę- dam existens / aut punctum: sed actus et na tura quædam vnaquæq;. et queadmodum nec numerꝰ habet magis et minus: ita neq; substantia quæ secũdum speciẽ est. sed si est quidem: ea est quæ secũdum materiam est.

¶ De generatione igitur ac corruptione di- ctarum substantiarum / quomodo accidit / quoq; modo impossibile est / deq; reductio- ne ad numerum: hactenus determinatum sit. 23

CAP. IIII.



E materiali vero substantia oportet non latere: ꝙ etsi ex eodem omnia primo / aut eis dem tanq̄ primis / et eadẽ sit materia vt principium illis quæ fiunt: est tamen quædã cuiusq; ꝓpria. vtputa / flegmatis prima ma- teria: ipsa dulcia aut pinguia. choleræ vero: amara / aut aliqua alia. fortassis autem hæc: ex eodem. fiũt autem plures materiæ / eius- dem: cum alterius altera sit. vtputa / flegma ex pingui et dulci: si pingue ex dulci. ex cho leræ vero esse: ob resolutionẽ choleræ in pri mã materiã. 24

¶ Dupliciter enim hoc ex hoc: aut qm̄ ex eo q̄d ꝓcedet / aut qm̄ ex eo q̄d re solutũ fuerit in principiũ. 25

¶ Cõtingit autẽ: vna existente materia / diuersa fieri propter mouentẽ causam. vt ex ligno: fit arca & le- ctus. 26

¶ Quorundam autem: diuersa mate- ria necessario / diuersis existentibus. vtputa: 27



Bessario.

serra nunq̃ fiet ex ligno. nec est hoc: in causa
mouente. non enim faciet serram: ex lana/
28 aut ligno. ¶ Si autẽ idẽ contingit ex alia ma
teria facere: patet ꝙ principium & ars quæ
est vt mouens/ eadem est. etenim si materia
diuersa & mouẽs: & ipsum quod factũ est.
29 ¶ Cum itaq; quisq̃ quænam sit causa quæ-
rat: quoniam multipliciter causæ dicuntur/
omnes contingentes causas dicere oportet.
vtputa/ hominis quæ causa vt materia: nõ-
ne mẽstrua? quæ vero vt mouẽs: vtrũ sper-
ma? quæ vero vt species: quod quid erat es-
se? quæ autem vt cuius causa: finis? fortassis
30 autem hæ ambæ: eadẽ sunt. ¶ Oportet au-
tem: proximas causas dicere. quæ materia:
31 non ignem vel terram/ sed propriam. ¶ In
naturalibus igitur & generabilibus substã-
tijs: necesse est ita procedere/ si quis recte ꝓ-
cedet. siquidẽ: hæ/ totq; causæ sunt. & opor-
32 tet causas cognoscere. ¶ De naturalibus au
tem/ at perpetuis substantijs: alia ratio est.
fortassis etenim quædam non habent ma-
teriam: aut non talem/ sed solum quæ se-
33 cundum locum mobilis est. ¶ Nec quæ-
cunq; natura quidem/ non autem sunt sub-
stãtiæ/ his materia est: sed quod subijcitur/
substantia. vtputa: quæ causa eclipsis/ quæ
materia? non enim est: sed luna est quæ pa
titur. quæ causa vt mouens atq; corrumpẽs
lumẽ? terra. cuius vero causa? forsan nõ est.
quæ vero vt species? diffinitio. sed non ma-
nifesta diffinitio nisi cum ipsa causa/ sit. vt-
puta: quid eclipsis? priuatio luminis. si ve-
ro addat̃ a terra in medio interposita: hæc
est cum ipsa causa diffinitio. De somno ve-
ro non est manifestum: quid est primũ qđ
patitur. sed nunquid animal? ita. attamen
hoc: secũdum aliquid. et quid primum: cor
an aliquid aliud? deinde: a quo? deinde:
quæ passio/ quæ illius & non totius? quia
talis immobilitas/ ita. sed hæc: eo ꝙ aliquid
patiatur ipsum primum.

CAPVT V.

Argyropylus.

serra non fiet vnquã ex ligno. neq;
hoc: est in potestate mouentis cau-
sæ situm. nõ enim: vnq̃ ex lana aut
ligno cõficiet serrã. ¶ Qđ si idem di
uersa ex materia effici potest: patet 12
idem principium eandẽq; artem es-
se mouentem. nam si materia sit di-
uersa/ & mouens item diuersum: id
etiam quod efficitur/ diuersum/ nõ
idẽ erit. ¶ Cur igitur quispiã quæ-
nam sit causa quærit: quoniam mul
tis modis causa dicitur/ vniuersæ q̃
possunt esse causæ dicãtur oportet.
veluti quænã sit causa hominis vt
materies? menstruus sanguis. quæ
vero vt mouens? semen. quæ præ-
terea vti forma? quidditas ipsa. q̃
insuper vt id gratia cuius cætera fi-
unt? finis. atq; hæc ambo: sunt forsi
tan idem. ¶ Causas autem propin-
quissimas assignare oportet. vt ma-
teriam propriam: non terram/ non
ignem. ¶ Circa igitur vniuersales
substantias generabilesq; ita versa-
ri necesse est/ si cui curæ est recte ver
sari: si hæ & tot sunt causæ/ et co-
gnoscere eas oportet. ¶ In natura-
libus autem perpetuisve substãtijs:
alia ratio esse videtur. quædã enim
materiã fortasse non habẽt: aut nõ
talem/ sed solũ mobilem loco. ¶ Ea
etiã quæ natura quidem sunt/ sub-
stantiæ vero non sunt: materiã non
habent/ sed substantia est subiectũ.
veluti: quænam est defectionis cau
sa? atq; nõ est vlla materies assignã
da. quippe/ cum non sit: sed luna sit
id quod patitur. quidnã est causa:
vt id quod mouit lumenq; corrum-
pit. terra? id vero gratia cuius cęte- 13
ra fiunt: fortasse non est. at causa q̃
est vt forma: est ipsa ratio. sed non
manifesta est: nisi cum causa sit. ve
luti quid est defectio? priuatio lucis.
ꝙ si additum hoc fuerit/ a terra in-
tercedente: hæc erit ea quæ est cum
causa ratio. Obscurũ autem est de
somno/ quid est quod patit̃ primũ.
ꝙ si animal quispiã dicat: sit ita. at
quonam patitur ipsum: & quod pa
titur primum dicat oportet. cor ne:
an aliquid aliud? deinde: a quonam
patitur? postea: quænam illius & nõ
ipsius totius est passio? ꝙ si sit im-
mobilitas talis: sit ita. at addat̃ opor
tet: hoc ipso ꝙ aliquid patitur ipsũ
primum.

CAPVT V.

Argyropylus.

14 
Voniam autē ſine generatione quædā/corruptione ve ſunt / & non ſunt/ vt puncta ſi ſint/& formæ omnino (non enim fit ipſum album/ ſed lignum albũ:ſi omne quod fit ex aliquo atq; aliquid fit) non omnia ſane contraria ex ſeſe mutuo ſunt. ſed alio modo albus homo ex homine nigro: & alio modo albũ ex nigro. neq; cuiuſlibet materies eſt: ſed eorum quorum eſt generatio mutua/ mutatio ve. quæ vero ſine mutatione ſunt aut non ſunt: ea materiē nō habent. ¶Exiſtit autem dubitatio: quomodo cuiuſq; materies ſeſe habet ad diuerſa contraria. ceu ſi corpus potentia ſanum eſt/ & morbus eſt cōtrarium ſanitati: eſt ne vtrũq; potentia. & item aqua potētia vinũ atq; acetum. an alterius quidē habitu formaq;/ materies eſt: alterius autē priuatione corruptione ve p̄ter naturā? ¶Dubitatio inſup quædam emergit: & cur vinũ nō eſt aceti materies/ neq; potentia acetum/ & tamen fit ex ipſo acetum. & is qui viuit: potentia cadauer ſimili modo. an ita non eſt: ſed per accidens ſunt ipſæ corruptiones. ¶Animalis enim ipſa materia: per corruptionem potentia eſt cadaueris/ materieſve. & aceti: ſimiliter aqua. fiunt enim ex hiſce: perinde atq; ex die fit nox. et quæ igitur hoc pacto mutationem mutuam ſubeunt: ea redeant in materiam ipſam oportet. veluti ſi ex cadauere animal oriatur: primum in materiam cadauer reſoluatur oportet. deinde hoc pacto fiet. acetum identidem reſoluatur in aquam. deinde: vinum oriatur oportet.

CAP. VI.

15 
E dubitatione autē iā dicta circa diffinitiones ac numeros/q̄nā ſit cauſa vt ſint vnũ: deinceps dicendũ eſſe videtur. eſt enim profecto cauſa quædā: vt id omne ſit vnũ/ qđ plures partes habet. & nō eſt vniuerſũ vt cumul9: ſed eſt quid ipſũ totũ/ p̄ter partes ex quibus cōſtat. nam & corporũ qbuſdā tactus: quibuſdā viſcoſitas/ aut aliqd aliud ſimile cauſa ē vt ſint vna. diffinitio aũt oratio

Beſſario.


Vm autem quædā abſq; generatiōe & corruptione ſint & non ſint/ vtputa puncta ſi ſint quidē & omnino ſpecies & formæ (non enim albedo fit ſed lignum album: ſi ex aliquo & aliquid fit omne quod fit) p̄fecto non omnia contraria fiũt viciſſim. ſed aliter albus homo ex nigro homine & albedo ex nigredine. nec omnium materia eſt: ſed quorumcunq; generatio & tranſmutatio inuicem ſunt. quæcunq; vero abſq; eo q̄ tranſmutentur ſunt aut non: horum 34
materia non eſt. ¶Habet autem dubitati- 35
onem: quonam modo ad contraria cuiuſq; materia ſe habeat. vtputa/ ſi corpus potentia ſanum/contrarium vero ſanitati infirmitas: vtrum ambo potentia. & aqua/ potentia: vinum & acetum. an huius quidē ſecundum habitum & ſecundum ſpeciem/ materia eſt: illius vero ſecundum corruptionē &
priuationem præter naturā? ¶At quædā 36
dubitatio eſt: cur vinum nō ſit materia aceti/ neq; potentia acetum/ tametſi fiat ex eo acetum. & viuens potentia mortuus/an nō:
ſed ſecundum accidens corruptiones. ¶Ip- 37
ſa vero animalis materia/ ſecundum corruptionem mortui potentia & materia: aqua quoq; aceti eſt. fiunt etenim ex illis: quemad modum ex die nox. & quæcunq; ita inuicē tranſmutantur: ad materiam oportet redire. vtputa ſi ex mortuo animal: primum ad materiam. deinde: animal. & acetum: ad aquam. deinde: vinum. CAP. VI.


E dubitatione autem dicta 38
& circa diffinitiones & circa numeros: quæ cauſa eſt vt vnum ſint? omnium namq; quæcunq; plures partes habent & non eſt totum quaſi coaceruatio/ſed ipſum totum eſt aliquid aliud præter partes: eſt aliqua cauſa. nam et in corporibus quibuſdam: tactus eſt cauſa vt vnum ſint. quibuſdā vero: viſcoſitas/aut aliqua alia talis paſſio. diffinitio vero oratio

Bessario.

est vna non coniunctione vt ilias/ sed eo ꝙ
vnius est. quid est igitur quod hominem fa-
cit vnũ/ & cur vnum & non multa sunt ani-
mal & bipes/ pſertim si (queadmodũ quidã
dicũt) sit quid ipsum animal/ & ipsũ bipes?
cur enim non illa: homo est/ & erunt secun-
dum participationem homines/ non homi-
nis vnius sed duorum/ animalis & bipedis?
& omnino profecto: homo non erit vnum/
39 sed plura/ animal & bipes. ¶ Manifestum
itaq; est: ꝙ ita quidem tractãtibus (vt solẽt
diffinire & dicere) non est possibile reddere
40 rationem/ & soluere dubitationem. ¶ Q. si
quemadmodum dicimus/ hoc quidem ma-
teria/ hoc vero forma est/ & hoc quidem po-
tentia/ hoc vero actu: profecto non videatur
amplius dubitatio esse quod quæritur. ete-
nim dubitatio est eadem: ac si diffinitio ve-
stis/ esset æs rotundum. esset etenim hoc no
men: rationis signum. quare quod quæritur
est: quænã causa sit/ vt rotundum & æs vnũ
sint. amplius vero non apparet dubitatio:
quoniam hoc quidẽ materia/ illud vero for-
41 ma est. ¶ Quæ igitur huius causa est/ vt q̃d
potentia est/ actu sit in quibuscunq; genera-
tio est: præter illud quod fecit? nulla enĩ alia
causa est: vt actu sphæra sit/ quæ potentia
sphæra erat. sed hoc erat: ipsum quid erat es
42 se vtriq;. ¶ Est autẽ materia: quædã intel-
lectualis. quædam: sensibilis. & semper: ra-
tionis hoc quidem materia/ hoc vero actus
43 est. vt circulus: figura plana. ¶ Quæcũq; ve
ro neq; intellectualem/ neq; sensibilẽ mate-
riam habent: statim vnum quiddam esse/
vnumquodq; est. quemadmodum ipsum
ens: hoc quidem/ hoc. hoc: quale. quantum.
quare non inest in diffinitionibus: nec ens/
nec vnũ. & ipsum quid erat esse: statim vnũ
quiddam est/ quemadmodũ & ens quiddã.
44 ¶ Propterea non aliqua alia causa vlli isto-
rum vt vnum sint: nec vt ens quiddam sint.
statim etenĩ vnũq̃dq; est ens quiddã & vnũ
quiddã: non vt in genere in ente & vno/ nec
45 tanq̃ sint separata p̃ter particularia. ¶ Ob
hãc autem dubitationẽ: quidam participa-

Argyropylus.

est vna: non coniunctione vt ilias/
sed quia vnius est. quid igitur est
quod facit hominem vnum? et cur
vnum est: sed non multa animal
atq; bipes/ præsertim si sit (vt qui-
dam inquiunt) ipsum quid animal
ipsumq; bipes? Cur enim homo nõ
est illa ipsa/ atq; erũt hoies/ non ho
minis vnius participatione: sed du-
orum/ animalis inquã & bipedis?
& homo omnino non erit vnum:
sed plura/ animal atq; bipes. ¶ Pa
tet igitur: eos qui diffinire dicereq;
solent/ reddere non posse atq; sol-
uere dubitationem. ¶ Si vero sit
(vti dicimus) vnum vti materies/
alterum vti forma/ & alterum po-
tentia/ alterum actu: nulla id quod
quæritur dubitatio videbitur esse.
est enim hæc dubitatio eadem: &
si vestimenti diffinitio/ rotundum
æs erit. hoc enim nomen: signum
huius erit orationis. quare id quod
quæritur est: quænam est causa/ vt
æs atq; rotundum sit vnum. non
igitur dubitatio vlterius esse vide-
bitur: propterea ꝙ alterum est ma-
teries/ alterum forma. ¶ Quid igi-
tur huius causa: vt id quod erat
potẽtia sit actu/ præter id quod fe-
cit/ in quibus est generatio? nulla
est enim alia causa: vt ea quæ po-
tentia erat sphæra/ sit actu sphæ-
ra. sed hoc erat: quidditas vtriusq;.
¶ Est autem materies: alia sensi-
bilis/ alia intelligibilis. & rationis
semper pars: est materia. pars: actus.
ceu circulus: figura est plana. ¶ Quæ 16
vero neq; intelligibilem neq; sensi-
bilem materiam habent: eorum v-
numquodq; continuo vnum quid
proprie est. quemadmodum & ens
quid proprie: substãtia inquã qua-
litas/ quãtitas. atq; non sunt in eo
quod est: & in vno tanquã in ge-
nere. iccirco & in diffinitionibus:
nec id quod est/ nec ipsum vnũ ac-
cipitur. quidditasq; vnum quid est
continuo: quemadmodum & quip-
piam ens. ¶ Quapropter & nichil
aliud est causa: vt vnũquodq; isto-
rum sit vnum/ aut etiam ens. con-
tinuo enim vnũquodq; istorum &
vnum quid & ens quid etiam est:
non tamen a singularibus separa-
bilia sunt. ¶ Propter hanc autem
dubitationem: quidam participa-

Argyropylus.

tionē causam vnitatis inquiūt esse. sed quænā sit participatiōis causa/ & qd sit particeps esse: dubitare videntur. ¶ Quidā animæ copulationē: vti Lycophron scientiā copulationē sciendi atq; animæ esse dicebat. ¶ Quidā ipsū viuere: cōpositionē aut coniunctionem animæ in corpore esse censent. ¶ Et tamē eadē: i vniuersis est ratio. valere enī: aut copulatio/aut coniūctio/aut cōpositio animæ/aut valitudinis erit. & æs esse triangulū: æris atq; trianguli compositio. & albū itidē esse: superficiei compositio atq; albedinis. hæc autē propterea dicunt: q; rationē vnitatis effectricē potētiæ atq; actus/& differentiā quærūt. est autē (vti dictum est) vltima materia formaq; idē: & alterū potētia/ alterum actu. ¶ Quare simile est q̄rere qdnā sit ipsius vni9 causa: & vt sit etiam vnū. est enī vnūqdq;: qd vnū. & id qd est potētia vnū/& id qd est actu: vnum aliquo modo sunt. ¶ Quare nulla est alia causa: præter eam quæ ad actū ex potentia mouit. ¶ Quæ aūt exptia materię sūt: ea ꝑprie vnū qd sunt/& ꝑprie ens qd/ vniuersa.

¶ Octaui metaphysicorum Aristotelis interprete Argyropylo/libri finis.

¶ Nonus metaphysicorum Aristotelis interprete Argyropylo ad Cosmam Medicem.

1 
Ictum est igitur de substantia quæ quidē est primū ens/ & ad qd omnia ꝑdicamenta ipsi9 entis cætera reducunt. ratione nanq; substatiæ/quātitas/qualitas/ & cætera quæ hoc pacto dicuntur: entia dici solēt. vniuersa enim substantiæ rationem habebunt: vt in prioribus sermonibus diximus. ¶ Cum autem id quod est/partim substantia/ aut quantitas/aut qualitas/ partim

Bessario.

tionem aiūt/ & causam quādam participationis: & quidnā sit illud participare dubitant. ¶ Quidā copulā animæ (sicuti Lycophron ait) scientiā esse ipsius scire & animę. 46 Lycophr

¶ Quidā cōpositionē aut cōiunctionē animę cū corpore: ipsū viuere. 47

¶ Attamē eadē de oībus ratio erit. etenī ipsum sanū esse: aut copula/aut cōpositio/aut cōiūctio animæ et sanitatis erit. & æs esse triangulū: cōpositio æris & trianguli. & albū esse: cōpositio supficiei & albedinis. causa vero est: quoniā potētiæ & actus/ rationē quærūt vniētē/& differentiā. est autem (vt dictū est) vltima materia & forma: idē. & hoc potētia: hoc quidē actu. 48

¶ Quare simile est quærere quidnam vnius causa sit: & vt vnum sit. vnum enim quiddam: vnumquodq;. et quod potentia/ et qđ actu: vnū quodā modo est. 49

¶ Quare nulla alia causa est: nisi si quid fuit/ tanq̄ ex potentia in actum mouens. 50

¶ Quæcunq; vero non habent materiam: cuncta simpliciter entia/sunt ipsum quid. 51

¶ Octaui metaphysicorum Aristotelis interprete Bessarione/ libri finis.

¶ Nonus metaphysicorū Aristotelis interprete Bessarione ad Alphonsum regem.


E primo itaq; ēte/ & ad quod cætere omnes entis prædicationes referūtur/hoc est de substātia: dictum est. nā secundū substātiæ rationem cætera dicuntur entia/ quantum/& quale: ac cætera quæ ita dicuntur. cuncta etenim habebunt substantiæ rationem: vt in primis sermonibus disseruimus. 1

¶ Cum autem ens dicatur/ hoc quidē quid/aut quātitas/aut qualitas/ hoc vero 2

Bessario.

secũdum potẽtiam & entelechiam ac actũ: determinemus etiam de potentia & entele-
3 chia. ❡Et primo de potentia/ea quidẽ quæ dicitur maxime ꝓprie: nõ sane est vtilis ad quod nunc volumus. potẽtia nãq; & actus in plus est: q̃ illa quæ secundum motum solum dicũtur. Sed cũ de ea dixerimus in determinationibus de actu: ostendemus etiã
4 de alijs. ❡Q. igitur multipliciter potẽtia et posse dicat̃: determinatũ est a nobis in alijs. Harũ vero quæcunq; quidẽ æquiuoce dicũtur potẽtiæ: prætermittant̃. quædã eteni similitudine quadã dicuntur: vt in geometria & possibilia ac impossibilia dicimus/ eo ꝙ quodã modo sint aut nõ sint. Quæcũq; vero ad eandẽ speciẽ: oẽs/aliqua principia sũt/ & ad vnã primã dicũtur quæ est principiũ trãsmutationis ĩ alio prout aliud est. aliqua enim est patiendi potentia: quæ in ipso patiẽte pricipiũ est trãsmutationis passiuæ ab alio prout aliud est. aliqua vero: habitus impassibilitatis quę in deterius est/& corruptionis/ quæ est ab alio ꝓut aliud est/ pricipio trãsmutatiuo. in his eni oĩbus diffinitioni-
5 bus: inest primę potẽtię ratio. ❡Rursus autẽ/hæ potẽtiæ dicunt̃: aut ipsius faciẽdi solũ/
6 aut patiẽdi/aut ipsius bene. ❡Quare in harũ quoq; rationib⁹: quodã modo insũt pri-
7 orum potẽtiarũ rationes. ❡Manifestũ igit̃ est: ꝙ quodã modo quidẽ vna est ipsius facere & pati potẽtia (potẽs eni est: & eo ꝙ ipsũ/habeat patiendi potẽtiã/et eo ꝙ aliud ab
8 eo) quodã modo vero/alia. ❡Hæc eni in patiẽte est. propterea eni ꝙ habet aliq̃d pricipiũ/et ꝙ materia aliq̃d pricipiũ est: patit̃ q̃d patitur/& aliud ab alio. pingue nanq;: combustibile est. cedẽs vero: sic pressibile. & simi-
9 liter: de cæteris. ❡Hæc vero: in faciẽte. vt puta: calidum/ & ædificatiua. hoc quidem: in
10 calefactiuo. hæc vero: ĩ ædificatiuo. ❡Propter quod nullum prout cõnaturale factũ/ ipsũ a seipso patit̃. vnũ eteni: & nõ aliud est.
12 ❡At impotẽtia quoq; & ĩpotẽs/atq; q̃ tali
12 potentiæ cõtraria est: priuatio est. ❡Quare eiusdẽ et secũdũ idẽ: potẽtia/ ĩpotẽtiaq; oĩs.

Argyropylus.

potentia atq; actu dicatur: de potẽtia etiã & actu determinemus oportet. ❡Atq; de potentia primo/ quæ maxime quidẽ proprie dicitur: nõ tamen ad id quod nũc volumus cõfert. ad plura enim sese extendit potentia atq; actus: q̃ ea quæ tantummodo per motum dicuntur. Sed si de hac dixerimus in ijsce quæ & de actu determinabim⁹: de cæteris etiam declarabimus. ❡Multipliciter 2
igitur potentiam dici/ac ipsum posse: in alijs a nobis est diffinitũ. Harum autem eæ quæ potentiæ dicuntur æquiuoce: omittantur. nõnullæ nanq; similitudine quadam dicuntur/quemadmodum & possibilia & impossibilia quædam in geometria dicuntur: propterea ꝙ aliquo modo sunt aut nõ sunt. Quæ vero ad eandem sunt formã: eæ omnes pricipia quædam sunt/ & ad primum vnũ dicunt̃ q̃d est mutationis principiũ in alio vt aliud est. quædã eni potẽtia est patiẽdi: quæ in ipso patiente principiũ est passiuæ mutationis ab alio vt aliud est. quædã: est habitus impassibilitatis ad deterius corruptionemve/quæ ab alio vt est aliud proficiscitur principio mutatiuo. in his enim omnibus diffinitionibus ratio ipsius primæ potentiæ inest. ❡Hæ rursus aut faciendi aut patiendi tantum potẽtię: aut benefaciendi vel patiendi dicũtur. ❡Quare fit vt & ĩ horũ rationib⁹: rationes quodam modo potẽtiarũ priorum insint. ❡Patet igitur: partim vnam esse potentiam efficiendi ac patiendi (est eni possibile: et quia ipsum/ habet potentiam patiẽdi/ & quia ab ipso aliq̃d pati potest) partim aliã. ❡Alia nanq; est in patiente. eteni quia principiũ quoddã habet/ & est ipsa materia pricipiũ q̃dã: ideo patitur ipsum patiens/ ab alioq; aliud patitur. pĩgue nãq; vri potest. & q̃d hoc pacto cedit: id p̃mi potest. similis est & in cęteris modus. ❡Alia: in efficiente. vt in eo quod calefacere potest/ est calidũ: & in ędificatore/facultas ędificandi. ❡Quare nullum copulatum/ a seipso patitur. quippe cũ sit vnum & nõ aliud: vti patet. ❡Impotẽtia autẽ q̃ tali potentię est cõtraria: priuatio est. ❡Quare eiusdẽ atq; per idem: oĩs potẽtia & impotẽtia sane.

Argyropylus.

3 ¶Priuatio vero multis dicitur mo-
dis.& id enim quod non habet/ &
quod aptum eſt habere ſi non ha-
beat/ aut omnino/ aut quando eſt
aptum habere/ aut hoc pacto velu
ti penitus/aut aliqua ex parte:pri-
uatum dicimus eſſe.nonnulla inſu-
per ſi apta quid habere/ob vim il-
lud non habeant: priuata dicimus
eſſe. CAP. II.



Vm autē talia princi-
pia partim ſint in re-
bus inanimatis/ par-
tim in animatis/ atq;
in anima/ & ī animæ
ea parte quæ particeps eſt rationis:
patet & potentiarum alias eſſe rati-
onis expertes/alias eſſe cū ratione.
¶Quapropter omnes artes oēſq;
ſcientiæ effectiuæ:potētiæ ſunt. ſūt
enim principia:mutandi in alio vt
aliud eſt. ¶Atq; ōnes eæ potētiæ q̄
ſunt participes rationis: cōtrariorū
eædē ſunt effectrices.expertiū autē
rationis:quæq; vnius eſt principiū
ſolū.calidum enim:calefaciēdi tan
tum principiū eſt.medēdi vero fa-
cultas: ægritudinis eſt & ſanitatis
effectrix.idq; ex eo fit: quia ſciētia/
ratio quædā eſt.eadē autē ratio: &
rem & priuationem oſtendit/nō ta
mē eodē modo. & partim eſt vtri-
uſq;: partim eſt magis ipſius rei.
¶Quare talesquoq; ſciētias:cōtra-
riorū quidem eſſe neceſſe eſt.vnius
tamē per ſe:alterius non per ſe.ete-
nim ratio alterius quidem per ſe:al
terius autem quodam modo ꝑ acci
dēs eſt.negatione enī ablationeve:
contrarium ipſum oſtēdit. priuatio
nāq; prima:cōtrariū ipſum eſt.hæc
4 autem:ablatio eſt/vt patet. ¶Cum
autem contraria fieri in eodem nō
poſſint/ſciētia vero potētia ſit cum
ratione/ atq; anima principium ha
beat motus:ſalubre quidem ſanita
tem/& id quod calefacere poteſt ca
liditatem/& id quod frigefacere po
teſt frigiditatem efficit ſolū/ ſciens
autem vtrumq; facit. eſt enim am-
borum ratio:et ſi non ſimiliter.& in
anima ipſa:quæ quidem motionis
principium habet/ quare ambo ab
eodem pricipio mouebit ad idē cō
iuncta. ¶Quapropter ea quæ poſ-
ſunt per rationē:cōtraria iiſce quæ
ſine ratione poſſunt/efficiunt. vnū
enim a ratione pricipiū cōtinetur.

Beſſario.

¶Priuatio autē multifariā dicitur.etenī qđ 13
non habet/& quod natura aptum eſt ſi nō
habet/ aut omnino/aut cum natura aptum
ſit/aut ſic vtputa ōnino aut quomodocūq;.
in quibuſdam autē ſi natura apta habere/
vi nō habeāt:priuari ea dicim9. CAP. II.



Vm autem quædam in ina- 14
nimatis talia principia in-
ſint/quædam vero in ani-
matis/& in anima/& in ani-
mæ ea parte quæ rationem
habet: patet ꝙ potētiarum
quoq; quædam irrationales/quædam cum
ratione erunt. ¶Quare omnes artes & fa- 15
ctiuæ ſcientiæ:potentiæ ſunt.principia enī:
trāſmutatiua ī alio ꝑut aliud eſt. ¶Et quæ 16
quidem cum ratione omnes: eædem cōtra-
riorum ſunt. irrationales vero: vna vnius.
vt calidum: ipſius calefaciendi ſolius. me-
dicandi vero potentia:infirmitatis & ſanita
tis. cauſa vero eſt:quia ſcientia/ ratio eſt.ra-
tio autē eadē:manifeſtat et rē et priuationē/
niſi ꝙ non ſimiliter.& quodam modo qui-
dem amborum eſt:quodā modo vero eius
magis quod exiſtit. ¶Quare neceſſe eſt:ta 17
les etiam ſcientias eſſe quidem contrario-
rum.eſſe vero huius quidem per ſeipſas: il-
lius vero non per ſeipſas. etenim ratio hu-
ius quidem ſecundum ſeipſam: huius vero
quodam modo ſecundum accidens.negati-
one enim & ſublatione: manifeſtat contra-
riū.prima namq; priuatio: contrarium eſt.
hæc autē:alterius demptio eſt. ¶Sed quo- 18
niam contraria non ſunt in eodē/ſciētia ve-
ro potētia eo ꝙ habet rationē/anima quoq;
motus principiū habet(ſalubre quidē ſani-
tatē ſolū facit/ & calefactiuum caliditatem/
et frigefactiuum frigiditatem:ſciens autem
ambo. ratio enim amborum quidem eſt:
non tamen ſimiliter.& in anima: quæ mo-
tus principium habet) ambo profecto ex
eodē mouebit pricipio ad idem coniūgēs.
¶Quare quæ ſcđm rationē potētia ſūt:cō 19
traria iis faciūt quæ abſq; ratione potentia
ſunt.vnū namq; pricipiū:cōtinetur ratione.

Bessario.

20 ¶ Manifestum autem est: q̄ & ipsius bene potentiam/ sequitur solius faciendi aut patiendi potentia. hanc vero: illa non semper. qui enim bene faciat: necesse est vt etiam faciat. qui vero solum facit: non necessario & bene facit.

CAP. III.

Megarici.

21  Vnt autem quidam vt Megarici: qui dicunt tunc solum posse cum agat. cum vero nõ agat: non posse. vtputa: eum qui nõ ædificat/ ædificare nõ posse. sed ædificantem: cũ æ-
22 dificat. similiter quoq; et de cæteris. ¶ Quibus quæ inconuenientia accidunt: non est difficile videre. patet namq;: q̄ nec ædificator erit/ si non ædificat. ædificatori enim esse: ipsum posse ædificare est. similiter autem: & de aliis artibus. si igit̃ impossibile est huiuscemodi artes habere nisi quandoq; discat & accipiat/ & non habere/ nisi amittat aliquando (aut enim obliuione/ aut quadam passione/ aut tempore. non enim: re corrupta. semper nanq; est) cum cessauerit non habebit artem. rursus autẽ statim ædificabit: quomodo accipiens? Et inanimata etiam similiter. nec enim frigidum/ neq; calidum/ neq; dulce: nec omnino vllum sensibile erit non sentientibus. quare Protagoræ opinionem accidet eis dicere. Atqui nec sensum aliquid habebit: si non sentiat/ aut operetur. si igitur cæcum est quod non habet visum/ natura tamen aptũ/ & quando aptũ/ & item prout natura aptum est habere: iidem sæpius in eodẽ die cæci & surdi erũt. Item si impossibile id est/ quod priuatur potentia: quod non fit/ impossibile est fieri. qđ vero impossibile est fieri: qui dicit esse aut futurum esse/ mẽtietur. impossibile enim: hoc significabat. Vnde illæ orationes: & motũ & generationẽ perimunt. semper etenim: & quod stat stabit. & quod sedet: sedebit. si enim sedet: non surget. impossibile namq; erit surgere: quod non est possibile surgere. Qꝫ si non est possibile ista dicere: manife-

Protagoras.

Argyropylus.

¶ Patet autem: & potentiam tantummodo faciendi vel patiendi ad eam sequi potentiam quæ principium est benefaciendi vel patiendi. ad hanc autem: illam non semper. is enim qui benefacit: faciat quoq; necesse est. at eum qui solum efficit: nõ necesse est & bene etiam facere.

CAP. III.

 Vnt autẽ quidam ve- 5
luti Megarici: qui dicunt eum quandoq; posse solum cum operatur. cum vero non operatur: non posse. ceu non ædificantẽ ædificare non posse. sed ædificantem: quando ædificat. & in cæteris simili modo. ¶ Quib9 ea quæ eueniunt absurda: non difficile est videre. patet enim: ædificatorẽ non fore/ si non ædificet. esse nanq; ædificatoris: in potentia ędificandi cõsistit. & in cæteris artibus: simili modo. q̄ si fieri nequeat vt huiuscemodi quisq̃ habeat facultates nisi aliquando didicerit atq; acceperit/ & nõ habeat rursus nisi quãdoq; amiserit (aut obliuione aut morbo quodam/ aut etiã tẽpore. non enĩ amittet re ipsa corrupta. est enĩ semp̃) cũ quispiã operari cessauerit: artẽ sane tũc nõ habebit. continuo autẽ rursus ædificabit: quonã quæso pacto tunc arte sumpta? Inanimata etiam simili modo sese habebunt. neq; enĩ calidũ/ neq; frigidum/ neq; dulce: neq; omnino quicq̃ sensibile erit/ si non sentiatur. quare fiet vt idem cẽseant quod Protagoras asserebat. At vero neq; quicq̃ sensũ habebit: si non sentiat/ nec opereť. q̄ si cæcũ id est qđ visũ non habet/ aptũ autẽ est habere/ & quãdo est aptũ/ ac insuper vt natura aptũ est habere: iidẽ sane vno in die cæci sæpi9 erũt
ac surdi. Præterea si id est impossibi 6
le qđ potẽtia caret: id qđ nõ fit/ erit impossibile ortum subire. qui vero id quod ortum subire non potest: vel esse vel fore dicit/ falsum dicet profecto. hoc enim impossibile/ ipsum: significabat. Quare hæ sentẽtiæ: motum generationemq; tollũt. semper enim: & id quod stat stabit. & id quod sedet: sedebit. non enim surget: si sedet. fieri enim non potest vt iste surgat: qui surgere nequit. Qꝫ si hæc dici nõ possunt: pa-

Argyropylus.

tet potentiam & actum diuersa esse. at illæ sententiæ: potentiam & actū idem faciunt. quapropter & nō pa-
7 rum quid tollere quærunt. ¶Quare contingit quippiam posse quidem esse: non tamen esse. & posse non esse: attamen esse. & cæteris in prædicamentis simili modo. posse quippiam ambulare: & tamen non ambulare. & item non ambulare: et tamen ambulare posse. ¶Id autem est possibile: cui si is euenerit actus/ cuius potentiam dicitur habere/ non erit impossibile quicq̄. dico autem hoc pacto si quispiam sedere poterit/ is si sederit: nullū eueniet īpossibile. & simili modo si moueri/ aut mouere/ & esse/ aut fieri/ & nō esse/ aut non fieri potest. ¶Actꝰ autem nomen: & ad perfectionem ipsam & ad cætera ex motibus/ maxime ipsis accessit. motus enī actꝰ: maxime esse videtur. Quapropter: & iisce quæ non sunt/ non motum sed alias quasdā prædicationes tribuere solent. intelligibilia autem illa & desiderabilia dicunt esse: moueri autem non dicunt. idq; propterea: ꝙ actu quidem non sunt/ esse autem actu possunt. quædā enim eorum quæ non sunt: potentia sūt. non sunt autem/ ex eo quia non actu sunt.

CAP. IIII.

8 
Vod si id qđ diximus est id quod possibile est/ ad quod sequitur actus: patet fieri non posse quo vere quispiam dicat possibile quidē esse hoc/ nō autem fore/ alioqui nos prætereunt ea/ quæ impossibilia sunt. veluti si quispiam diametrū dixerit mēsurari posse/ non tamen mensuratū fore/ non animaduertēs id quod impossibile est esse/ ex eo quia nichil prohibet vt quippiam possit quidem esse vel fieri/ non sit autem neq; fiat. ¶Sed illud ex suppositis sequatur necesse est. si supposuerimus id esse aut fuisse quod nō est quidem/ potest autem esse: nullum emergere īpossibile/ at emerget sane. est enim impossibile diametrum mensurari. ¶Non est enim idē falsum ac impossibile. te nāq; nūc sta-

Bessario.

ssum est ꝙ potentia & actus aliud et aliud est. illæ vero orationes: idem faciūt potētiā & actum. propter quod: non parum quiddam quærunt perimere. ¶Quare contin- 23
git possibile quidem esse quiddam: non esse autem. & possibile non esse: esse vero. similiter in cæteris quoq; p̄dicamentis. quicq̄ possibile ambulare: non ambulare. & possibile non ambulare: ambulare. ¶Hoc au- 24
tem possibile est: cui si illius insit actus/ cuius potentiam habere dicitur/ nichil impossibile erit. dico autē vt si possibile sedere est & sedere contingit: huic si extiterit ipsum sedere/ nichil īpossibile erit. et si moueri quicq̄ aut mouere/ aut stare/ aut sisti/ aut esse/ aut fieri/ aut non esse/ aut non fieri: similiter.
¶Nomen vero/ actus qui ad entelechiam 25
annectitur: aduenit etiam in aliis/ maxime ex motibus. videtur etenim maxime: motus/ actus esse. Quare: non entibus non attribuunt ipsum moueri. sed alias quasdam prædicationes: vtputa intelligibilia & desiderabilia esse/ ipsa non entia/ non autem mota. hoc autē: quia cum nō sint actu/ erūt actu. non entium enim: quædam potentia sunt/ nō autem sunt/ quoniam entelechia nō sunt.

CAP. IIII.


I autē possibile est quod di- 26
ctū est quatenus sequitur: manifestum est ꝙ non potest verum esse dicere ꝙ possibile quidem est hoc/ nō tamen erit. alioqui quænā impossibilia sint: hoc modo fugiunt nos. dico autem/ vt si quis dicat posse diametrum cōmensurari/ non tamen commensurabitur/ non cogitās quidnam impossibile sit: quia nichil prohibet aliquid possibile existens aut esse aut fieri/ non esse nec futurum esse.
¶Attamē ex iis quæ posita sunt: illud ne- 27
cessario sequit̄. quia si supponamus esse aut factū esse qđ nō q̄dē est/ possibile autē est: nichil impossibile erit. at accidet quidē. cōmēsurari enī: impossibile est. ¶Eniuero nō est 28
idē falsum & impossibile. te nāq; nunc sta-

Bessario.

re: falsum quidem/ sed non impossibile est.
29 ℂSimul autem manifestum est/ ꝙ si A existente/ necesse est B esse: ita etiam A existẽte possibile esse/ necesse est B quoqꝫ possibile esse. nam si non est necesse possibile esse: nichil prohibet non esse possibile esse. sit itaqꝫ A: possibile. cum igitur A possibile sit esse: si ponetur ipsum A/ nichil impossibile esse accidit/ at tum ipsum B necesse est esse. attamen: impossibile erat. Sit igitur impossibile. ꝙ si impossibile: necesse est A esse. necesse autem est B esse. sed erat A: possibile. ergo: etiam B. si igitur A possibile sit: B etiam possibile erit. si ita quidem se habebant: vt a existente/ necesse sit etiam B esse. si itaqꝫ sic se habentibus A B/ nõ ita possibile sit B: nec ipsum B se habebit vt positum est. et si A possibile existente necesse est B possibile esse: si A est/ necesse est B etiam esse. possibile nanqꝫ/ esse necessario B esse si A possibile: hoc significat/ si A sit/ & quando/ & sicuti erat possibile esse/ illud quoqꝫ tunc & ita necesse esse.

CAP. V.

30 Vm autem omnium potentiarum/ quædam natura nobis ĩsitæ sint vt sensuũ/ quædam consuetudine vt tibijs canendi/ quædam doctrina vt artiũ: has quidem necesse est eos qui primo operati sunt habere/ quæcunqꝫ scilicet consuetudine & ratione. quæcunqꝫ vero nõ tales sed patiẽdi potẽtiæ
31 sunt: nõ est necesse. ℂQuoniam vero quod potest aliquid potest/ & aliquãdo & aliquo modo/ & quæcunqꝫ alia necesse est adesse in diffinitione/ & quædam quidem cum ratione possunt mouere & potentiæ eorum cum ratione/ quædã vero irrationalia & potẽtiæ irrationales/ & illas quidẽ necesse est in animato esse/ has vero in ambobus: huiuscemodi quidem potentias necesse est/ vt cũ (quoad possint) actiuum & passiuum approximent/ hoc quidem faciat/ illud vero patiatur/ illas vero non est necesse. hæ enim omnes: vna vnius factiua. illæ vero cõtrariorũ.

Argyropylus.

re: est quidem falsũ/ at nõ ĩpossibile.
ℂInsuper etiã patet/ si cum A est/ 9
necesse est B esse: si possibile est A esse/ & B necessario possibile est esse. si enim non necesse est possibile esse: nichil prohibet vt non sit possibile esse. sit igitur ipsum A: possibile. cum igitur ipsum A possibile est esse: si positum fuerit/ nullũ impossibile esse accidet/ B autẽ necesse est esse. at impossibile erat. Sit igitur impossibile. si igitur ipsum B impossibile est esse: necesse est & A impossibile esse. at primum est: ergo secundum. si ergo A est possibile: & B possibile erit. si ita sese habebant: vt cum A est/ necessarium sit & B ipsũ esse. si igitur A & B ita sese habentibus/ B non sit hoc pacto possibile: neqꝫ ipsa A B sane ita sese habebunt vti posita sunt. ꝙ si cum A possibile sit/ & B possibile esse necesse est: si est A/ necesse est & B esse. possibile enim/ esse necessario B ipsum esse si A possibile sit: hoc sane significat si est A/ & quãdo est possibile/ & vt est possibile esse/ & illud tũc & ita necessario esse.

CAP. V.

Vm autem potẽtiarũ 10
aliæ natura insint vt sensus/ aliæ consuetudine vt modulandi facultas/ aliæ disciplina vt artes: eæ quidem quæ consuetudine comparantur ratione ve/ per operationes antecedentes habeantur necesse est. quæ vero tales non sunt/ & quæ patiendi potẽtiæ sunt: eas non necesse est hoc pacto haberi. ℂQuoniam autẽ ipsum possibile aliquid potest/ & quãdoqꝫ/ & aliquo modo/ & quæcunqꝫ alia in definitione sunt adiungenda/ & alia ꝑ rationem mouere possunt potentiæqꝫ ipsorum cum ratione sunt/ alia sunt expertia rationis/ & potentiæ ipsorum rationis identidem sũt expertes/ & illas quidem in animãte/ has autem in vtrisqꝫ esse necesse est: talibus quidem potentijs passiuum atqꝫ actiuum cum sint (vt possunt) proxima/ alterum agat/ alterum patiatur necesse est/ at illis non est necesse. harum enim omnium: quæqꝫ vna vnius est effectiua. illarum vero: quæqꝫ cõtrariorũ.

Argyropylus.

❡Quare faciet cōtraria simul? qđ quidē fieri nequit. aliud ergo qppiā habeat authoritatē: necesse ē. id autē: est appetit9 aut electio. vtrū enī appetierit: id sane faciet/cum est vt potest atq; propinquū est ipsi passiuo. ❡Quare id oē qđ per rationē potest: id agat cū appetit cuius potētiā habet & vt habet/necesse est. habet autē ita vt agat: p̄sente atq; sic se habente passiuo. alioqui: agere ꝓfecto nō poterit. hæc enim nullo inquā externorū ꝓhibēte: nō est vlterius adiungendū. ipsam namq; potentiā habet: vt est potētia faciendi. at est non oīno: sed aliquo modo sese habētibus/in quibus & ea quæ prohibēt foris cōprælendenť. hoc enim eorum nōnulla quæ in definitione insunt auferre videť. ❡Quocirca neq; faciet duo simul aut cōtraria: etiā si simul ipa velit aut cupiat facere. nō enī ipsorū hoc pacto potētiā habet: neq; est ipsa potētia/simul agēdi facultas. nam quorum est: ita faciet illa. CAP. VI.

11 
Vm autē de ea potentia dictum sit quæ ad motū accōmodatur: de actu deinceps determinemus oportet quidnā sit ipse actus/ & quale quid sit. nam si diuiserimus ipsum: simul & ipsū possibile sane patebit. nō solum inquam id possibile dici quod aptum est aliud mouere/aut ab alio moueri/ aut simpliciter/aut aliquo modo/sed alio etiam modo. qua de re quærētes: & de hisce quoq; trāsigemus. ❡Est itaq; actus: rē non ita se habere queādmodū potētia dicimus esse. dicimus autē potētia esse: vt mercuriū in ligno/ & dimidiā lineā in tota/propterea ꝙ auferri ab ea potest. & sciētem eum etiam qui non cōtemplatur: si contēplari possit. illud autem actu esse. patet autē in singulis inductione id quod dicere volumus: & nō cuiuslibet quærere diffinitionem oportet/ sed ipsā quoq; similitudinem rationis animaduertere. veluti vt ædificans sese habet ad ædificatiuum/ & vigilans ad quod dormit/& videns ad id quod claudit quidem oculos visum autē habet/& id qđ a materia est seiunctum ad materiam ipsā/ & id etiā quod est extructū ad nō ex-

Bessario.

❡Quare simul ne faciet cōtraria? hoc vero 32
īpossibile est. necesse est igitur: aliud quid-
dā esse/quod dominetur. dico autē: siue ap-
petitum siue electionē. quodcunq; enim ap-
petat: principaliter hoc faciet/ cū quoad pos
sit approximet passiuo. ❡Quare omne se- 33
cundum rationem potens: necesse est vt cū
appetat id cuius potentiam habet/& vti ha-
bet/hoc faciat. habet autem passiuo præsen
te & sic se habente: facere. sin minus: face-
re non poterit. nullo enim extrinsecus pro-
hibente/separationē faciendo: nichilo opus
āplius est. potentiā enī habet: vt eius quod
est potestate faciendi. at nō quomodocūq;/
sed aliquo modo se habentibus/a quibus se-
parabunť etiā extrīsec9 ꝓhibētia. remouenť
enim hæc eorū quædā quæ in definitione as
sūt. ❡Quare nec si simul velit aut desideret 34
duo/aut cōtraria facere: faciet. nō enī ita po
tētiā eorū simul habet: nec ē potētia simul fa
ciēdi. at quorū est: ita faciet. CAP. VI.


Vm autem de potētia quæ 35
secundum motū dicitur di-
ctum sit: de actu determine
mus quidnam act9/ & qua-
le quid sit. etenim possibile
quoq; simul manifestū erit:
si diuiserimus/ꝙ non solū hoc dicimus pos-
sibile/quod natura aptum sit aliud mouere/
aut moueri ab alio/aut simpliciter/ aut quo-
dā modo sed etiam aliter. propter quod cū
inquiramus: de his etiā tractabimus. ❡Est 36
autē actu rē existere: nō ita queādmodū di-
cimus potestate. dicimus autē potestate: vt ī
ligno mercuriū/& in tota dimidiā/eo ꝙ au-
ferri possit. & sciente etiā illū qui non specu-
lať: modo speculari possit. est autē hoc actu
(manifestū autē quod dicere volumus/ per
inductionem in singularibus: & non opor
tet omnium diffinitionem quærere/ sed eti-
am qđ proportionale est cōspicere) quoniā
vt ædificans ad ædificatiuum/ & vigilans
ad dormiens/ & videns ad conniuens ha-
bens tamen visum/ & segregatum a ma-
teria ad materiam/ & elaboratum ad ine-

Bessario.

laboratum: huius autem differentiæ alteri parti actus applicatus sit/alteri vero possi-
37 bile. ¶ Dicuntur autem actu/ non omnia similiter: sed proportionaliter. vt hoc in hoc/ aut ad hoc: ita illud in illo/aut ad illud. quædam enim: vt motus ad potentiam. quædã:
38 vt substantia ad aliquam materiam. ¶ Aliter autem infinitum & vacuum & quæcũq; huiuscemodi. q̃ pleraq; entium potentia et actu dicunt̃: vt q̃ videns/ambulans/et visũ. etenim hæc quidẽ contingunt: et simpliciter et quãdoq; vera esse. visum enĩ/ hoc quidem quoniã videtur: hoc vero quoniã videri possibile est. infinitum vero nõ ita potẽtia est: vt actu futurũ separatũ/sed cognitione. etenim potentia esse hunc actum attribuunt diuisioni/ ne deficiat: non autem vt separetur.
39 ¶ Quidnam igitur et quale quid sit quod actu est: et his et huiusmodi manifestum nobis sit.

CAP. VII.

40 
Vando autẽ potentia vnũquodq; est & quando nõ: determinandũ est. non enĩ quandocunq;. vtputa/ terra ne homo est potẽtia/an non: sed magis cum iã fuerit sperma: nec hoc adhuc fortassis. queadmodum nec a medicina quodcunq; vtiq; sanet: nec a fortuna: sed aliquid est quod pos-
41 sibile est. & hoc: potentia sanum. ¶ Determinatio vero eius quod potentia ens est cũ a mente actu fit: est quando quod vult fiat/ nullo eorum quæ extrinsecus sunt/ prohibẽte. ibi enim in eo qui sanatur/est: cum nichil eorũ quæ in eo sunt prohibeat. similiter autem & domus potentia: si nichil eorum quę in ea re & in materia sunt/ vt domus fiat ꝓhibeat/nec est quod aut addatur/ aut tollatur/aut mutetur/ hoc est potentia domus. similiter autem de cæteris quorũ extrinsecus generationis principium/ & quorum in habente ipso/quæcunq; nullo exteriori prohibente: per seipsa erũt. quale: sperma nondũ est. oportet namq; in alio esse & transmutari. cum autem iam per suum principium ta-

Argyropylus.

structum: sic & quippiã est ad quippiã/& differentiæ huius altera parte act9/altera id quod potest/sit definitum. ¶ Atq; non omnia actu similiter esse dicũtur: nisi similitudine rationis. hoc pacto vt hoc in hoc/ aut ad hoc: sic hoc in isto aut ad istud. alia enĩ: vt motus ad potẽtiã. alia: vt substãtia ad aliquã materiã dicunt̃. ¶ Atq alio modo & infinitũ ipsũ & vacuũ & q̃ sunt istiusmodi/ potẽtia atq; actu dicunt̃/ & alio modo cõplura eorũ q̃ sunt: vt vidẽs/ et ambulãs/ & quod videt̃. etenĩ fit: vt hæc & simpliciter quãdoq; vere dicantur. dicitur enĩ videri/ aliud qa videtur: aliud quia videri potest. at infinitum non hoc pacto potentia est: vt actu separatum tandem eua dat/ sed cognitione. hoc enim diuisionẽ inquã nunq̃ deficere/ p̄stat q̃dẽ vt potẽtia sit iste act9: vt separet̃ aũt nõ præstat. ¶ Quid igit̃ est atq; 12
quale actu quippiam esse: ex his & istiusmodi manifestum sit nobis.

CAP. VII.


Vãdo vero vnũq̃dq; potentia est & quãdo non est: determinandum deinceps esse videtur. non enim quãdouis potẽtia est. veluti estne ipsa terra potentia homo/an nõ est: sed potius cũ iã fuerit semẽ: et neq; tũc modo quodã fortasse. queadmodũ neq; a medẽdi facultate quoduis/ neq; a fortuna sanabit̃: sed est quippiã qđ est possibile. atq; id est potẽtia sanũ. ¶ Diffinitio autẽ ei9 qđ ex eo qđ est potẽtia a mẽte fit actu/ sic assignari potest: est ne id quod fit cũ voluerit id quod agit/ nullo eorum quæ sunt extra obstante. ibi autem in eo quod sanatur: cum nichil eorum prohibet quæ sunt in ipso. sic est & quippiam potentia domus. nam si nichil eorũ quæ sunt in hoc & in materia prohibeat vt domus fiat/ neq; quicquã sit adiungendũ/ aut auferendum/ aut mutãdum: id est profecto potentia domus. & in cæteris simili modo quorum foris est pricipium generationis/& quorũ in ipsis est/quæ quidẽ nullo ꝓhibẽte externo: p se operabunt̃. & semen nondum potentia dicitur. sit enĩ in alio atq; mutet̃ oportet. quãdo vero per suum principiũ iã ta-

Argyropylus.

le eſt/id iam potentia eſt:illud autē
alio principio indiget.quemadmo=
dum terra:nondum eſt potentia ſta
tua.ſi mutabiť enī:æs erit/vt patet.
¶Videtur autem id quod dicimus
non hoc eſſe:ſed illiuſmodi.vt ar=
ca/nō lignum:ſed lignea.neq; ipſū
lignum terra ſed terreum. terra rur
ſus:ſi hoc modo/nō aliud ſed illiuſ=
modi ſit/ſemper illud potentia/ſim=
pliciter eſt qđ poſterius eſt. velut ar
ca non terrea/neq; terra:ſed lignea
eſt.hoc enim:eſt potentia arca/ma=
teriaq; ipſi9 hoc.ſimpliciter quidē:
eius quæ eſt ſimpliciter. huius au=
tē: lignum hoc. ¶Q; ſi quippiam
ſit primum quod non vlterius per
aliud dicitur illiuſmodi:hoc eſt ma=
teria prima. veluti ſi ſit aerea terra/
aer autem non ignis /ſed igneus:
ignis eſt materia prima. quæ quidē
hoc aliquid eſt.in hoc enim vniuer
ſale ſubiectumq; differunt:quod al=
terum hoc aliquid eſt/alterum non
eſt.vt homo quidē/& corpus/ac ani
ma:ſubiectum eſt ipſorum affectuū.
affectus autem:eſt muſicū atq; albū.
illud itaq; cū orta fuerit muſica/nō
muſica:ſed muſicum dicitur.& ho=
mo:nō albedo/non ambulatio/ſed
albū/& ambulās/vt ipſū illiuſmodi
dicitur.Quę igiť hoc pacto dicūtur:
in his vltimū eſt ſubſtantia. quæ ve
ro non hoc pacto dicūtur/ ſed for=
ma quædam atq; hoc aliquid eſt id
quod prædicatur:in ijs vltimum eſt
materies ſubſtantiaq; materialis.
¶Et recte igitur fit:vt ipſū illiuſmo
di & per materiā & per affectus di=
cať.ambo enī ſūt vt patet īdefinita.
13 ¶Quando igitur quippiā dicendū
eſt potētia eſſe/& quādo non eſt di=
cēdū:ſatis iā diximus.

CAP. VIII.



Vm autē ſit diſtinctū:
quot modis ipſū pri=
us dicatur. patet:actū
potentia eſſe priorem.
atq; nō ſolū ea poten=
tia definita quæ principium mu=
tandi in alio vt eſt aliud dicitur/ſed
omnino omni principio motionis
atq; quietis.etenim natura in eodē
eſt genere/in quo eſt & potentia ip
ſa.eſt enim principium mouendi:
at non in alio / ſed in ipſo vt ipſum
eſt.omnē igiť talē potētiā:ipſe actus
rōne atq; ſubſtātia antecedit.tēpore

Beſſario.

le fuerit hoc iam potentia eſt:illud vero altero
principio indiget.quemadmodū terra:non=
dum eſt potentia ſtatua. tranſmutata nāq;:
æs erit.¶Videtur autē eſſe quod dicimus/ 42
non hoc:ſed illiuſmodi.vt arca/non lignum:
ſed lignea.neq; lignum terra: ſed terreum.
Rurſ9 terra ſi ſic non aliud:ſed qđ illiuſmo=
di/ ipſum ſemper potentia/ ſimpliciter po=
ſterius eſt. vt arca:neq; terrea/neq; terra:ſed
lignea.hoc enim: potentia arca/& materia
arcæ hæc.ſimpliciter quidem:eius quod ſim
pliciter eſt.huius autem:hoc lignum.¶Q; 43
ſi eſt aliquid primū quod non ſecūdū aliud
dicitur illiuſmodi:hoc prima materia.vtpu=
ta ſi terra aerea/ aer vero nō ignis ſed igne=
us:ignis prima materia eſt tanq̃ quod quid
& ſubſtantia.hoc enim vniuerſale & ſubie=
ctū differt eo ꝙ eſt qđ quid eſſe aut nō eſſe.
vtputa quod ſubijcitur paſſionibus:homo/
corpus/& anima.paſſio vero:muſicum/& al
bum.dicitur autem:muſica adueniēte/illud
non muſica ſed muſicum.& homo: non al=
bedo ſed albū.nec ambulatio/ neq; motus:
ſed ambulās aut motū ſic quod illiuſmodi.
Quęcūq; igiť ita:vltimū ſubſtātia eſt.quæ=
cūq; autem non ita/ſed ſpecies aliqua & qđ
quid eſt qđ prędicať:vltimū materia & ſub=
ſtātia materialis eſt.¶Et recte ſane accidit: 44
illiuſmodi dici ſecūdū materiā & paſſiones.
ambo eteni:indeterminata ſunt.¶Quādo 45
igitur dicendū eſt potentia/& quando non:
dictum eſt.

CAP. VIII



Voniam autē quot modis 46
dicatur prius : determinatū
eſt.manifeſtum eſt:ꝙ actus
47 inest esse cõtrarijs ¶ His autẽ existentibus: patet quod non contingit/vni plura contraria esse. nec enim: vltimo vlterius aliquid erit.

Argyropylus.

idem: genus est aut species. omne enim quod differt: aut genere aut specie differt. at genere quidem differunt ea: quorum materia nõ est cõmunis/neque mutua generatio. vt ea quorum est alia prædicamenti figura. specie autem: ea quorum genus est idem. genus vero dicitur: quo (ea ambo quæ differunt) idem per substantiam esse dicuntur. ¶ Quare 13
contraria sunt differẽtia: & contrarietas est differentia quædam. Hoc autem bene a nobis esse suppositũ: ex inductione patere potest. omnia enim differentia & eadem non solum diuersa esse videntur: sed quædam genere sunt diuersa. quædam sunt in eadem prædicamenti serie collocata. ¶ Quare eodem in genere sunt: & genere eadem sunt. definitum est autẽ alio in loco: quæ genere eadẽ sũt aut diuersa. CAP. VI.



QVoniam autẽ fit vt ea quæ differunt magis minusve differant: est & quædam sane maxime differentia. atque hanc: contrarietatem dico. esse autẽ hanc maximã differentiam: ex inductione patere potest. etenim ea quidẽ quæ genere differunt: mutuã ad se viam non habent sed plurimum distãt/& inter sese comparabilia nõ sunt. at generationes eorũ quæ specie differunt: ex contrarijs sunt porro vt ex extremis. extremorũ vero distantiam: maximam esse constat. quare patet: & contrariorum maximam esse. ¶ Atqui id quod est maximum ĩ vnoquoque genere: est perfectum. maximum enim id est: cuius non est excessus. & perfectum id: cuius sumi quicquam extra nõ potest. perfecta namque differentia: finem habet. perinde atque cætera: propterea perfecta dicuntur quod finem habent. nichil autem est extra finem. est enĩ ipse finis extremum in omnibus: atque cõtinet. iccirco: nichil est extra finẽ. neque vllius indiget ipsum perfectum. Contrarietatem igitur differentiam esse perfectã: ex hiscepatet.
¶ Cum autẽ pluribus cõtraria modis dicãtur. sic & perfectũ comitabitur vt ipsius cõtrarietatis ratio cõpetit. 14
¶ Quæ cũ ita sit: patet vni plura cõtraria esse nõ posse. neque enĩ extremo quicquam magis extremum esse potest.

Argyropylus.

neq; vnius iteruall: plura sūt duobus extrema. omninoq; si contrarietatis quidem est differentia/ differentia vero duorum est differentia: perfecta quoq; differentia duorum erit profecto. ¶At vero cęteras etiam contrariorum diffinitiones: veras esse necesse est. etenim: perfecta differentia plurimum differt. extra enim ea quæ genere differunt: nō fit vt quicq̄ sumatur/ neq; extra ea q̄ specie differunt. demonstratum est enim differentiā ad ea q̄ sunt extra genus nō esse. horum autē: hæc maxima est vt patuit. Et ea quæ plurimū eodē in genere differunt: cōtraria sunt. perfecta enim horum differentia: maxima est. Et ea rursus q̄ in eodem susceptiuo plurimum differunt: contraria sunt. est enim eadem contrariorū materies. Et ea insuper: quæ sub eadem potentia plurimum differūt. sciētia enim vna circa vnū genus versatur: in quibus differentia pfecta/ maxima est. CAP. VII.

15 

Tqui prima cōtrarietas: habitus est & priuatio. nō tamē omnis priuatio (multipliciter enī: priuatio dicit) sed ea q̄ est pfecta. ¶Cætera vero contraria: per hæc ipsa dicētur. partim: propterea q̄ habēt. partī: ex eo quia faciūt/ aut sūt effectiua. partī: quia sūt acceptiones aut abiectiones horum/ aut aliorum contrariorū. ¶Si igitur oppositiones sunt contradictio/ priuatio/ cōtrarietas/ & relatio/ atq; harum prima est contradictio/ & cōtradictiōis nullum est mediū/ fit autem vt inter cōtraria sit aliqd medium: patet cōtradictionē idem atq; contrarietatem non esse. ¶Priuatio vero: quædam est contradictio. aut enī id qd oīno habere neqt/ aut id quod non habet/ aptū est tamē habere: priuatū est. aut omnino/ aut ex pte aliqua: definitū. iam enim multis hoc dicimus modis: vt in alijs locis distinximus. Quare priuatio: q̄dā est cōtradictio/ aut in potētia definita/ aut cōpræhensa cū susceptiuo. ¶Quocirca cōtradictionis quidē mediū nō est: priuationis autem alicuius est. omne enī: ęquale est aut nō æquale/ at non omne: æquale est aut iæquale/ nisi i eo dūtaxat qd est susceptiuū æqualitatis.

Bessario.

nec vnius distantiæ: plura q̄ duo vltima. & omnino si cōtrarietas differentia est/ differētia vero duorum est: ergo & ipsa/ perfecta.
¶Necesse autē alias contrariorū diffinitio- 48
nes veras esse. etenī: plurimū differt pfecta differētia. nāq; nō esse aliquid sumēdū extra ea quæ & genere differunt & specie: ostēsum est. quia ad ea quæ extra genus sūt: nō est differentia. horum autem: hæc maxima est. Et quæ in eodē genere plurimum differunt: contraria sunt. maxima enī: horum differentia est/ quæ perfecta est. Et quæ in eodē susceptiuo plurimū differūt: contraria sunt. materia enī: eadē contrarijs. Et quæ: sub eadem potentia plurimum differunt. etenim scientia circa vnū eorū genus/ vna: in quib9 pfecta differentia/ maxima est.

CAP. VII.



Rima vero cōtrarietas: ha- 49
bitus & priuatio est. non tamen omnis priuatio (multipliciter enim: priuatio dicit)
sed q̄cūq; perfecta sit. ¶Cę- 50
tera vero contraria: secundū hæc dicentur. quædam: eo q̄ habeāt. quædam: eo q̄ faciāt/ aut factiua sint. quædam: eo q̄ accipiant aut abijciant hæc/ aut alia cō-
traria. ¶Si opponuntur itaq; cōtradictio/ 51
priuatio/ contrarietas/ & ad aliquid/ horum autem primum contradictio/ contradictionis vero nichil medium est/ cōtrariorum autem contingit: patet q̄ non idem est contra-
dictio & contraria. ¶Priuatio vero: quædā 52
cōtradictio est. aut enim: quod omnino impossibile est habere. aut quod cum natura aptum habere sit/ nō habeat: priuatum est. aut totaliter/ aut modo quodā: determinatum. multipliciter enim hoc (vt in alijs diuisum a nobis est) dicimus. Quare priuatio: quædam cōtradictio est/ aut impossibilitas determinata/ siue simul accepta cum susce-
ptiuo. ¶Ideo cōtradictionis q̄dē nō est me- 53
diū: sed priuationis alicui9 est. omne enī: aut ęquale aut nō ęquale. ęquale vero aut īęquale: nō omne nisi solū i susceptiuo ęqualitatis.

Bessario.

54 ¶Si itaq; generationes ipsi materiæ ex cō-
trarijs (fiunt autem aut ex specie & habitu
speciei: aut ex aliqua priuatione speciei &
formę) patet q; omnis quidem contrarietas/
priuatio est. priuatio vero nō omnis fortas-
se: contrarietas est. causa vero est: quia mul-
tipliciter priuari contingit quod priuatum
est. e quibus enim vltimis transmutationes:
hæc contraria sunt. hoc autem: & per indu-
ctionem manifestum est. omnis nāq; cōtra-
rietas/habet alterius contrariorum priuati-
onem: verum non omnia similiter. inæqua-
litas enim: æqualitatis. dissimilitudo vero:
similitudinis. viciū autē: virtutis. Differt au-
tem: vt dictum est. etenim hoc quidem: si so
lū priuatū sit. hoc vero: si sit aut quando/aut
in aliquo. vtputa in aliqua ætate/aut ī prīci-
pali/aut omnino. Ideo: horū q dē est aliquid
mediū. & est: nec bonus homo nec malus. il
lorum vero non est: sed necesse est esse parē
vel imparem. Præterea quædam habēt sub-
55 iectum determinatū: quædā non. ¶Qua-
re manifestum est: q; semper alterum cōtra-
56 riorum/secūdū priuationē dicitur. ¶Suffi-
cit vero etiam si prima & genera contrario-
rum: vtputa vnum & multa. cætera enim:
ad hæc reducuntur.

CAP. VIII.

57 CVm autem vnum vni cōtra-
rium sit: dubitauerit quispiā
quonā modo vnum & mul-
ta opponuntur/& æquale
magno & paruo. ipsum enī
vtrum: sēper in oppositione
dicimus. vtputa: vtrum albū an nigrū. vtrū
album an nō album. vtrū vero homo an al-
bū: nō dicimus/nisi ex suppositione/& quę-
rētes vtputa vtrū Cleon venit/an Socrates.
sed hoc: in nullo genere necesse est. Verum
hoc quoq;: illic aduenit. sola nāq; opposita:
non cōtingunt simul esse. quo & hic vtitur:
in eo quod est vter venit. nā si simul cōtinge-
ret: ridicula esset interrogatio. quod si etiam
ita: similiter etiā ī oppositionē cadit/ad vnū
aut multa. vtputa vtrū ābo venerūt/an alter:
si sane ipsi⁹ vtrū/qstio sēper in oppositis fit.

Argyropylus.

¶Qr si generationes ex contrarijs 16
in materia fiunt (e forma autem fi-
unt formæq; habitu: aut ex aliqua
formæ priuatione) patet omnem q-
dē contrarietatem/priuationē quā-
dam esse. priuationem aūt nō omnē
fortasse: contrarietatem esse. & cau-
sa est in promptu. fit enim vt id qđ
caret: multipliciter fit priuatum. ea
nāq; contraria sunt: e quibus extre-
mis mutationes fieri solent. patet
etiam: per inductionē. omnis enim
contrarietas/alterius contrariorum
priuationem habet: sed non omnia
similiter carēt. inęqualitas enī: æqua-
litatis. dissimilitudo: similitudinis.
vitiū: virtutis priuatioē vt patet. Dif
fert autem: vti diximus. aliud enim
priuatū dicitur: si solū careat. aliud
si quando aptū est habere nō habe-
at/vt in ætate aliqua/aut in aliquo/
aut pręcipuo/aut omnino. Quocir-
ca: quorundam est medium. et neq;
bon⁹ homo est neq; malus. quorū-
dam non est: sed sit aut par aut im-
par necesse est. Preterea sūt quæ de-
finitum subiectum habent: sunt quę
non habent. ¶Quare per priuatio-
nem/semper contrariorum alterum
dici: patet. ¶Sat autem est etsi ipsa
prima/ generaq; contrariorum: ita 17
dicantur/vnum inquam ipsū & mul
ta. ad hæc enim: cætera reducun-
tur.

CAP. VIII.

CVm autem vnum vni
contrarium sit: dubita
uerit quispiā quonam
modo opponūtur vnū
& multa/& ęquale ad-
uersatur magno ac paruo. ipsum
enim vtrum: dicere semper in oppo
sitione solemus. veluti vtrum sit al
bum an nigrum. & vtrum album sit
an non album. vtrum autem homo
sit an albū: non dicim⁹/nisi ex sup-
positione/ quęrentes ceu vter acces
sit: Cleō ne an Callias. Sed nō neces
se ē vllo ī gn̄e hoc pacto īterrogare:
sed & hoc illic ē ꝓfectū. sola enī op-
posita nequeūt simul esse. quo & hic
vtitur: cum interrogat vter accessit.
nā si simul accidere posset: ridicula
talis esset interrogatio. qđ si & hoc
pacto fieri potest: in oppositionē si-
militer cadit/in vnum inquam &
multa. veluti vtrum vterq; vene-
rit: an alter. si igitur quæstio per 18
vtrum: in ipsis sit semp oppositis.

Argyropylus.

¶Dicitur autē vtrū maiꝰ an minꝰ
sit quippiā/an æquale: quænā sit ad
hæc oppositio ipsiꝰ æqualis? neq;
enī alteri solū est cōtrariū. cur enim
maiori potiꝰ q̄ minori? neq; vtrisq;.
Prętere a ipsum æquale cōtrariū est
inæquali. quare pluribus erit q̄ vni
cōtrariū. ꝙ si inæquale idē signifi=
cat simul qđ illa ambo: oppositum
19 quidē erit vtrisq;. Et ipsa dubitatio
opitulaẽ ijsce: qui ipsum inæquale
dualitatē inquiunt esse. fit attamen
vt duobus sit cōtrariū vnū: qđ qui=
dē est impossibile. Præterea æquale
quidē inter magnū & paruū mediū
esse videẽ. contrarietas autē: media
esse neq; videẽ neq; potest/ vt ex dif
finitione ipsius patet. nō enī erit pfe
cta: si alicuius media sit. quin potiꝰ:
ipsa mediū quippiam semper ha=
bet. restat igiẽ: vt ipsa aut vt nega=
tio aut vt priuatio opponātur. atq;
vt æquale alteri solum opponatur:
fieri nequit (cur enī potiꝰ magno q̄
paruo aut paruo q̄ magno?) vtrūq;
ergo negatio est priuatiua. quapro=
pter & ad vtrūq; diciẽ vtrū: ad alte
rū vero nō diciẽ. velut vtrū sit æq̄le
an maiꝰ. aut vtrū sit æquale an mi=
nꝰ. sed semp respectu triū istorū dici
tur vtrū. nō aūt necessario priuatio
est. nō est enī ōne id æquale qđ neq;
maius est neq; minus: sed id eorū
dūtaxat in quibꝰ illa ie sse sūt apta.
¶Est igitur id æquale qđ neq; ma
gnū est neq; paruū: aptū autē ma=
gnū vel paruū esse. atq; vtrisq;: vt
priuatiua negatio aduersatur. qua=
propter & inter illa mediū occupat
locū. id etiā qđ neq; bonū est neq;
malū: ambobꝰ his aduersaẽ/ sed no
mine caret. pluribus enī vtrūq; dici
tur modis: & susceptiuū nō vnum
est. sed magis id nomē habet: quod
neq; albū ē neq; nigrū. attamē neq;
hoc diciẽ vnū: verū ipsi colores sūt
quodā modo definiti/ in q̄bus hæc
negatio diciẽ priuatiue. nā aut fuscū
aut ceruleū aut aliquid aliud tale il=
lud esse: necesse est. ¶Quare nō re=
cte increpant ij qui cūcta dici simi=
liter putāt. vt inter calceum ac ma=
nū id sit mediū: qđ neq; calceꝰ est/
neq; manus. cū & id qđ neq; bonū
est neq; malū: mediū sit inter bonū
et malū. atq; adeo vt aliquid sit sine
vllo discrimine mediū inter cuncta.
¶Nō autem necesse est ipsū acci=

Bessario.

¶Dicitur autem vtrum maius an minus/ 58
an æquale: quænam æqualis ad hæc oppo
sitio est? nec alteri soli contrarium: nec am=
bobus est. cur enim: magis maiori q̄ mino=
ri? Præterea: inæquali æquale contrarium.
quare in pluribus q̄ vno erit. ꝙ si inæquale
idem ambobus simul significat: erit quidem
ambobus oppositum. Et dubitatio iuuat il
los: qui dicunt inæquale dualitatem esse. ve=
rum accidit vnum duobus contrariū esse:
quod impossibile est. Item æquale quidem:
medium magni & parui videtur. contrarie=
tas vero: neq; media videtur/ neq; ex diffini
tione possibile est. non enim esset perfecta:
si alicuius media esset. sed magis: semper ali
quid suiipsius medium habet. restat itaq;:
aut vt negationem opponi/ aut vt priuatio=
nem. alterius igitur: non contingit (cur enim
magis magni q̄ parui?) amborum ergo pri
uatiua negatio. ideo ipsum vtrū ad ambo:
non ad alterum solum dicitur. vtputa/ vtrū
maius an æquale/ vel vtrum æquale an mi=
nus: sed tria/ semper. nō autem priuatio/ ne=
cessario. etenim non omne quod non maius
aut minus/ æquale est: sed in quibꝰ apta/ na=
tura sunt illa esse. ¶Est igitur æquale quod 59
cum nec magnū/ nec paruum sit: natura ta=
men aptum est magnum aut paruum esse.
& ambobus: tanq̄ priuatiua negatio oppo
nitur. ideo & medium est. & quod nec bo=
num/ nec malum est: ambobus opponitur.
verum innominatū est. multipliciter namq;
vtrūq; dicitur: & susceptiuum non est vnū.
sed magis/ quod nec album neq; nigrū: neq;
tamē hoc dicitur vnū. sed determinati quo=
dā modo colores sunt: de quibus priuatiue
hæc negatio dicitur. necesse est enim: aut fu=
scum aut pallidū aut huiuscemodi aliquid
aliud determinatum esse. ¶Quare nō re= 60
cte reprehendunt: qui similiter putant om=
nia dici. vt calcei & manus mediū sit: quod
neq; calceus/ neq; manus est/ quandoqui=
dē & quod nec bonum nec malum est bo=
ni & mali/ ac si omnium esset aliquod me=
diū. ¶Verum non est necesse: vt hoc acci= 61

Bessario.

dat.eteni hæc negatio simul oppositorũ est:
& quorum aliquod medium ac aliqua di=
stantia/ natura apta est esse. illorum autem
non est differẽtia.in alio eni genere ea sunt:
quorũ simul erant negationes. quare quod
subijcitur:non est vnum.

CAP. IX.



62 SImiliter autẽ:de vno & mul
tis quispiam dubitare pos=
sit.etenim si multa vni sim=
pliciter opponũtur: accidũt
quædam impossibilia. vnũ
etenim paucum aut pauca
erit.multa etenim paucis opponũtur. Præ=
terea duo sunt multa (siquidẽ duplex: mul
tiplex)dicitur autem duplũ a duobus.qua=
re ipsum vnum:paucum erit.ad quid enim
ipsa duo dicerentur multa: nisi ad vnum &
paucum?nichil nanq; est minus. Præterea
si vt in longitudine longum & breue/ ita in
multitudine multum & paucum/ & quod=
cunq; sit multũ & multa/& rursus quæ mul
ta etiam multum/nisi forte in continuo faci
le terminabili differat:quod paucũ est quæ=
dam multitudo erit.quare ipsum vnũ:mul=
titudo quædam est.siquidem:& paucũ.hoc
63 vero necesse est:si ipsa duo multa sũt.¶Ve
rum fortassis/multa dicuntur quidem sicu=
ti & multum:sed vt differens (veluti aqua)
multum/ multa vero minime. sed quæcũq;
diuisibilia sunt: in his dicuntur. vno quidẽ
modo:si qua multitudo sit/excessũ aut sim=
pliciter aut ad aliquid habens. paucũq; si=
militer:multitudo defectũ habens. hoc ve=
ro:vt numerus/ qui solũ vni opponitur. ita
enim dicimus vnum aut multa:quemadmo
dum si quis dicat vnum & ipsa vna/ aut al=
bum & ipsa alba/& mensurata ad mensurã
& mensuratum.sic et multiplicia dicuntur.
multa nãq;/vnusquisq; numerus:quia mul=
ta vna/ et quia vnusquisq; vno mensurabi=
64 lis.et tanq̃ vni:nõ pauco/oppositus.¶Hoc
itaq; modo:multa sunt et ipsa duo. tanquã
vero multitudo/ aut ad aliquid / aut sim=
pliciter excessum habens/non sunt; sed pri=

Argyropylus.

dere. ipsa enim oppositorum simul negatio eorum est sane: quorum est quid medium & interuallum/ quippiam aptum est esse.at horum non est differentia (in diuersis nãq; generibus collocantur) ad quæ sane non huiusmodi negationes accommodantur.quare non est ipsorum vnum subiectum. CAP. IX.



SImili modo: & de v= 20
no & de multis quispiam dubitauerit. nã si ipsa multa ipsi vni simpliciter opponuntur: nonnulla ĩpossibilia euenire videntur.ipsum enim vnum paucum aut pauca erit. ipsa nanq; multa & paucis aduersantur. Præterea ipsa duo sunt multa(si duplũ multiplex est) dicit̃ enĩ ab ipsis duobus. quare fit vt vnũ sit paucũ.ad quid enĩ aliud ipsa duo sũt multa: nisi ad ipsum vnũ atq; ad paucũ?nichil enĩ aliud esse minus videtur. Præterea vt in lõgitudine sese habet productũ & breue/sic in multitudine sese habet multũ ac paucũ/atq; quicq̃d est multũ & etiã multa/& multa sũt etiam multum/ nisi ergo quippiam intersit in cõtinuo facilis terminationis:multitudo quædã ipsum paucum erit. quibus efficitur vt vnum ipsum multitudo sit quædam: si & paucũ est.quod quidem necesse est esse:si ipsa duo sũt multa. ¶At enĩ ipsa multa fortasse dicũtur vt & ipsum multũ: sed vt differens (vt vinum dicitur quidem multum) non autem dicitur multa. sed dicitur in ijsce:quæ diuisibilia sunt. atq; vno quidem modo: si multitudo sit excessionem simpliciter aut ad aliquid habens. & paucum ipsum identidem: si multitudo sit habens defectionem. alio vero modo vt numerus:qui & ipsi vni solum opponitur. sic enim vnum dicimus aut multa: quemadmodum si quippiã vnum dixerit atq; vna/ aut album & alba/ atq; mensurata ad ipsã mẽsuram.sic & multiplicia ipsa dicuntur. multa enĩ ex eo quisq; numerus est:qa est multa vna/& qa est qsq; mẽsurabilis vno.& vt id qd vni nõ pauco opponit̃. ¶Sic igit̃: & ipsa duo sũt multa.sed vt multitudo habẽs excessũ/aut ad aliqd/aut simpliciter nõ sũt/ sed multitudo sũt pri=

Argyropylus.

ma. pauca vero simpliciter. sunt au-
tem multitudo prima: habens de-
fectionem. ⁋ Quocirca non recte
Anaxagoras dixit: erant res omnes
simul & multitudine infinitę & par-
uitate. sed pro & paruitate: dicere
ipsum & paucitate oportebat. non
enim sunt versus paucum infini-
ta: non ob ipsum vnum (vt quidam
21 aiunt) sed ob ipsa duo. ⁋ Oppo-
nitur igitur vnum multis: vt men-
surabili mensura. ⁋ At hæc oppo-
nuntur: vt ea quæ sunt ad aliquid
non per se. alijs autem in locis di-
stinximus ea quæ sunt ad aliquid
duobusq; diximus dici modis/ alia
vt contraria/ alia vt scientia ad sci-
bile: ex eo quia ad ipsum aliquid
quippiam dicitur. ⁋ Vt autē ipsum
vnum sit aliquo minus vti duob9:
nichil obstare videtur. non enim si
minus sit: cōtinuo est ob hoc pau-
cū. multitudo vero est vt numeri ge
nus. est enim numerus multitudo
mensurabilis vno. ⁋ Et opponun
tur quodam modo vnum & nu-
merus: non vt contraria/ sed vt nō-
nulla eorum quæ sunt ad aliquid.
quo enim alterum est mensura/ al-
terum mensurabile: hoc vtiq; op-
ponuntur. ⁋ Iccirco nō omne qđ
vnū est: numerus est. veluti si quid
indiuisibile sit. ⁋ Sciētia autem et
si similiter ad scibile dicit̄: non ta-
men similiter assignatur. nam scien
tia quidem mensura: scibile autem
id quod mensuratur esse videbitur.
At fit vt scientia quidem omnis sit
scibile/ non omne autem scibile sit
sciētia: propterea ꝙ scientia aliquo
modo ipso scibili mēsuratur. ⁋ Mul
titudo vero neq; pauco est contra-
rium: sed huic multum opponitur/
perinde atq; multitudo excedens
multitudini quæ exceditur. neq; v-
ni omnino: sed vnum aliud est (vti
dictum est) diuisibile/ aliud indiui-
sibile/ quod est vt ad aliquid/ vt sci-
bile ad scientiam si numerus sit. ip-
sum autem vnum: mensura.

CAP. X.

22 
Vm autem iter cōtra-
ria medium aliquod
esse possit/ atq; inter
aliqua sit: ipsa media
ex cōtrarijs esse neces
se est. oīa enī media:

Bessario.

ma. simpliciter vero sunt pauca: ipsa duo.
multitudo nanq; est prima: defectum ha-
bens. ⁋ Quare non recte fuerit dicens A- 65 Anaxa-
naxagoras. ꝙ simul cunctæ res erant/ mul- goras.
titudine & paruitate infinitæ. decebat nāq;
pro paruitate dicere: & paucitate. non enim
infinitæ: cum paucum/ non propter vnum
(vt quidā aiunt) sed propter duo. ⁋ Oppo 66
nūtur autem vnum & multa quæ in nume-
ris: vt mensura mensurato. hæc vero: vt ea
quæ ad aliquid. ⁋ Quæcunq; eorum quæ 67
ad aliquid non secundum se dicuntur (di-
stinctū autē a nobis in alijs est: ꝙ ea quæ ad
aliquid dupliciter dicuntur) quædam vt cō
traria/ quædā vt scientia ad scibile eo ꝙ ali-
quid aliud dicatur ad ipsum. ⁋ Vnum ve- 68
ro/ aliquo minus esse/ vtputa duobus: ni-
chil prohibet. non enim si minus est: etiam
paucū est. multitudo autē quasi genus nu-
meri est. numerus etenī est: multitudo vno
mensurabilis. ⁋ Et quodā modo vnū & nu 69
merus opponuntur: nō vt cōtraria/ sed (quē-
admodū dictum est) vt quædam eorū quæ
ad aliquid. quatenus enim hoc quidē men-
sura/ illud vero mensurabile est: eatenus op
ponūtur. ⁋ Ideo non omne quod vnū sit: 70
numerus est. vtputa: si quid indiuisibile sit.
⁋ Cū autē similiter dicatur scientia ad sci- 71
bile: non similiter assignatur. videri nanq;
possit scientia quidē mensura esse: scibile ve
ro qđ mēsurat̄. Accidit autē oēm quidē sciē
tiā scibile esse/ scibile nō oē sciētiā esse: eo ꝙ
modo quodā sciētia scibili mēsurat̄. ⁋ Mul 72
titudo autē neq; pauco cōtraria est: sed huic
multū tāq̄ excedēs multitudo/ excessæ mul
titudini. nec vni oīno. sed hoc quidem (vt di-
ctum est) ꝙ diuisibile. hoc indiuisibile/ tanq̄
ad aliquid/ quemadmodū scientia scibili si
fuerit numerus. vnum vero: mensura est.

CAP. X.


Vm vero contrariorum con- 73
tingat aliquid mediū esse/ &
quorundā sit: necesse ex con-
trarijs media esse. ōnia enim
media et illa quorū media sūt:

Bessario.

in eodē genere sunt. media nanq; illa dici-
mus: in quæ necesse est primo transmuta-
ri quod transmutatur. vtputa si ab hypate
in netē paulatim pertrāseat: prius ad me-
dios sonos veniet. & in coloribus si ex albo
ad nigrum veniat: prius ad puniceū & fu-
scū/ q̃ ad nigrum veniet. similiter autē & in
74 alijs. ¶ Transmutari vero ex alio genere in
aliud genus: non est nisi secundū accidens.
vt ex colore: in figurā. necesse igitur vt me-
dia & sibiinuicē & quorū media sunt: in eo-
75 dē genere sint. ¶ At vero omnia media: ali-
quorū oppositorū sunt. ex his nanq; solis:
per se transmutari est. Quare īpossibile est:
media esse non oppositorū. esset nanq; pro-
fecto: transmutatio etiam ex non oppositis.
76 ¶ Oppositorū vero contradictionis quidē:
nullū est mediū. hoc enim est contradictio:
oppositio cuius cum nichil habeat mediū/
cuicunq; altera pars adest. cæterorum vero:
quædā ad aliquid/ quædā priuatio/ quædā
77 cōtraria sunt. ¶ Eorū vero quæ ad aliquid/
quæcunq; non sunt contraria: non habent
mediū. causa vero: quia non in eodē genere
sunt. quid nanq;: scientiæ & scibilis mediū?
78 verū: magni & parui est. ¶ Quod si media in
eodem genere sunt (vt ostensum est) & con
trariorū media: necesse est ea ex his contra-
rijs componi. aut enim erit aliquod genus
eorū: aut nullū. et si genus quidē ita erit/ vt
aliquid prius contrarijs sit: differentiæ pri-
ores/ contrariæ erunt quæ faciunt cōtrarias
species/ tanq̃ generis. ex genere nanq; & dif
ferentia: species sunt. vtputa si album & ni-
grū cōtraria sunt/ est autem illud segregati-
uus color/ hoc vero congregatiuus: hæ dif-
ferentię congregatiuum & segregatiuū/ pri-
ores. quare hæc priora inuicem contraria
sunt. at vero quæ contraria differentiæ sūt:
magis contraria sunt. cætera quoq; & me-
dia: ex genere & differētijs erūt. vtputa qui-
cunq; colores medij inter album & nigrum
sunt: hos oportet vt et ex genere dicātur (est
autem genus color) & ex quibusdā differen
tijs. hæ vero: non erunt prima contraria.

Argyropylus.

eodē in genere sunt. & ea inter quæ
media sunt. nā ea media dicimus:
in quæ prius id quod mutatur mu-
tetur necesse est. vt in fidibus si ex
prima transeatur ad vltimā paucis
sima ratione prius ad sonos medi-
os accedetur. & in coloribꝰ si ex al-
bo in nigrū itur: prius ad rubeum &
fuscū/ q̃ ad nigrū peruenietur. & in
cæteris simili modo. ¶ At nō fit vt
in aliud genus ex alio quicq̃ mute-
tur: nisi per accidēs. vt ex colore: in
figuram. sint ergo media ipsa & ea
quorū sūt media: genere in eodem
necesse est. ¶ At vero media cūcta:
oppositorū quorundā sunt. ex his
enī solis: per se fieri mutatio solet.
Quapropter impossibile est: īter nō
opposita medium esse. alioquin mu
tatio & ex non oppositis fuerit.
¶ In his autem oppositorum nul-
lum est medium quæ contradicto-
rie aduersātur. est enim cōtradictio
ea nimirum oppositio: cuius altera
partiū adest/ nō habētis mediū vl-
lū. cæterorū autē: alia relatiue/ alia
priuatiue opponūtur/ alia cōtraria
sunt atq; relatiuorū. ¶ Ea q̃ nō cō-
traria sunt: mediū sane nō habent.
propterea ꝙ nō in eodē genere col
locantur. quid enī inter scientiā sci-
bileq; medium esse potest? sed inter
magnū & paruū esse videt̄. ¶ Quod si 23
ipsa media genere in eodē sunt vt
ostendimus/ atq; inter cōtraria ca-
dunt: ex hisce porro contrarijs ipsa
componantur necesse est. aut enim
ali quod genus: aut nullum erit ip-
sorum. & si erit genus hoc pacto/
vt sit ipsis quippiam cōtrarijs pri-
us: eæ differentiæ priores erūt con-
trariæ quæ contrarias species/ vti
generis sane fecerūt. ex genere nāq;
differētijsq;: species ipsæ constant.
veluti si album & nigrum contra-
ria sūt/ & alterum disgregatiuus/ al-
terū cōgregatiuus est color: hæ dif
ferētiæ priores sūt/ disgregatiuū in-
quā atq; cōgregatiuum. quare hæc
priora cōtraria sunt. at vero ea quæ
cōtrarie differunt: magis contraria
sunt. atq; reliqua & media: ex ge-
nere differentijsq; constabunt. ceu
colores omnes qui sunt inter al-
bum & nigrum ex genere constare
(quod quidem est color) & ex qui-
busdam differētijs dicant̄ oportet.
hæ vero: nō erūt ipsa cōtraria pria.

Argyropylus.

alioqui: album vnũquodq; erit vel
nigrũ. erunt igitur aliȩ. hæ ergo in-
ter ipsa prima contraria erunt. pri-
mæ autem differentiæ: disgregati-
uum sunt & congregatiuũ. ¶ Qua-
re in hisce contrarijs primo quærẽ-
dum est quæ non in genere sunt: ex
quonam ipsorũ media sunt? ea enĩ
quæ genere in eodẽ sunt: ex incom-
positis genere cõstare/ aut incõpo-
sita esse necesse est. ¶ Ipsa igitur cõ
traria ex sese mutuo cõponi nõ pos
sunt: quare pricipia sunt. ¶ Media
autem: aut omnia sunt incomposi-
ta/ aut nichil. ex cõtrarijs vero ali-
quid fit. quare in hoc erit antea mu
tatio: q̃ in ipsa. erit enim magis mi-
nusve tale q̃ extremorũ vtrũq;. er-
go & hoc cõtrariorũ medium erit.
Et cȩtera ergo media: cõposita sũt
vniuersa. qđ enĩ min⁹ q̃ hoc/ & mi-
n⁹ q̃ hoc ẽ tale: id ex hisce quoquo
modo cõstat respectu quorũ illo di-
cit modo. ¶ At cũ alia prima cõtra-
rijs non sint sub eodẽ genere collo
cata: omnia profecto media cõposi
ta ex contrarijs erunt. quare cũcta
infra & contraria & media: ex con-
24 trarijs primis constabunt. Media
igitur vniuersa genere in eodem es
se/ & inter contraria collocari/ com-
positaq; ex contrarijs esse: diluci-
dum iam per ea quæ diximus fuit.

CAP. XI.


D autem quod diuer
sũ est specie: est quid
ab alio diuersũ, atq;
id: competat vtrisq;
oportet. si enim ani-
mal diuersum sit specie: ambo ani-
malia sint oportet. ea ergo quæ di-
uersa sunt specie: genere in eodẽ es
se necesse est. tale enĩ genus appel-
lo: quo ãbo/ vnũ & idẽ dicunt/ non
per accidẽs differentiã habẽs/ siue
sit vt materia/ siue aliter. nõ enĩ so-
lũ ipsũ cõmune competere oportet/
ceu ãbo aĩalia esse: sed etiã idipsum
aĩal diuersũ vtrisq; cõpetere. veluti
alterũ quidẽ equũ: alterũ autem ho
minẽ esse. quapropter hoc commu
ne: diuersũ inter se specie. erit igit
per se/ alterũ quidẽ tale aĩal: alterũ
autẽ tale. ceu alterũ equ⁹: alterũ ho
mo. ¶ Hãc igit differentiã: diuersi-
tatem generis esse necesse est. dico
enim generis differẽtiam diuersita-
tem: quæ idipsum diuersum facit.

Bessario.

ꝙ si secus: vnũquodq; aut album aut nigrũ
erit. ergo aliæ. mediæ igitur primorum con-
trariorum: hæ erunt. primæ vero differen-
tiæ: segregatiuum & cõgregatiuũ. ¶ Qua- 79
re hoc primum quærendũ est quæcunq; cõ
traria nõ in genere: ex quo media eorũ? quȩ
enim in eodẽ genere sunt: necesse est vt aut
ex incõpositis genere cõponantur/ aut incõ-
posita sint. ¶ Et quidem cõtraria inuicẽ in- 80
cõposita: ꝓpterea ꝙ principia sunt. ¶ Me- 81
dia vero: aut omnia/ aut nullũ. ex contrarijs
vero: aliquid fit. quare erit in hoc transmu-
tatio: anteq̃ in illa. vtroq; enim: & magis &
min⁹ erit. mediũ igitur cõtrariorũ: hoc etiã
erit. Ergo cȩtera quoq; media: cõposita sũt.
id enim quod vno minus) altero magis est:
cõpositũ ex illis quodã modo est quorum
vno minus/ altero magis dicitur esse. ¶ Cũ 82
vero contrariorũ alia priora eiusdẽ generis
non sint: omnia media profecto ex contra-
rijs erunt. quare & omnia inferiora/ tũ cõ-
traria tum media: ex primis cõtrarijs erũt.
Et quidem/ ꝙ cuncta media in eodẽ gene-
re & contrariorum media sint/ ac ex contra-
rijs componantur: patet.

CAP. XI.


Iuersum autem specie ab ali 83
quo: diuersum aliquid est.
& hoc: ãbobus inesse opor
tet. vt si animal specie diuer
sum: ambo animalia. neces-
se est igitur in eodem gene-
re esse: quæ specie diuersa sunt. huiuscemo-
di enim appello genus: quo vnum & idem
ambo dicuntur/ non secundum accidẽs dif-
ferentiã habens/ siue vt materia existẽs/ siue
vt aliter. etenim nõ solum cõmune oportet
existere vt ambo animalia: verũ etiã vtriq;
diuersum hoc ipsum animal. vt hoc quidem
equum: hoc vero hominẽ. quare hoc cõmu-
ne: diuersum specie vicissim est. erit itaq; se-
cũdum se/ hoc quidẽ tale quid animal: hoc
vero tale quid. vt hoc quidem equus: hoc ve
ro homo. ¶ Necesse igit: hanc differẽtiã ge 84
neris diuersitatẽ esse. dico nãq; differẽtiã ge
neris diuersitatẽ: quȩ diuersũ hoc ipsũ facit.

Bessario.

85 ¶Cōtrarietas igitur hæc erit. patet autem
ex inductione. cuncta nanq;: oppositis di-
uiduntur. & ꝙ cōtraria in eodē genere sint:
ostensum est. cōtrarietas enim: perfecta dif-
86 ferentia erat. ¶Omnis vero specie differē-
tia ab aliquo: aliquid. quare hoc & idem/ &
genus in ambobus. ideo in eadem coordi-
natione prædicationis: sunt omnia contra-
ria quæcunq; non genere differunt & inui-
cem maxime diuersa. perfecta nanq; diffe-
rentia. & simul inuicem non fiunt. differē-
87 tia ergo: contrarietas est. ¶Hoc enim est di
uersa specie esse: quod cum in eodem gene-
re sint/ contrarietatē habent indiuidua exi-
88 stentia. ¶Eadem autem specie: quæcūq; cō
trarietatem non habent indiuidua existen-
tia. in diuisione nanq; & in medijs fiunt con
trarietates: anteq̄ ad indiuidua deueniatur.
89 ¶Quare manifestū est: ꝙ ad id quod vo-
catur genus/ nec eadem/ neq; diuersa specie/
vlla/ quæ vt generis species conueniunt. ma
teria nanq; : negatione ostenditur. genus
vero: materia eius est cuius genus dicitur.
nō vt quod Heraclidarum: sed vt quod est
90 in natura. ¶Nec ad ea quæ non in eodem
genere sunt/ sed ab illis genere different: spe
cie vero ab ijs quæ in eodē genere sunt. ete-
nim differentiam: necesse est esse contrarie-
tatem eius a quo specie differt. hæc autē ijs
solis iest: q̄ in eodē genere sūt. CAP. XII.

91 
Vbitabit autem quispiam
cur mulier a viro nō specie
differat: cum mas & fœmi-
na contraria existant/ diffe-
rentia vero contrarietas sit?
neq; diuersum specie ani-
mal masculinum & fœmininum: cum tamē
hæc differentia per se animalis sit/ & nō vt
albedo & nigredo/ sed quatenus animal/ &
masculinum & fœmininū insint? Hæc autē
dubitatio fere eadē est: & cur hæc quidē cō
trarietas diuersa specie faciat/ hæc vero nō.
vt gressibile & volucre: albedo vero & ni-
gredo non. an quoniā illa quidem propriæ
passiones generis sunt: hæc vero minime?

Argyropylus.

¶Hæc igitur contrarietas erit. patet autē & ex inductione. vniuersa enī: oppositis diuiduntur. atq; demonstratum est: ipsa contraria eodem in genere esse. cōtrarietas enī: differentia erat perfecta. ¶Differentia autē quæ est in specie oīs: est quid alicuius. quare hoc & idem & genus est in ambobus. icc irco & in eadē serie prædicamenti: cuncta cōtraria sunt/ quæ specie & nō genere differunt atq; inter sese maxime sunt diuersa. est enim differētia ipsorum perfecta: & simul non fiunt. differentia ergo: contrarietas est. ¶Hoc est ergo diuersa specie esse: indiuidua/ genere in eodē esse/ atq; contrarietatem habere. ¶At eadē sunt specie: quæ indiuidua quidem sunt/ cōtrarietatē vero non subeūt. in ipsa nāq; diuisione atq; in ipsis medijs contrarietates emergunt: anteaq̄ ad indiuidua accedatur. ¶Quare patet: nullam specierum quæ sub genere collocantur/ ad id quod appellatur genus/ aut eandē aut diuersam specie esse. & cōgrue sane. materia nanq;: negatione significatur ac declaratur. & genus: materies est eius cuius genus dicitur esse. non vt id quod est Pelopidarū: sed vt id quod est in natura. ¶Nec etiam ad ea quæ nō in eodē genere collocantur/ sed ab illis quidem genere differēt: ab ijsce vero quæ sub eodem genere collocantur specie. differentiā enī: contrarietatē esse necesse est/ non specie differre. hæc autē ijsce competit solis: quæ sub genere eodem sunt collocata.

CAP. XII.


Vbitauerit autē quispiam cur vir & mu- 25
lier nō specie differūt cum mas & fœmina sint contraria/ & differentia sit contrarietas? neq; mas & fœmella diuersū est animal specie: est tamē hæc differentia per se animalis. & nō vt albedo aut nigredo: sed ipsi mas & fœmella vt est animal competūt. Est autem hæc fere eadem dubitatio: cur contrarietatum alia diuersum specie facit/ alia non facit. nam gressibile volatileq; facit: albedo & nigredo non facit. an id ex eo fit/ quia alia proprij sunt generis affectus: alia minus?

Argyropylus.

atq; cum aliud ſit ratio/ aliud ma-
teries: quæ cõtrarietates in ratione
ſunt/ eæ ſpecie differentiam faci-
unt. quæ vero in eo ſunt quod ſi-
mul eſt cum materia ſumptum: eæ
non efficiunt. ¶Quapropter homi
nis albedo differentiã nõ facit neq;
nigredo: nec eſt hominis albi ſpe-
cie differentia ad hominem nigrũ/
neq; ſi nomen vnum poſitum fue-
rit. eſt enim homo: vt materies. ma
teria vero differentiã non facit. ho-
mines enim non ſunt hominis ſpe-
cies. Quapropter & ſi carnes diuer
ſæ ſũt atq; oſſa ex quibus hic & hic
cõſtat: totũ tamẽ diuerſũ quidẽ eſt/
ſed ſpecie nõ eſt diuerſũ/ ꝓpterea ꝙ
ĩ ipſa ratione nõ eſt cõtrarietas. hoc
autẽ eſt vltimũ indiuiduũ. Callias
vero: ipſa ratio eſt cum materia. &
ipſe igiť albus homo eſt: quia Cal-
lias eſt albus. ipſe ergo albꝰ homo:
ꝑ accidẽs eſt. neq; igiť æneus circu
lus atq; ligneꝰ ob materiã differũt/
neq; triangulus æneus circulusq; li-
gneus ob materiã differunt: ſed ex
eo ſane quia in ipſa ratione eſt con
trarietas. ¶At enim quærendũ eſt
vtrum materia/ diuerſa non faciat
ꝙ qdẽ quodã modo eſt diuerſa: an
aliqua ex parte faciat? cur enĩ hic
equꝰ/ ab hoc hoĩe diuerſũ eſt ſpe-
cie: ratiões tamẽ ipſorũ cũ materia
ſũt? an ex eo diuerſꝰ eſt: qa in ratiõe
eſt cõtrarietas? etenim albi hoĩs &
equi nigri eſt differentia ſpecie: ſed
nõ vt hic eſt niger/ & ille albꝰ. nam
ſi alba etiã eſſent ambo: diuerſa ꝑ-
fecto ſpecie ſimiliter eſſent. ¶Mas
autẽ atq; fœmella/ ꝓprij quidẽ affe
ctus ſunt animalis: at non per ſub-
ſtantiã/ ſed in materia corporeve.
quapropter idem ſemẽ: aut mas fit
aut fœmella/ aliqua paſſiõe affectũ.
¶Quid igitur eſt ſpecie diuerſum
eſſe/ & quamobrẽ alia ſpecie/ alia
non ſpecie differunt: ſatis iam ex-
plicauimus. CAP. XIII.

26 
Vm autem contraria/
ſpecie ſint diuerſa/
corruptibile vero atq;
incorruptibile ſint cõ
traria (eſt enim priua
tio: impotentia defini
ta) corruptibile ſane atq; ĩcorrupti-
bile genere diuerſa eſſe neceſſe eſt.
atq; nunc quidem in ipſis/ hoc: no-
minibus vniuerſalibus diximus.

Beſſario.

et cum illud quidem ratio/ hoc vero materia
ſit: quæcunq; in ratione cõtrarietates ſunt/
ſpecie differentiam faciunt/ quæcunq; vero
in coaſſumpto materiæ/ minime faciunt.
¶Quare hominis albedo vel nigredo non 92
facit: nec hominis albi ad hominem nigrũ
ſecundum ſpeciem differentia eſt/ etiã ſi vnũ
nomen ponatur. homo nãq;: vt materia eſt.
materia vero non facit differentiam. nõ enĩ
hominis ſpecies: ſũt homines. Quare & ſi
carnes & oſſa ex quibus hic & hic eſt/ diuer
ſa ſint: attamen totum diuerſum quidem/
ſpecie vero non eſt diuerſum/ quoniã in ra-
tione non eſt contrarietas. hoc autem: eſt vl
timum indiuiduũ. Callias vero: ratio cũ ma
teria eſt. & albus homo: quoniã Callias al-
bus. per accidens igitur: homo eſt albus. nec
ęneus & ligneus circulus/ ſiue triãgulus ęneꝰ
& circulus ligneus ob materiam ſpecie dif-
ferũt: ſed quoniã in ratione cõtrarietas ĩeſt.
¶Vtrũ aũt materia nõ faciat diuerſa ſpecie 93
cũ quodã modo diuerſa ſit: an aliquo modo
facit? cur enim hic equus ab hoc homine di
uerſus ſpecie: cum rationes eorum cum ma
teria ſint? an quoniam: in ratione contrari-
etas ineſt? etenim hominis albi & equi ni-
gri ſpecie diuerſitas eſt: nõ tamen prout hic
quidem albus/ hic vero niger. ſi quidem & ſi
ambo albi eſſẽt: nichil minus ſpecie diuerſi
eſſent. ¶Maſculinum enim & fœmininũ/ 94
propriæ quidem animalis paſſiones ſunt:
ſed non ſecundum ſubſtantiam/ verũ in ma
teria & corpore. quare idem ſperma aliquã
paſſionem paſſum: aut fœmina aut mas fit.
¶Quid igitur ſit ſpecie diuerſũ eſſe/ & cur 95
quædam ſpecie differant/ quædam non: di-
ctum eſt. CAP. XIII.


Vm vero contraria/ ſpecie 96
diuerſa ſint/ corruptibile au
tem & incorruptibile con-
traria ſunt (priuatio nanq;:
determinata impotẽtia) ne
ceſſe eſt diuerſũ genere eſſe
corruptibile & incorruptibile. nunc autem
igiť: de his/ vniuerſalibus noĩbus diximus.

Bessario.

97 ¶ Videatur autem non esse necesse quod-
cunqꝫ corruptibile & incorruptibile: diuer-
sa specie esse. quemadmodum nec album
& nigrum. idem enim contingit & simul
esse: modo vniuersalium sit. sicuti homo ꝑ-
fecto esse possit & albus & niger. & singu-
larium: fuerit sane idem (non simul) & al-
bus & niger/ tametsi album nigro contra-
98 rium sit. ¶ Verum cōtrariorum quædam
secundum accidens quibusdam insunt: vt
ea quæ nunc dicta sunt/ ac alia multa. quæ-
dam: impossibile est. quorum est corrupti-
bile & incorruptibile. nichil enim secūdum
accidens corruptibile est. accidens nāqꝫ: cō-
tingit non esse. corruptibile vero eorum est
quæ necessario insunt ijs quibus insunt: aut
vnum & idem corruptibile & incorrupti-
bile erit/ si contingit non inesse ei corrupti-
bile. aut substantiam igitur/ aut in substan-
tia cuiqꝫ corruptibilium: necesse est corru-
ptibile esse. eadem autem ratio: & de in-
corruptibili est. eorum enim ambo sunt:
quæ necessario insunt. prout igitur & secū-
dum ꝙ primum hoc quidem corruptibile/
illud vero incorruptibile: oppositionē ha-
bent. quare necesse est: genere diuersa esse.
99 ¶ Manifestum itaqꝫ est: ꝙ non contingit
tales species esse/ quales quidam aiunt. erit
nanqꝫ et homo hic quidem corruptibilis/
ille vero incorruptibilis: q̃uis species eædē
specie cum particularibus esse dicant/ et nō
æquiuocæ. quæ vero genere diuersa sunt:
plus distant q̄ quæ specie.

Argyropylus.

¶ Hoc autem pacto videbitur non necessarium esse corruptibile quoduis atqꝫ incorruptibile: diuersa specie esse. quemadmodū neqꝫ album & nigrum. fit enim vt idem sit albū & nigrū & simul: si quippiam vniuersalium sit. homo enim & albus & niger erit. & non simul: si singulare quippiam sit. idem enim & albꝰ & niger (non simul) erit. attamen album & nigrum cōtraria sunt: vt patet. ¶ Verum enim cōtrariorū alia quibusdam per accidēs competūt: qualia sūt & ea quæ nuper diximꝰ/ & alia sane complura. alia: impossibile est illo cōpetere modo. quorū de numero corruptibile est ipsum atqꝫ incorruptibile. non est enī corruptibile quicq̄ per accidens. etenī ipsum quidem accidens: potest nō esse. corruptibile autem de numero est eorū quæ ijsce quibus competunt necessario insunt: vel idem & vnum corruptibile atqꝫ incorruptibile erit/ si fieri potest vt corruptibile ipsi non insit. ipsum ergo corruptibile: aut substantiā esse cuiqꝫ corruptibiliū/ aut in substantia esse necesse est. eadē est profecto & de incorruptibili ratio. ambo enī ex ijsce sunt omnino: quæ necessario cōpetūt. quo ergo/ & ratione qua primo aliud est corruptibile/ aliud incorruptibile: hoc oppositionem habet. quare necesse est: diuersa genere esse. ¶ Quæ cum ita sint: patet fieri non posse vt tales sint formæ/ quales qdā inquiūt esse. nō enī aliꝰ homo corruptibilis: aliꝰ īcorruptibilis erit. & tamē ipsæ formæ & hæc eiusdē esse species dicuntur: & non diuersas ratiōes subire. ea vero quæ genere sunt diuersa: plus distant q̄ ea quæ specie sunt diuersa.

¶ Decimi metaphysicorum Aristotelis interprete Bessarione/ libri finis.

¶ Decimi metaphysicorum Aristotelis interprete Argyropylo/ libri finis.

Argyropylus.

¶ Vndecimus metaphysicorum Aristotelis interprete Argyropylo ad Cosinam Medicem.



Apientiam quidē circa principia scientiam esse: ex primis iā patuit. in quib9: ad ea quę ab alijs dicta sunt de pricipijs rerū/ est dubitatū. ¶ Dubitauerit autē quispiā: vtrum sapientiam ipsam/ vnā esse scientiā an plures existimare oporteat. nam si vnam ipsam esse putemus: vna est semper contrariorū. principia vero: non sunt cōtraria. si non vnam: quas illas plures ponere oportet. ¶ Præterea vnius ne est: an pluriū demōstratiua principia contemplari. si enī vnius est: cur poti9 vnicę q̄ cuiusuis. sin plurium: quas illas ponere oportet. ¶ Præterea omniū ne substātiarū: an nō oīm vna sciētia est putāda. nam si nō oīm: perdifficile est quæ quarum est assignare. sin oīm vna: obscurū est quo mō pluriū eadē esse scientia potest. ¶ Præterea circa substātias ne solū/ an & circa accidētia est demōstratio. etenī si circa accidētia sit demōstratio: circa substātias nō esse videt̄. at si alia est: q̄nā vtraq; sit & vtra sit sapiētia. demōstratiua nāq; facultas: sapientia est ea/ q̄ circa accidentia ipsa versat̄. ea vero q̄ circa prima versat̄: substātiarū esse videtur. ¶ At neq; circa causas eas ponēda est ea sciētia (quā q̄rimus) quas in naturalib9 diximus. neq; enī circa id est gratia cuius cætera fiūt. tale est enī ipsum bonū. hoc autē: est in reb9 agēdis & ī ijsce q̄ sūt ī motu. atq; hoc: primū mouet. tale enī: est ipse finis. at id qđ primū mouit: nō est ī ijsce q̄ mobilia sūt. ¶ Oīno aūt hic existit dubitatio: vtrū circa sensibiles substātias ea sciētia q̄ nūc q̄rit̄/ an nō circa ipsas/ sed circa alias q̄sdā verset̄. nam si circa alias versat̄: aut circa ipas formas aut circa mathematica ipa versabit̄. at formas qdē patet nō eē. ¶ Dubitatio aūt emergit: si q̄spiā etiā ipsas esse posuerit/

Bessario.

¶ Vndecimus metaphysicorū Aristotelis interprete Bessarione ad Alphonsum regē.



Vod itaq; sapientia scientia quædā circa pricipia est: 1
patet ex primis in quibus ad ea quæ ab alijs de principijs dicta fuerunt/ dubitatū ē. ¶ Ambigat autem quispiam: 2
vtrum ipsam sapientiā par sit vnam esse scientiam/ an plures. si enim vnam: vna certe semper contrariorum est. at principia: contraria non sunt. q si nō vnā: quales has ponere oportet. ¶ Itē demonstratiua principia speculari: 3
vtrum vnius est/ an plurium. nam si vnius: cur huius magis q̄ cuiuscunq;. q si pluriū: quales has ponere oportet. ¶ Præterea: vtrum omnium substanti- 4
arum/ an non. nam si non omnium: difficile erit qualiūnā sit reddere. si autē omniū vna: incertum est quonā modo contingit pluriū eandem scientiam esse. ¶ Præterea: vtrum 5
circa substantias solum/ an etiam circa accidentia. si enim circa accidentia demonstratio est: circa substantias nō est. q si altera: quænam vtraq;. & vtra sapientia sit/ demōstratiua quidem sapientia/ quæ circa accidētia est/ an vero quæ circa ipsa prima/ quæ substantiarum est. ¶ At nec circa causas 6
quæ in naturalibus dictæ sunt (quā quærimus) scientia ponenda est. neq; enim circa ipsum cuius causa. tale enim: est bonum. hoc vero: in agendis/ & ijs quæ sunt in motu existit. & hoc: primum mouet. tale namq; finis est. in immobilibus vero: primum mouens non est. ¶ Et omnino dubi- 7
tationem habet: vtrum circa sensibiles substantias est quæ nunc quæritur scientia/ an non/ sed circa alias quasdam. etenim si circa alias: aut circa species erit profecto/ aut circa mathematica. q autem species non sint: manifestum est. ¶ Attamen etiam si 8
quis eas ponat esse: dubitationem habet/

Bessario.

cur non ita se habet de cæteris quorum spe
cies sunt/ quemadmodum de mathemati=
cis? dico autem ꝙ mathematica quidem/
media ponunt specierum & sensibilium es=
se: quasi tertia quædam præter species &
ea quæ hic sunt. at tertius homo non est/
nec equus/ præter ipsum & particulares.
9 ℂ Q꞉ si vt aiunt/ non sunt: circa qualia po
nendum est quod mathematicus tractet?
non enim circa ea: quæ hic sunt. nichil e=
nim horum tale est: quale mathematicæ sci=
10 entiæ quærunt. ℂ At vero nec circa ma=
thematica est: quæ nunc quæritur scientia.
11 nichil enim horum: separatum est. ℂ Ve=
rum nec sensibilium substantiarum. cor=
12 ruptibiles nanqꝫ sunt. ℂ Et omnino du=
bitare aliquis possit qualisnam scientiæ sit
de mathematicorum materia dubitare. nec
enim naturalis: eo ꝙ circa ea quæ in se pri=
cipium motus & quietis habent/ omnis na
turalis intētio est. Nec illius: quæ de demō=
stratione & scientia tractat. circa nanqꝫ id
ipsum genus: cōsiderationem facit. Restat
itaqꝫ philosophiam propositam de ijsce re=
13 bus tractare. ℂ Dubitauerit autem quis=
piam profecto: si hæc quæ quæritur scien=
tia/ ponenda sit circa principia quæ a qui=
busdam elementa vocantur. hæc autē: om=
14 nes inesse compositis ponunt. ℂ At magis
videatur: vniuersalium eā oportere esse/ quę
quæritur scientia. omnis enim ratio/ om=
nisqꝫ scientia: vniuersalium non vltimorum
est. quare sic erit vtiqꝫ: primorū generum.
hæc autem: sane fuerint ens & vnū. hæc enī
maxime putabūtur cuncta entia cōtinere/
& maxime principijs assimilari: eo ꝙ natu
ra/ prima sint. corruptis nanqꝫ eis: simul cę=
tera quoqꝫ pereūt. omne enim: ens & vnū.
15 ℂ Quatenus autem necesse est vt differen=
tiæ participent his/ si quis hæc genera po=
nat/ nulla vero differentia participat gene=
re: hoc pacto non videatur ea genera po=
nere/ neqꝫ principia. Item si magis principi=
um est qđ simplicius q̄ quod minus tale sit/

Argyropylus.

cur non/ vt in mathematicis sic & in cæteris res sese habet quarū sūt formæ? dico autem hoc pacto. mathematica quidem inter formas et res sensibiles ponunt: vti tertia q̄=dam inter ipsas formas & ea quæ sunt hoc loco. tertius autem homo non est/ neqꝫ equus/ præter ipsum & singulos homines atqꝫ equos. ℂ Q꞉ si rursus non sunt/ vt inquiunt: circa quæ ponendum est mathematicum ipsum versari? nō enim circa ea quæ sunt hoc loco. quippe cum istorum nichil sit tale: quale mathematicæ scientiæ q̄runt. ℂ At vero neqꝫ circa mathematica/ scientia ea versatur quam quærimus. nichil enim ipsorū est separabile. ℂ At neqꝫ est substantiarum sensibilium. oriūtur enī atqꝫ intereunt. ℂ Omnino autem dubitauerit quispiā qualisnā sit sciētiæ de mathematicarum rerū materia dubitare. neqꝫ enim naturalis est facultatis: propterea ꝙ omnis tractatio naturalis philosophi/ circa ea versatur quæ in seipsis pricipiū motus statusve habēt. Neqꝫ etiam est facultatis q̄ de demōstratiōe scientiaqꝫ cōsiderat. nā circa hoc ipsū genus facit īquisitionē. Restat igitur philosophiā propositam de ipsa considerare. ℂ Dubitauerit autē quispiam: si scientiam eam quam quærimus/ ponere oporteat circa principia quæ a quibusdam elemēta vocantur. hæc autem: omnes in ipsis inesse cōpositis ponūt. ℂ Potius autē ea sciētia quā quærimus/ vniuersalium videbit̄ esse. oīs enī ratio/ oīs sciētia: vniuersalium est & non vltimorū. quare hoc pacto primorū generū erit. hæc autē: fuerint id qđ est ipsumqꝫ vnū. hęc enī oīa quæ sunt continere maxime videbunt̄/ & pricipijs maxime similia esse: ꝓpterea ꝙ natura sunt prima. his enī corruptis: cętera quoqꝫ cōtinuo simul vniuersa tollunt̄. oīa enī: ens sūt & vnū. ℂ Verū cū differētias participes ipsorū esse necesse est: si qspiā ipsa genera posuerit esse/ differentia vero nulla generis particeps esse potest/ hoc sane nō videbitur ipsa esse genera ponere/ aut principium oportere. Præterea: si simplicius est principium magis/ q̄ id quod minus est tale/

Argyropylus.

vltia vero eorũ q̃ sũt ex gñe/generib9 sũt simpliciora(sũt enĩ idiuidua. genera vero: ĩ plura atq; differẽtia diuidũt)species sane magis esse pricipium q̃ genera videbũtur. at quo species vna cũ generibus ipsis tolluntur: genera rursus pricipijs magis similia esse videntur. est enim id pricipiũ: quod secum alia tollit. ¶Sũt igit̃ q̃ dubitationẽ habẽt: & hæc et alia istiusmodi. CAP. II.



56 tiq; / contrarium nõ fecisse. ¶ Oẽs autem qui contraria principia ponunt / contrarijs ipsis non vti videntur: si quispiam non neglexerit sed diligentius sententias illorũ p spexerit. Nemo pterea / cur aliæ rerũ intereũt aliæ nõ itereũt: dicit. res enĩ vniuersas: eisdẽ ex prĩcipijs faciũt. ¶ Præterea: quidã ex eo quod nõ est / ea quæ sũt fieri dicũt. quidã ne idipsũ dicere cogant: vnũ õnia faciũt. Præterea: nemo cur semper erit generatio & q̃nã sit generatiõis causa / dicit. ¶ Atqui tã ij qui prĩcipia duo faciũt / q̃ ij qui formas afferũt: aliud prĩcipiũ / magis pręcipuũ ponãt necesse est. quonã pacto res aut fuerunt aut sunt illorum participes. ¶ Et cæterorũ quidẽ sentẽtia / sapiẽtiæ ipsiq; sciẽtiæ præstabilissimæ / cõtrariũ quippiã esse necesse est. at nobis id euenire nõ potest. nichil est enĩ cõtrariũ ipsi prĩo. oĩa nãq; cõtraria materiã habẽt / & hęc potẽtia sunt. ignoratio vero: cõtraria ad ipsum contrarium est. At ipsi primo contrariũ nichil esse videt.

Bessario.

¶ Item cuncta participabunt malo præter ipsum vnum. alterum nanq; elementorum: ipsum malum est. at alij: neq; principia bonum & malum / q̃q̃ in omnibus maxime ipsum principiũ ipsum bonum sit. 103

¶ Quidam autem hoc quidem recte q͡ principium: quo vero modo ipsum bonum principium sit / vtrum vt finis / an vt mouens / an vt species / non dicunt. 104

¶ Empedocles quoq; absurde amicitiam facit bonum: cũ hæc principium sit & vt mouens (siquidem congregat) & vt materia / nam mixti pars est. 105 Empedocles.

¶ At si etiam eidem accidat / & vt materiæ / principio esse & vt mouenti / ipsum tamen esse non idem est: secundum quod igitur horum / amicitia est? 106

¶ Inconueniens item est contentionem incorruptibilem esse: cum hæc ipsa / mali natura sit. 107

¶ Anaxagoras autem: bonum ponit principium vt mouens. mens enim mouet. verũ alicuius gratia mouet. 108 Anaxagoras.

¶ Quare alterum: nisi sit vt nos dicimus. ars enim medendi: quodam modo sanitas est. 109

¶ Inconueniens etiam est: q͡ non fecerit aliquid bonõ / mentiq; contrarium. 110

¶ Porro nulli eorum qui ponunt contraria / vtuntur contrarijs: si quem inquirere non pigeat. et cur quædam corruptibilia / quædam incorruptibilia: nemo dicit. õnia nanq; entia: ex eisdem principijs faciunt. 111

¶ Præterea: quidam ex non ente faciuut entia. quidam vt hoc non cogantur: vnum / cuncta faciunt. cur item semper generatio erit / quidq; generationis causa sit: dicit nemo. 112

¶ At tum illis qui duo principia faciunt: aliud principalius principium necesse est esse. tum illis: qui species. quia aliud principalius principium est: cur enim participauit aut participat? 113

¶ Et alijs quidem necesse est / sapiẽtię ac nobilissimæ scientiæ aliquid contrarium ponere esse: nobis vero minime. nichil enim est primo contrarium. quandoquidem cuncta contraria materiam habent / & potentia hæc sunt. contraria vero ignorantia: ad contrarium. primo autem: nichil contrariũ est. 114

Beſſario.

115 ¶Præterea ſi non erunt alia præter ſenſi-
bilia: non erit principium / ordo / genera-
tio / ipſa cœleſtia: ſed ſemper principij prin-
cipium / vt theologis phyſiciſq cunctis.
116 ¶Si autem erunt ſpecies aut numeri: nul-
lius cauſæ erunt. ſi vero: non ſaltē ipſius mo
tus. Quo nanq item modo: ex non haben-
tibus magnitudinem / magnitudo / continu-
umq erit? numerus nanq: non faciet con-
tinuum / neq vt mouens / neq vt ſpecies.
Cæterum nichil contrariorū erit ipſum &
factiuum & motiuum. alioqui contingere
ſane poſſit non eſſe. verumenimuero et fa-
cere poſterius q̃ potentia eſt. Entia ergo:
non erunt ſempiterna. attamen ſunt. interi-
mendum igitur: aliquid horum eſt. hoc au
117 tem: aliquo pacto dictum eſt. ¶Item quo-
modo numeri ſunt vnū / aut anima / & cor-
pus / & omnino ſpecies & res / nemo aliquid
dicit / nec dicere poſſit: niſi (vt nos) dicat / ꝙ
118 vt mouens faciat. ¶Qui vero dicunt ma-
thematicum numerū primum / & ita ſem-
per aliam attiguam ſubſtantiam / ac alia
cuiuſq principia: inconſpirantem vniuer-
ſi ſubſtantiam faciunt (nichil enim altera
alteri confert: ſiue ſit / ſiue non ſit) & princi-
pia multa. at entia: nolunt male gubernari.
non eſt bonum pluralitas principatuum.
vnus ergo princeps.

¶Duodecimi metaphyſicorum
Ariſtotelis interpre-
te Beſſario-
ne / libri
finis.

Argyropylus.

¶Præterea ſi non ſint alia præter res ipſas ſenſibiles: non erit principium / nec ordo / nec generatio / nec ipſa etiam corpora cœleſtia erunt. ſed ſemper principij principiū erit / vt theologis ōnibuſq naturalibus accidit. ¶Sin vero ſint formæ vel numeri: nullius prorſus rei cauſæ erunt. ¶Q; ſi ita non ſit: at ſaltem nullius erunt cauſa motionis. præterea quo modo ex iiſce quæ ſunt expertia magnitudinis: magnitudo continuumq emergere poteſt? numerus enim neq vt mouens / neq vt forma continuum faciet. At vero nichil cōtrariorum erit: quod effectiuum erit atq motiuum. poteſt enim non eſſe: at agere potentia poſterius eſt. Nō ergo perpetua ſunt ea quæ ſunt. at ſūt: ergo aliquid horum tollendum eſt. Dictum eſt autem: quo pacto actum potentia antecedit. ¶Præterea quomodo ſunt ipſi numeri vnū / aut anima & corpus / aut omnino forma & res / nemo dicit / neq dicere poteſt: niſi dixerit perinde atq nos dicimus / id qđ mouet hoc ipſum facere. ¶Qui vero numerum mathematicū primum / & ita ſemper aliam ſubſtantiam deinceps hærentem / & alia cuiuſq principia eſſe dicunt: aduentitiam profecto faciunt ipſius ſubſtantiā vniuerſi (nichil enim alia ad aliam ſubſtātiam ſiue ſit ſiue nō ſit: cōferre ſane videtur) & inſuper pricipia multa. at ea q̃ ſūt: male gubernari nolūt. multos pricipes eſſe bonū nō eſt. Vnꝰ ergo ſit pñceps.

¶Duodecimi Metaphyſico-
rum Ariſtotelis inter-
prete Argyro-
pylo / li-
bri fi-
nis

¶Tertiuſdecimus metaphyſicorū Ariſtotelis interprete Beſſarione ad Al-
phonſum regem. Cap.I.

1 
E ſenſibilium itaqꝫ ſubſtantia quænam ſit: dictū eſt.
in traditione quidem naturalium/de materia: poſte
rius vero de actu. cum autem hæc conſideratio ſit/
vtrum præter ſenſibiles ſubſtantias/aliqua ſit immo
bilis & æterna nec ne/ et ſi ſit/ quænam ſit: quæ ab
aliis dicūtur primo ſpeculādum eſt. vt tū ſi quid nō
recte dicant: nō ſimus eiſdem conſcii. tū ſi quod no-
bis & illis cōmune dogma ſit: hoc ſeparatim nō con
tra nos grauiter feramus. ſufficiēs enim erit: ſi quis
2 quædam melius dicat/quædam non deterius. ¶Duæ autem de his opinio-
nes ſūt. Quidam etenim ipſa mathematica ſubſtantias eſſe aiunt: vt nume-
3 ros/lineas/& quæ his eiuſdem generis ſūt. Et rurſus: ideas. ¶Cū autē qui-
dam ideas/numeroſqꝫ mathematicos duo genera faciant/quidam vnā am
borum naturam/quidam autem alii mathematicas tantum ſubſtantias eſ-
ſe dicant: primum quidem de mathematicis conſiderandum eſt/nullam aliā
eis addendo naturam/veluti vtrum ideæ ſint nec ne/& vtrum principia/ſub-
ſtantiæqꝫ entium an non. verum tantum/vt de mathematicis: vtrum ſint an
non ſint. et ſi ſint: quonam modo ſint. deinde poſtea: ſeorſū de ipſis ideis ſim-
pliciter/ & aliquantulū legis gratia. diuulgata nāqꝫ plurima ſūt: etiam in ex-
terioribus rationibus. Præterea ad illam conſiderationem: oportet maiorem
ſermonis partem attendere/cū de his cōſiderationibus: vtrū ſubſtantiæ/prin-
cipiaqꝫ entiū numeri ac ideæ ſint. poſt enī ideas: hæc tertia cōſideratio reſtat.
4 ¶Neceſſe autem ſi mathematica ſunt/aut in ſenſibilibus ea eſſe/quemadmo
dum aliqui dicunt: aut a ſenſibilibus ſeparata/& hoc etiā modo quidā aiunt.
5 aut ſi neutro modo ſunt: aut alio modo ſunt. ¶Quare dubitatio nobis nō de
ipſo eſſe erit: verum de modo. Cap. II.

6 T quidem ꝙ in ſenſibilibus ea eſſe impoſſibile eſt/ꝙqꝫ ſimul
ficticia ratio eſt: dictum ſane in dubitationibus eſt/ꝙ ſimul
duo ſolida eſſe impoſſibile eſt. Itēqꝫ eiuſdem rationis eſt: cęte-
raſquoqꝫ potētias & naturas in ſenſibilibus eſſe/ac nullam ſe-
paratam. hæc itaqꝫ prius dicta ſunt. Verū adhæc etiam cō-
ſtat: ꝙ impoſſibile eſſet quodcunqꝫ corpus diuidi. diuidere-
tur enim ſecūdū ſuperficiem. & hæc: ſecundū lineā. & iſta ſecūdum punctum.
quare ſi punctum impoſſibile eſt diuidere: etiam lineā. ꝙ ſi hāc: cætera quoqꝫ.
Quid igitur differt aut has eſſe tales naturas: aut nō eſſe quidē in eis tales na
turas? idē nāqꝫ accidet. diuiſis enī ſēſibilib9/diuidētur: aut nec ipſæ ſenſibiles.
7 ¶At nec ſeparatas eſſe tales naturas poſſibile eſt. Nā ſi erūt ꝑter ſēſibilia ſo
lida ſeparata ab his diuerſa/prioraqꝫ ſēſibilibus: patet ꝙ etiā ꝑter ſuperficies/
alias neceſſe eſt eſſe ſuperficies ſeparatas/puncta quoqꝫ & lineas. qñquidē ea-
dem ratio eſt. Q2 ſi hæc ruſ9 præter mathematici ſolidi ſuperficies/lineas &
puncta: alia ſeparata. ſiquidem incōpoſita: priora compoſitis ſunt. et ſi ſenſibi
libus priora ſunt corpora non ſenſibilia: eadem ratione ſuperficiebus etiam
quæ in ſolidis immobilibus ſūt/priores ſunt eæ q̄ per ſeipſas exiſtunt. Quare

aliæ sunt hæ/tum superficies/tum lineæ:ab ijs quæ simul cum separatis solidis sunt. hæ nanque simul cum mathematicis solidis. illæ vero eis priores sunt. rursus illarum superficierum lineæ erunt:quibus priores alias oportebit eadem ratione lineas/punctaque esse. & eorum quæ in prioribus lineis:alia puncta priora/quibus non erunt amplius alia priora. at absurda sane:coaceruatio fit. accidit nanque solida quidem:vnica præter sensibilia esse. superficies vero triplices:præter sensibiles/illę scilicet pręter sensibiles quæ in mathematicis sūt solidis/quæque pręter eas quæ in his sunt. lineæ autem quadruplices. puncta autem quincupla. Quare circa qualia horum:mathematicæ sciētiæ erūt? non enim circa superficies/lineas/& puncta:quæ in īmobili solido sūt. quādoquidem semper sciētia circa priora est. ¶ Eadem ratio de numeris quoque. pręter enim quælibet puncta:alię vnitates erunt. ac præter quęlibet entia sensibilia:deinde pręter intelligibilia. quare numerorum mathematicorum infinita genera erunt. 8

¶ Item quonam modo quæ in dubitationibus enumerauimus soluere possunt? etenim ea circa quæ Astrologia est/simili modo præter sensibilia sunt/ac circa quæ Geometria. esse vero cœlum & partes eius quonam modo possibile est: aut aliud quodcunque motum habens? Similiter autem perspectiuæ & harmonicæ obiecta? erit nanque vox & visus præter sensibilia & particularia. Quare patet: quod alij sensus etiam/aliaque sēsibilia sunt. cur enim magis illa quam ista? quod si hæc sunt:animalia quoque erunt/siquidem & sēsus. Item quædam a mathematicis vniuersaliter præter has substātias scribūtur. erit igitur hęc quoque alia quędam substantia separata ac media inter ideas ac media:quæ nec numerus/nec puncta nec magnitudo/nec tēpus sit. quod si hoc impossibile est:constat quoque illa/impossibile esse a sensibilibus separata. Et omnino contrariū/tum vero/tum ei quod existimari solitum est:accidit. siquis ita esse mathematica ponat vt quasdam naturas separatas:necesse profecto est propterea quidem quod ita se habeant/priores sēsibilibus magnitudinibus esse. secundum autem veritatem:posteriores. siquidem imperfecta magnitudo/generatione prior:substātia posterior sit. vt inanimatum:animato. Item quo & quando magnitudines mathematicę vnum erunt:quæ quidem interdum animę aut parti animę/aut alicui quę particeps est rationis/insūt. quod si nō:multa erunt/ac dissoluentur. Illis vero (cum diuisibiles quantæque sint) quidnam causæ est vt vnum sint/cōiunctæque maneant? Item ipsę etiā generationes hoc manifestant. quādoquidem quod primum est/ad longitudinem/deinde ad latitudinem/& tandem ad profunditatem fit:ac finem nactū est. si itaque substātia prius/quod generatione posterius est/corpus profecto tum superficie/tum longitudine prius erit. & hac ratione perfectum magis atque totū:quia fit animatū. Linea vero siue superficies:quonāmodo animata erit? supra nanque nostros sensus hæc certe postulatio erit. Item corpus quidem:substātia quędā sit quippe quod iā perfectionē quodāmodo habet:lineæ vero quonāmodo substātiæ erunt? nec enī vt species & forma quædā:veluti si anima sit quod tale est. nec vt materia:veluti corpus. nichil enī ex lineis/neque ex superficiebus/neque pūctis videtur consistere posse. atqui si qua materialis substantia esset:hoc pati posse profecto videretur. ¶ Ratione itaque prior sit. non tamē omnia quæcūque ratione priora:substantia quoque priora sunt. substantia nanque priora:quęcūque 10

separata/excedunt essentia .ratione vero:ijs quorum rationes ex rationibus.
hæc autem non sunt simul.si enim passiones non sint pręter substantias/velu
ti quiddam motū vel album:homine albo secundum rationem albedo prior
est/non secundum substantiam.non enim potest separata esse.verum semper
11 vna cum toto est. dico autem totum:hominem album. ¶Quare manifestū
est neq; prius esse quod ex ablatione est:neq; posterius quod ex appositione
12 est/ex appositione nāq;:ipsa albedine albus homo dicitur. ¶Q; igitur nec
substantiæ sint magis q̄ corpora/nec essentia sensibilibus priora sint verum so
13 la ratione/nec vsq̄ esse separata possibile esse:satis dictū est. ¶Cum vero nec
in sensibilibus ea esse cōtingat:manifestum est ꝙ aut omnino nō sūt/aut mo-
do quodam sunt/& ob hoc non simpliciter sunt.multipliciter nāq; ipsum esse
dicimus. Cap. III.
14 QVemadmodum enim vniuersalia in mathematicis non sunt
de separatis pręter magnitudines numerosq;/verū de his q̄q̄
non quatenus talia vt magnitudinem habeant aut diuisibi-
lia sint:patet ꝙ etiā de magnitudinib9 sensibilibus/ rationes
& demōstrationes sunt/verū non prout sensibiles sed prout
tales sūt.queadmodū enī prout mota solū multę rationes sūt/
absq; eo ꝙ quid sit vnumquodq; eorum ac eis accidentium consideretur/&
non est necesse propterea idem aliquid motum a sensibilibus separatum esse/
vel in eis aliquā naturā segregatā esse:ita de motis etiā erunt rationes atq;
scientiæ/non tamen quatenus mota/verum quatenus corpora tantum/& rur
sus prout superficies tantum/& prout longitudines tantum/& quatenus diui
sibilia/& quatenus indiuisibilia situm habentia/& prout indiuisibilia tantū.
15 ¶Quare cum simpliciter verum sit dicere non solum separabilia : sed & nō
separabilia esse veluti mota et mathematica/quia(etiam qualia dicunt)verum
est simpliciter dicere/& talia esse.& quemadmodum cęteras/scientias simplici
ter verū est dicere huius esse/nō ei9 q̄d ei accidat/veluti albi(si salubre albū sit)
verum prout salubre est/ac illius cuius vnaquaq; est/si salubris salubre/si vero
hominis prout homo est:ita & geometriam.Nō si accidit sensibilia esse quo-
rum est/non est autem eorum prout sensibilia sunt:non erunt sensibilium ma
16 thematicæ scientiæ.nō profecto propter hæc aliorū separatorū erūt. ¶Mul-
ta vero per se rebus accidūt:prout vnumquodq; talium est.quoniam & qua-
tenus fœmininum animal/& quatenus masculinum / propriæ sunt passio-
nes : & si non est quicq̄ fœmininum neq; masculinū/separatorum animaliū.
17 ¶Quare etiā prout lōgitudines solum/& prout superficies:& quāto de prio
ribus ratione ac simplicioribus/tanto magis id certitudinem habet. hoc autē
simplex ē.quare absq; magnitudine magis q̄ cū magnitudine/& maxie absq;
motu.ꝙ si habet motum:primū maxime.siquidē hic simplicissim9 est:& hu-
18 ius qui regularis est. ¶Eadem ratio:de harmonica/& perspectiua est. neutra
nanq; prout visus vel prout vox speculatur:verum prout lineæ & numeri.at
19 hæc:proprie illorum passiones sunt.mechanica quoq; similiter. ¶Quare si
quis ab accidentibus separet/ac de eis aliquid quatenus talia sunt consideret:
minime propter hoc mentietur.quemadmodum nec cum in terra describat/
ac eam quæ pedalis non est:pedalem dicat.non enim in propositionibus fal-

4 sitas inest. ¶ Optime vero ita vnũquodq; profecto cõsiderabit: si quis separans 20
ponat quod non est separatum/quod arithmeticus/geometraq; facit. vnum etenim & indiuisum est homo prout homo. ille vero posuit vnum indiuisum. deinde speculat⁹ est: si q̃d homini prout indiuisus est/accidit. At geometra nec prout hõ/nec prout indiuisus/verũ prout solida: q̃ certe (etiã tametsi nullibi erat indiuisus) inerant ei. patet q; etiam absq; his: contingit ei posse inesse. ¶ Qua- 21
re propter hoc nõ male geometræ dicũt: & de entibus disserũt/& entia sunt. duplex enim est ens. hoc quidem actu: hoc vero materia. ¶ Cum autẽ bonũ & 22
pulchrum differãt (siquidem illud semper in operatione: pulchrum vero etiã in imobilibus est) qui dicũt mathematicas sciẽtias nichil de bono vel pulchro dicere/falsum dicunt. dicunt etenim/& maxime ostendunt. nam etsi non nominãt/cum tamen opera & rationes ostendunt: nõne dicunt de eis? pulchri nãq; maxime/species sunt: ordo/cõmẽsuratio/& definitũ/quæ maxime ostendunt mathematicę scientiæ. Et cum hæc multorum causæ esse appareãt (dico autẽ veluti ordo & definitum) patet q; etiam similẽ causam/quæ vt bonũ causa est/quodam modo dicant. magis autem aperte in aliis dicemus. ¶ De mathema 23
ticis igitur/& q; entia sũt/& quomodo entia/& quoq; modo priora/& quomodo nõ priora: tot dicta sint.

Cap. IIII.



D E ideis autem/primo ipsã quæ de idea est opinionẽ considerã- 24
dum/ad numerorũ naturam nichil consortii habentẽ: sed quẽadmodum opinati sũt a principio/qui primi ideas esse dixere. ¶ Accidit vero de ideis opinio illis qui dixerunt: propterea q; 25
Heraclitus de veritate adhęserant Heracliti rationibus/tanq̃ omnia sensibilia semper fluãt. Quare si qua cuiuspiã scientia prudẽtiaq; erit: oportet alias quasdam naturas permanentes esse/pręter sensibiles. non
Socrates. enim fluentium esse scientiam. cum vero Socrates circa morales virtutes vacaret/& de his vniuersaliter diffinire primus quæreret (naturalia enĩ parũper
Democrit⁹ Democritus tetigerat solum/& aliquatenus calidum & frigidum diffinierat
Pythagorici. Pythagorici etiam prius de quibusdam paucis/quorũ rationes ad numeros reducebant: veluti quid est tẽpus/aut iustũ/aut nuptiæ) ille sane rationabiliter quærebat ipsum quid est. syllogisare enim quærebat. syllogismorũ vero: principium est ipsum quid est. nondum enĩ tunc erat vis dialectica: vnde & possent absq; eo ipso quid est/cõtraria cõsiderare/vtrum contrariorũ eadẽ sciẽtia esset. Duo nãq; sũt quæ Socrati iure proprio attribuat quispiam: inductiuas orationes/& diffinitionem vniuersalis. hæc enim ambo circa principium scientiæ sunt. At Socrates quidem vniuersalia nõ ponebat separata/nec diffinitiones. quidam vero separarunt: ac talia/entium ideas appellarũt. quare fere accidebat eis eadem ratione: omnium quæ vniuersaliter dicuntur ideas esse. At simile est sicuti si quis numerare volens/cum quidem pauciora existant arbitretur non posse: cum vero/plura faciat/numeret. plures etenĩ (vt ita dicam) species sunt: q̃ sensibilia particularia. de quibus cum causas quærerẽt: ex his ad illas processerunt. nam & secundum vnumquodq; eiusdem nominis sunt: & pręter substantias. cæterorum quoq; in multis est vnum: & in his/& sempiternis. ¶ Cæterum quibus modis ostenditur q; species sunt: secundum nullum 26
horum apparet. e quibusdam nanq;: non est necesse fieri syllogismum. e qui-

27 buſdam vero:etiam quorum non putant/ horum ſpecies fiunt. ¶Secundum
nanqꝫ rationes quæ ex ſcientiis:ſpecies erunt omnium quorum ſciētiæ ſunt.
ſecundum vero vnum in multis:etiam negationum.& ſecundū ꝙ intelligim⁹
aliquid eius quod corruptum eſt:etiam corruptibilium. ſiquidem horum
28 aliqua conceptio eſt. ¶Inſuper quedam rationum/eorum etiam quæ ad ali-
quid ſūt (quippe cum exactiſſimæ ſint)ideas faciunt:quorum nō dicimus eſ-
29 ſe per ſe genus. Quædā etiam: tertium hominem dicūt. ¶Et ſimpliciter hæ
de ſpeciebus rationes:illa perimunt/quæ magis q̃ ipſas ideas eſſe volunt qui
ſpecies dicunt. Accidit enim non eſſe prius dualitatē ſed numerū:& eo quod
eſt aliquid/etiam id quod per ſe eſt.& cuncta quæcunqꝫ cum quidam ſeque-
30 rentur de ideis opiniones:aduerſa fecere principijs. ¶Item ſecundum exiſti-
mationem ſecundum quam dicunt ideas eſſe:non ſolum ſubſtantiarū verum
etiam multorū aliorum ſpecies erūt.etenim vnus conceptus:nō ſolum de ſub-
ſtātijs/ſed de non ſubſtātijs etiam eſt. Et ſcientiæ:non ſolum ſubſtantiæ erūt.
31 & alia id genus accidunt infinita. ¶Secundum vero neceſſitatem & opinio-
nes de eis/ſi ſpecies participabiles ſūt:neceſſe eſt ſubſtātiarum ſolū eſſe ideas.
nō enim ſecundum accidens participatio earū eſt:ſed eatenus vnaquaqꝫ par-
ticipare eſt:quatenus dicitur non de ſubiecto.dico autē vt ſi quid ipſo duplo
participat / hoc etiam ęterno participat:ſed ſecundum accidens.accidit enim
duplo æternū eſſe.quare ſpecies:ſubſtantia erunt. Hæc autem hic & ibi ſub-
ſtantiam ſignificant.an aliq̄d erit dicere eſſe pręter hæc:ipſum quid vnum in
multis? et ſi eadem quidem ſpecies eſt idearum & participantium:erit aliquid
commune.cur enim magis de corruptibilibus dualitatibus/& pluribus quidē
ſed æternis/dualitas vnum & idem ſit:q̃ de hac & aliqua? quod ſi non eſt ea-
dem ſpecies:æquiuoca erit profecto/& ſimile ac ſi quis & Calliam & lignum
32 homines appellarit/nullam inſpiciens cōmunicationem eorum. ¶Si autem
cætera quidem/communes videlicet rationes ſpeciebus conuenire ponemus
veluti ad ipſum circulum figuram planā & cæteras rationis partes/& quod
ei cuius eſt apponatur:conſiderandum eſt/ne omnino vanum hoc ſit.cui nāqꝫ
apponetur? medio/an plano/an cunctis? Omnia enim quæ in ſubſtantia ſūt/
33 ideæ ſunt:vt animal & bipes. ¶Item patet ꝙ ipſum quoqꝫ neceſſe eſt quid
eſſe:veluti planum naturam quandā/quæ omnibus ſpeciebus vt genus inerit.

C A P. V.

34 POtiſſimum vero quiſpiam dubitabit:quidnam ſpecies conſe-
rant/aut ſempiternis ſenſibilium/aut illis quæ fiunt & corrū-
pūtur.nec enim motus nec alicuius trāſmutationis:eis ipſis
35 cauſæ ſunt. ¶At nec ad ſcientiam aliorum proſūt. nec enim
36 horum:illæ ſubſtantiæ ſunt. in his etenim eſſent. ¶Nec ad
37 eſſe.quippe cum non inſint participantibus. ¶Ita eteni for-
taſſis cauſæ putabuntur eſſe:vt album mixtum albo. Sed iſta ratio facile re-
dargui poteſt:quam Anaxagoras prior/Eudoxus vero poſterior dubitans/ Anaxagoras. Eudoxus.
& alij quidam dixerunt.facile enim eſt multa & impoſſibilia ad hāc opinio-
38 nem cōgerere. ¶At nec ex ſpeciebus cætera ſunt ſecundum vllum illorū mo
dorum qui dici ſolent.dicere vero exemplaria:eas eſſe/& cętera eis participa-
re:vana & figmēta poetica eſt dicere. q̄d eni eſt quod agit:ad ideas inſpiciēs?

Poſſibile enim eſt & eſſe & fieri quodcunq; : etiam non ex imagine. Quare & exiſtente Socrate & non exiſtẽte: fiet vtiq; quale Socrates eſt/ſimiliter etiã dilucidũ/ſi Socrates ſempiternus eſſet. Et eiuſdẽ erũt plura exemplaria. quare & ſpecies vtputa hominis: animal/ & bipes/ſimul autem & idealis homo. Itẽ non ſolum ſenſibilium exemplaria ſpecies erunt/verumetiam ipſarum. vtputa genus ſpecierum quę vt generis ſunt. quare idem erit: exemplar & imago. Item videretur impoſſibile: eſſe ſeparatam ſubſtantiam/& id cuius ſubſtãtia. quamobrem quomodo ideæ cum rerum ſubſtantiæ ſint: ſeparatę erunt? in

Phædon Phędone vero hoc modo dicitur: ꝙ tum ipſius eſſe tũ ipſius fieri/ſpecies cauſæ ſũt. atamen quãuis ſpecies exiſtãt nõ fiũt: ſi nõ ſit qui moueat. & multa alia fiũt vt dom⁹ & annul⁹: quorũ nõ dicũt ſpecies eſſe. Quare patet cætera quoq; quorum aiunt ideas eſſe: poſſe & eſſe & fieri propter tales cauſas quales eorũ ſunt quæ nunc dicta ſunt/& non propter ſpecies. ¶Sed de ideis quidem & 39
hoc modo/& per alias tum magis dialecticas/tum certiores rationes multa iã conſideratis ſimilia: congregari poſſunt.

CAP. VI.



Cum autem de his determinatum ſit: decet rurſus quæ circa numeros illis accidunt qui eos ſubſtantias ſeparatas dicunt ac entium cauſas primas/ſpeculari. 40 ¶Neceſſe vero eſt ſi numerus quædam natura eſt/nec eſt alia quædam eius ſubſtantia/ſed hoc ipſum vt quidam aiunt: aut quoddam eius primum eſſe/quoddam conſequens quod ſit ſecundum quodq; ſpecie diuerſum/& hoc aut in vnitatibus confeſtim exiſtit/ & eſt quæcunq; vnitas cuiq; vnitati ĩcomparabilis: aut ſunt confeſtim conſequenter omnes & quæcunq; quibuſcunq; combinabiles/qualẽ aiunt mathematicum numerum eſſe (in mathematico enim nulla vnitas alia ab alia differt) aut quaſdam combinabiles/quaſdam non/veluti ſi poſt vnum eſt prima dualitas/deinde trinitas/& ſic alius numerus. Sunt autem vnitates in vnoquoq; numero: veluti quæ in prima dualitate ſunt: inuicem combinabiles. & quæ in prima trinitate ſunt: inuicem. & ita: in cæteris numeris. Quæ vero in ipſa dualitate: incomparabiles eis quę in ipſa trinitate ſunt. & ſimiliter de alijs conſequẽtibus numeris. Ideo mathematicus quidem numeratur: poſt vnum duo/cum anteriori vno aliud vnum. tria quoq; : cum his duobus aliud vnum. & reliquus quidem ſimiliter. iſte vero poſt vnum: duo alia abſq; primo vno. & trinitas abſq; dualitate. ſimiliter autem & reliquus numerus. ¶Aut igitur quẽdã numerorũ eſſe oportet qualis primus dictus eſt/quẽdã autem qualẽ mathematici dicũt: tertiũ vero qualis vltimo dictus eſt. ¶Itẽ iſtos numeros aut ſeparatos a rebus eſſe: aut non ſeparatos / ſed in ipſis ſenſibilibus. non autẽ ita vt prius conſiderabamus: ſed vt ex numeris inexiſtẽtibus ipſis ſenſibilibus aut quẽdã eorum eſſe/quendã non: aut omnes eſſe. modi quidẽ ſecundum quos contingit eos eſſe: hi ſunt neceſſario ſoli. ¶At hi etiam qui dicũt ipſum vnum principium/ſubſtantiam / ac elementũ omniũ eſſe/& ex hoc & alio quodam numerum eſſe: fere ſinguli/horum aliquem modorum dixerunt præterq̃ ꝙ omnes vnitates incombinabiles ſint. & rationaliter accidit. non enim contingit alium modum eſſe: præter eos qui dicti ſunt. ¶Quidam itaq;: ambos numeros eſſe aiunt. illum quidem qui prius & po- 45

(Marginal section numbers on this page: 41 beside "tium cauſas primas", 42 beside "tas abſq; dualitate", 43 beside "thematici dicũt", 44 beside "dum quos contingit".)

sterius habet: ideas. mathematicũ vero: præter ideas & sensibilia. ac ambos:
46 a sensibilibus separatos. ¶Quidam mathematicum solum numerum esse
47 primum entium: ac a sensibilibus separatum. ¶Pythagorici quoqꝫ vnum ip Pythagorici.
sum mathematicum: verum non separatum/sed ex eo sensibiles substantias
constare dicũt. totũ enim cœlũ ex numeris cõstruunt: præter id ꝙ non ex mo-
48 nadicis/sed vnitates existimant habere magnitudinem. ¶Quo autem modo
primum vnum consistit magnitudinem habens: dubitare videtur. Alius au
tem quidam primum numerum: ipsum specierum vnum esse. alij vero ipsum
49 mathematicum: hunc eundem esse. ¶Simili modo/etiam circa longitudines
50 & plana & solida. quidã eni: alia esse mathematica. & alia q̃ post: ideas. ¶Eo-
rũ vero qui aliter dicũt: quidã mathematica & mathematice dicunt/quicunqꝫ
ideas non faciunt numeros/nec esse ideas aiunt. quidam: mathematica non
mathematice. non enim secari omnem magnitudinem in magnitudines:
neqꝫ quascunqꝫ vnitates dualitatem esse. monadicos autem numeros esse po-
nunt omnes: p̃ter Pythagoricos/quicunqꝫ vnũ/elementũ/atqꝫ principium en-
tium aiunt esse. illi enim habentia magnitudinem aiũt: vt prius dictum est.
51 ¶Quot igitur modis contingat de eis dici/ ꝙqꝫ omnes modi dicti sint: ex
52 his manifestum est. ¶Sunt autem cuncta quidem impossibilia: magis vero
fortassis altera alteris.

CAP. VII.

53 Rrimo itaqꝫ considerandum est: vtrum cõbinabiles sint vni-
tates/an incõbinabiles. Qꝫ si incõbinabiles: quonam modo
vt diuisimus. est enim quancunqꝫ cuicunqꝫ vnitati incombi-
nabilem esse. est autem eas quæ in ipsa dualitate sunt/ad eas
quæ in ipsa trinitate. & sic eas quę in vnoquoqꝫ numero pri-
54 mo sũt: incombinabiles inuicem esse. ¶Si omnes igitur vni-
tates combinabiles et indifferentes sint: mathematicus numerus fit & vnus
solus. neqꝫ contingit ideas: numeros esse. qualis nanqꝫ numerus: idealis ho-
mo/aut animal/aut aliqua alia specierum erit? Idea nanqꝫ vna vniuscuiusqꝫ
veluti ipsius hominis vna/ & ipsius animalis alia vna. hi vero similes & indif
ferentes infiniti. Quare nichil magis hæc trinitas ipse idealis hõ erit: q̃ q̃cunqꝫ.
Qꝫ si ideæ nõ sunt numeri: nec omnino possibile est eas esse. ex quibus nãqꝫ
principijs ideæ erunt? numerus enim ex vno & dualitate indeterminata est.
ac principia & elemẽta ipsius numeri: dicuntur. neqꝫ ea cõtingit aut priora
55 aut posteriora numeris ordinare. ¶Si vero vnitates incõbinabiles sunt &
ita incõbinabiles vt quæcunqꝫ cuicunqꝫ: nec mathematicum hunc contin-
git esse numerum. mathematicus nanqꝫ: ex indifferentibus est. & quæ de eo
ostenduntur: tanq̃ in tali conueniunt. Nec hunc esse specierũ. nõ eni erit dua-
litas prima: ex vno & indeterminata dualitate. Deinde cõsequẽtes numeri/
vt dicitur: dualitas/trinitas/quaternitas. simul etenim quæ sũt in prima dua-
litate vnitates: generantur. siue quemadmodum qui prius dixit/ex inæquali-
bus (factis nãqꝫ æqualibus fiebant) siue aliter. Deinde si altera vnitas prior al
tera erit: dualitate etiam quæ ex his fit/prior erit. cũ enim aliquid sit/quod-
dam prius quoddam posterius: & quod ex his/hoc quidem prius/illo vero
posterius est. Item cum primũ quidem ipsum vnum sit deinde cæterorum
aliquod vnum/secundum vero post illud/& rursus tertium quod secundum



est post secundum:tertium erit post primum/vnum. Quare priores profecto erunt vnitates:q̃ numeri qui eas complectuntur. veluti in dualitate erit tertia vnitas:anteq̃ tria sint. et in trinitate/quarta & quinta : anteq̃ hi numeri sint.
¶At nemo eorum hoc modo dixit vnitates incombinabiles. verum secũdũ 56
quidem principia eorum:ita esse rationabile est. secundum autem veritatem: impossibile est. etenim vnitates priores & posteriores esse rationabile est:si & quædam quidem prima vnitas est / vnumq; primum. et dualitates similiter:si & prima quidem dualitas est. post nãq; primum:rationabile & necessarium est/secundum quiddam esse. & si secundum:tertium. & ita:cætera cõsequenter. Simul vero vtrumq; dicere/vnitatemq; primam post vnam esse/ atq; secũdam & primam dualitatem:impossibile est. hi vero vnitatem quidem & vnum primum faciunt:secundum vero/& tertium nequaq̃. ac dualitatem primam:secundam vero/& tertiam minime. ¶Constat autem ꝙ si 57
omnes vnitates imcombinabiles sunt:nõ contingit dualitatem ipsam esse/ac trinitatem/& sic cæteros numeros. siue nanq; sint vnitates indifferentes/siue differentes singule a singulis : necesse est numerum numerari per additionem. veluti binarium:ad vnum vno alio addito. ternarium quoq;:alio vno ad duo apposito. & simili modo:quaternariũ. Quare cum ita sint:impossibile est numerorũ esse generationem/quemadmodum ex dualitate & vnitate generant. binarius nanq;:pars ternarij fit. & hic: quaternarij. eodem autẽ modo :& in cõsequentibus accidit. At ex primo binario/indeterminatoq; binario:fiebat quaternarius/duo binarij præter ipsum binarium. ꝙ si non: pars erit ipse binarius. alter vero adhuc : erit vnus binarius. & binarius erit ex ipso vno & alio vno. Qꝫ si est:nõ est possibile alterum elemẽtum esse indeterminatum binarium. vnam enim vnitatem generat:sed nõ determinatũ binarium : Item præter ipsum ternarium / ipsumq; binarium : quomodo erunt alij ternarij & binarij? quove modo ex prioribus & posterioribus vnitatibus componuntur? hęc enim omnia & fictitia sunt/& impossibile esset esse primũ binariũ/deinde ipsum ternariũ. at necesse est:postq̃ vnũ quidẽ & indeterminatus binarius elementa erunt. ꝙ si quæ accidũt/ impossibilia sunt:hæc quoq; principia impossibile est esse. si itaq; vnitates quæcunq; a quibuscunq; differant:hæc & alia huiuscemodi necessario accidũt.
¶Si autem quæ quidem in alio differentes sunt/quæ vero in eodem nu- 58
mero indifferentes inuicem solæ:non pauciora difficultatem ingerentia/hoc quoq; modo accidunt. veluti in ipso denario:decem vnitates sunt. componitur autem denarius:tum ex his/tum ex duobus quinarijs. cum vero ipse denarius non sit quicunq; numerus/nec ex quibuscunq; quinarijs componatur sicuti nec vnitatibus:necesse est vnitates quæ in hoc denario sũt/ differre. nam si non differant:nec quinarij different ex quibus denarius est. cum vero differant:vnitates quoq; different. si igitur differant:vtrum non erunt quinarij alij sed hi duo tantum/an erunt? siue igitur non erunt/incõueniens est:siue erunt. qualis ex eis: denarius erit? non est enim in denario alius denarius :præter ipsum. at vero etiam necesse est:vt nõ ex quibusuis binarijs/quaternarius componatur. Indeterminatus nanq; binarius (vt aiunt)determinatũ accipiẽs binariũ:duos binarios effecit. eo enim quod ce-

pit:binarij fuit efficiens.Item quonam modo contingit: binarium præter
duas vnitates / ac ternarium præter tres vnitates / aliquam eſſe naturam/
ſiue certe alterum altero participabit?(quemadmodum albus homo præ-
ter album & hominem? his enim participat)ſiue cum alterum quædam
alterius differentia ſit? quemadmodum homo præter animal & bi-
pes? Item quædam tactu / quædam mixtione / quædam poſitione ſunt
vnum: quorum nichil vnitatibus / ex quibus binarius atq; ternarius fit /
competit.ſed quemadmodum duo homines non ſunt vnum quid præ-
ter vtrumq;:ita de vnitatibus quoq; neceſſe eſt. Et non quoniam indiui-
ſibile:idcirco different. etenim puncta quoq; indiuiſibilia ſunt: veruntа-
59 men dualitas eorum nichil aliud eſt præter duo. ¶At uero nec hoc la-
tere decet: ꝙ accidit priores / poſterioreſq; dualitates eſſe/ſimiliter autem
& alios numeros. Binarij enim qui in quaternarios ſunt / ſint inuicem ſi-
mul: ſed ipſi ijs qui octonario inſunt / priores ſunt & genuerunt (quem-
admodum binarius ipſos) ipſi quaternario qui in ipſo octonario ſunt.
60 ¶Quare ſi & primus binarius idea:hi quoq; quædam ideæ/erunt. ¶Ea-
61 dem ratio de vnitatibus etiam eſt.quæ enim in prima dualitate ſunt vni-
62 tates:generant quattuor quæ in quaternario ſunt. ¶Quare omnes vni-
63 tates ideę fiūt:& cōponetur idea ex ideis. ¶Quãobrē patet ꝙ etiã illa quo-
rū hæ ſunt ideę:cōpoſita erūt.veluti ſi quis animalia dicat ex animalibus cō-
64 poni:ſi horū ideæ ſūt/ex animalibus ideę erūt. ¶Et omnino facere vnitates:
quomodocūq; differētes:abſurdū & ficticiū eſt.dico autē ficticium quod ad
ſuppoſitionē coactū eſt.nec enī ſecundū quãtū/nec ſecundū quale:videmus
differre vnitatē ab vnitate.neceſſeq; eſt aut æqualē aut inęqualē eſſe omnē
quidē numerū:ſed ꝓcipue monadicū.quare ſi nec maior neq; minor:æqua-
lis.æqualia vero & omnino ĩdifferētia:eadē putamus eſſe in numeris. Qꝫ ſi
nō ita ſit:nec dualitates q̃ in hoc denario ſūt/ĩdifferētes erūt/cū æquales ſint.
quã enī cauſã dicturus eſt:q dicit indifferētes eſſe? Itē ſi omnis vnitas & vni-
tas alia/duo faciūt:vnitas q̃ ex ipſo binario/& quę ex ipſo ternario erit bina-
rius/& ex indifferentibus. Et vtrū ternario prior an poſterior? Magis nãq;
videtur neceſſariū priorem eſſe.hæc nãq; vnitatū ſimul ternario:illa vero ſi-
mul dualitati.Et nos q dē ōnino putam⁹ vnū & vnū ſiue ęqualia ſiue ĩęqua-
lia ſint:duo eſſe. veluti bonū & malū:& hominē & equū.qui vero ita dicūt:
nec ipſas vnitates.ſiue autē nō eſt maior numer⁹ ipſius ternarij q̃ dualitatis:
mirum eſt.ſiue eſt maior:cōſtat ꝙ æqualis etiã dualitati ĩeſt.quare ipſe indif
ferēs ab ipſa dualitate.verum nō cōtigit:ſi primus aliq̃s numer⁹ eſt/& ſecun
dus.Nec erunt ideę numeri.hoc enī ipſum recte aiunt:q vnitates differētes
debere eſſe arbitrãtur.ſiquidē erunt ideę(vt prius dictum eſt)vna ꝓfecto erit
65 ſpecies. ¶Si vero vnitates ĩdifferētes:dualitates quoq;/ac ternarij ĩdifferētes
erunt.quare neceſſe eſt eis dicere/ita numerãdū eſſe/vnū/duo:nō ſupaddito
iam præexiſtenti. nec enim generatio ex indeterminata dualitate erit:nec
ideam eſſe contingit. inerit nanq; altera idea in altera: cunctæq; ſpecies:
vnius partes.quare ſecundum ſuppoſitionē quidem/recte dicūt:ſimpliciter
66 vero/nō recte.multa nãq; perimūt. ¶Cū autē hoc ipſū habere quãdã ꝓfe-
cto dicant dubitationē:vtrū cum numeremus & dicamus vnū/duo/tria aſſu-

mẽtes numeram⁹/an secũdũ partes/an vtroq; modo facimus?quapropter ridiculũ est/hãc:ad tantã substantiæ differentiam reducere. CAP.VIII.



Nte autem omnia probe se habet:determinare quænam numeri/& vnitatis differentia est/si est. necesse autem est aut secundũ quantũ aut secundũ quale differre. neutrũ autẽ horũ videtur posse esse.verũ prout numerus:secũdũ quantũ.si itaq; etiã vnitates quantitate differrent: numerus quoq; a numero differret qui æqualis est/plenitudine vnitatũ. Itẽ vtrũ primæ maiores/an minores/& postea crescãt:an ecõuerso?hæc eni omnia absurda sũt. Atuero nec secundũ qualitatẽ differre cõtingit. nullã eni eis inesse passionẽ possibile est.eteni numeris quoq; posterius aiũt inesse qualitatẽ q̃ quãtitatẽ.Itẽ nec ab vno hoc ipsæ patiẽtur:nec a dualitate.hoc enim nõ est quale: illa vero quantum/quale. nam vt entia multa sint: hæc natura/causa est. Si igitur aliter quoquo modo se habet: dicendum hoc maxime in principio est/& de differentia vnitatis determinandum.maxime quidem & ꝑpter quid necesse est existere.ꝙ si nõ:quã dicũt?& quidẽ si ideæ numeri sũt:dilucidũ est ꝙ neutro modorũ cõtigit/nec cõbinabiles cũctas vnitates esse/nec inuicẽ ĩcõbinabiles. At nec vt alij quidã de numeris dicũt:recte dicitur.sunt autẽ hi quicũq; ideas quidẽ esse nõ putãt/nec simpliciter/nec vt numeros quosdã existẽtes:mathematica vero esse & numeros entiũ primos/ac eorũ principiũ esse ipsũ vnũ.Absurdũ nãq; est:vnũ q̃dẽ esse q̃d primũ vnorum/vt illi aiũt.dualitatẽ vero nõ esse dualitatũ:neq; ternariũ ternariorũ.eiusdẽ eni rationis omnia sunt.Si igitur ita se habeãt quæ circa numerum sunt/& solũ mathematicũ quis esse ponat:ipsũ vnum nõ est principiũ.necesse eni esset vt tale vnũ differret ab alijs vnitatib⁹.ꝙ si hoc:dualitatẽ quoq; primã/a dualitatibus.similiter autẽ cæteros quoq; cõsequẽtes numeros.si autẽ ipsum vnũ est principiũ:necesse magis est q̃ circa numeros sunt se habere (vt Plato aiebat)ac esse dualitatẽ primã & ternariũ/nec esse numeros ad seinuicẽ cõbinabiles.si q̃s vero rursus/hæc ponat:dictũ est ꝙ multa ĩpossibilia accidũt. At necesse est aut hoc aut illo modo se habere.quare si neutro modo:nõ est possibile numerũ esse separatũ. Cõstat autẽ ex his ꝙ tertius modus pessime dicitur:eundẽ videlicet esse mathematicũ & specierũ numerũ.necesse est eni in vnã opinionẽ duos errores conuenire.nec eni mathematicum numerum contingit hoc modo esse:sed proprias suppositiones supponentẽ necesse est prolixum esse.& insuper quæcunq; accidunt eis qui vt species numerũ dicunt:hæc etiam necesse est dicere. Modus vero Pythagoricorum:partim pauciores habet difficultates q̃ prius dictæ sint/partim alias proprias.nam nõ separatũ facere numerũ:aufert multa ĩpossibilia. Corpora vero ex numeris esse cõposita/& hunc numerũ mathematicum esse:impossibile est.nec enim indiuiduas magnitudines dicere:verum est.deinde quia hoc modo maxime se habẽt:vnitates vero nõ habẽt magnitudinẽ.magnitudinem vero ex ĩdiuisibilibus componi:quonam modo possibile est? Atuero numerus arithmeticus:monadicus est.illi vero/numerum:entia dicunt.speculationes enim adaptant corporibus: tanq̃ existentibus/ex ipsis numeris. Si igit̃ necesse quidẽ est horum aliquo dictorum modorum esse:numerus quidem aliquid

Marginalia: 67 (Nte autem); 68 (Atuero nec secundũ qualitatẽ); 69 (Si igitur aliter); 70 (At nec vt alij); Plato; 71 (Cõstat autẽ); Pythagorici; 72 (Modus vero Pythagoricorum); 73 (Corpora vero); 74 (Si igit̃ necesse)

per se entium est/nullo autem horū esse contingit:constat non esse aliquā talē
75 numeri naturam/ qualem asserunt qui eum separatū faciunt. ¶Item vtrum vnaquæq; vnitas ex magno & paruo adęquatis sit: aut hæc quidem e paruo/illa vero ex magno? Si itaq; sic:nec ex ōnib9 elementis vnūquodq; est/nec vnitates sūt indifferētes.in hac quidē magnū/in hac vero paruū inest/ suapte natura cōtrariū existens. Itē quæ in ipso ternario quonā modo sunt? vna eni supflua est.sed ꝓpterea fortassis:ipsū in ipare mediū faciūt. Qꝫ si vtraq; vnitatū ex ambobus est adęquatis:quonā modo dualitas vna quædam existens natura/ex magno & paruo erit? aut quid ab vnitate differet? Itē:vnitas prior dualitate.perempta nanq;:pimitur dualitas.ideam igitur ideæ necesse est eā esse cum prior idea sit/ac priorem factam fuisse.ex aliquo igitur.indeterminata enim dualitas:dualitatis efficiens erat. Item aut finitum aut infinitum necesse est numerum esse.numerum enim separatum faciunt.quare non est possibile non esse horum alterū. Et quidē ꝙ infinitum esse nō cōtingit:patet. infinitus enim: nec par nec impar est. generatio vero numerorum: aut imparis numeri aut paris semper est.cum enim vnum hoc non cadat in parem:impar efficitur. cum vero hoc modo dualitas incidat in eum qui ab vno duplicatur:fit quidem imparium alius/ par. Item si omnis idea alicuius est/numeri vero ideæ sunt:infinitus quoq; numerus erit alicuius vel sensibilium/vel alicuius alterius idea. q̄uis nec secundum positionem/ neq; secundum rationem contingit: ita tamen ordinant ideas. Qꝫ si finitus: vsquequo? hoc enim dici oportet:non solum ꝙ est/verū etiam propter quid est. At vero si numerus ad denariū vsq; vt quidam aiunt: primo quidem cito deficient species. puta si ternarius est homo idealis:quis numerus erit idealis equus? etenim ad denarium vsq; numerus est idealis:ideo necesse est quosdam eorum numerorum in eis esse. hi enim:substantiæ ideæq; sunt. attamen deficient:si species quidem animalis excedent. Simul autem constat:ꝙ si hoc modo ternarius idealis homo sit:& cæteri quoq; ternarij/ cum similes sint qui in eisdem numeris sunt. quare infiniti homines erunt: aut vnusquisq; idealis homo/si vnusquisq; ternarius idea est. aut si non: saltem homines. Et si minor/pars sit maioris qui ex ijs cōbinabilibus vnitatibus est quæ in eodem sunt numero: si alicuius idea sit ipse quaternarius veluti equi aut albi/homo erit pars equi/si homo dualitas sit. Absurdū itē est denarij quidem ideam esse: vndenarij autē non/ neq; sequentium numerorum. Item & sunt & fiunt quædam/quorum species non sunt:vnde qua de causa non sunt illorum species? non sunt ergo species: causæ. Item inconueniens est si numerus vsq; ad denarium magis quid ens/& ipsius denarij species: tametsi huius quidem non sit generatio tanq̄ vnius/illius tamē sit. tentant autē:tanq̄ si is qui ad denarium vsq; est perfectus numerus sit.generant porro quæ sequuntur:veluti vacuum/proportionem abundans cæteraq; huiuscemodi. infra denarium: quædam quidem principijs attribuunt puta motum/stationē/bonum/malum. alia vero:numeris.ideo vnum: impar est.si enim in ternario: quomodo quinnarius impar? Magnitudines itē & q̄cūq; similia quousq; quāta? veluti prima linea indiuisibilis/deide dualitas/deide hęc etiā ad denariū vsq;.
76 ¶Itē si numerus separat9 est:dubitauerit

quiſpiam vtrum vnum prius/an ternarius & binarius.quatenus enim nume
rus compoſitus eſt:vnum eſt.quatenus vero vniuerſale & ſpecies: prior nu
merus eſt.vnaquæq; enim vnitatum: pars numeri vt materia eſt.ille vero:vt
ſpecies.ac quodam quidem modo rectus prior acuto:quia & in ratione defi-
niēte poſitus eſt.quodā vero modo/acutus:quia pars eſt/ac in hūc diuiditur.
tanq̃ igitur materia/acutus/elemētū/& vnitas:prius.vt vero ſecundū ſpeciem
& eā quę ſecundum rationem eſt/ſubſtantiam:rectus/ac totum quod ex ma-
teria & ſpecie.quod enim ambo eſt:propinquius eſt ſpecie & ei cui⁹ ratio eſt/
generatione vero poſterius. ¶ Quo igit̃ modo ipſū vnū:pricipiū eſt? quia nō 77
eſt diuiſibile aiunt/ſed indiuiſibile/tum vniuerſale/tum particulare & ele-
mentum.verum:alio modo.illud quidem ſecundum rationem: hoc vero ſe-
cundum tempus. ¶ Vtro itaq; modo ipſum vnum eſt principium? vt enī 78
dictum eſt:& rectus acuto/& iſte illo prior eſſe videtur/& vterq; vnus.vtroq;
igitur modo: ipſum vnum faciunt principium. at impoſſibile. hoc enim vt
ſpecies & ſubſtantia: hoc vero vt pars & materia. eſt nanq; quodammo-
do vnū:vtrumq;/ſecundum veritatem/quidem potentia. ¶ Siquidem vnum 79
quid eſt numerus & non aceruus/ſed aliud ex alijs(vt aiunt) vnitatibus:
actu ſane non eſt vtraq; vnitas.cauſa vero erroris qui accidit:quia ſimul ex
mathematicis & vniuerſalibus rationibus venabantur.Ita vt ex illis quidem
tanq̃ punctum poſuerint ipſum vnum & principium.vnitas enim:punctum
ſine poſitione eſt.quemadmodum igitur quidam ex minimo entia compo-
ſuerunt: ita & iſti.quare vnitas efficitur numerorum materia:ſimulq; dua-
litate prior.rurſuſq; poſterior:tanq̃ dualitate exiſtente toto quodam/& vno/
& ſpecie. ex eo vero q vniuerſale quærebant prædicatum vnum:& ita vt
partem dixerunt.at ſimul hæc eidem ineſſe:impoſſibile eſt. ¶ Q; ſi ipſum 80
vnum ſolum ſine poſitionę eſſe oportet(in nullo enim differt: niſi q princi-
pium eſt/& dualitas quidem diuiſibilis/vnitas vero non)ſimilior erit profe-
cto ipſi vni vnitas. ſi autem vnitas illud quoq; vnitati q̃ dualitati:ea quoq;
de re vtraq; vnitas prior dualitate erit.at non dicunt. generant ſane dena-
rium primo.Item ſi dualitas ipſa vnum quid eſt/ac ipſa trinitas/ambo dua-
litas:ex quo igitur hæc dualitas?

CAP. IX.



Vbitabit autem quiſpiam q cum tactus quidem in nume- 81
ris minime ſit/conſequentibus quidem iis quaruncunq; non
eſt aliquid medium vnitatibus/veluti iis quæ in dualitate/
ternariove ſunt:vtrū conſequentes ſint ipſi vni an nō.& vtrū
dualitas prior eſt iis q̃ conſequuntur: an quacunq; vnitatū.
Simili modo hæ difficultates de poſterioribus etiā numero
generibus: linea/plano/& corpore accidunt. ¶ Quidam enim ex magni & 82
parui ſpeciebus faciunt (veluti ex longo quidem & breui)longitudines.ex
lato vero & ſtricto: plana.ex profundo autem & humili:moles.hæ autē ma
gni & parui ſpecies ſūt.pricipiū vero:quod ſecundū ipſū vnū/eſt. ¶ Alij ea q̃ 83
eorū ſūt:aliter poſuerūt. ¶ At etiā in his infinita videtur īpoſſibilia & fictitia 84
& ōnib⁹ rationabilibus cōtraria.abſoluta nāq; abinuicē accidet ea eſſe:ſi pri-
cipia etiam nō conſequuntur vt ſit latum & ſtrictum/lōgū & breue.at ſi hoc
erit:planum erit linea/& ſolidum planum. Anguli item & figuræ & huiuſ-

modi:quonam modo aſſignabuntur?idemq; accidit:quod eis quæ circa nu
merum.hæ nanq; magnitudinis ſunt paſſiones:non ex his magnitudo.quē-
85 admodū nec ex recto & curuo longitudo:nec ex lęui & aſpero ſolida.¶His
autē omnibus cōmune quod in ſpecieb⁹ quę ſūt vt generis/dubitare accidit:
cum quis vniuerſalia ponat.vtrum animal ipſum an animali:an alterum ab
ipſo animali.hoc nāq;:ſi ſit nō ſeparatum/nullam dubitationem faciet.ſi ve-
ro ſit/quemadmodum qui hęc dicunt ſeparatum ab vno & numeris:non eſt
facile ſoluere.ſi non facile:dicere oportet quod impoſſibile eſt.cū enim vnū
quis in dualitate intelligat/& omnino in numero:vtrum ipſum quid/an aliud
86 intelligit?¶Quidam itaq; ex tali materia magnitudines generant:quidam
ex puncto(punctum autem eis non vnum/ſed quale vnum eſſe videtur)& al-
87 tera materia qualis eſt multitudo/ſed non multitudine.¶De quibus:nichil
minus eadem accidit dubitare.Nam ſi materia vna eſt:idem linea/planum/
& ſolidum ſunt.ex eiſdem enim vnum & idem erit.Q; ſi materiæ plures/&
altera quidem lineæ/altera plani/altera ſolidi:aut ſequūtur inuicem/aut nō.
quare hoc etiam modo:eadem accident.planun etenim:aut non habebit li-
neam/aut linea erit.Item quo quidem modo contingit ex vno & multitudine
numerum eſſe:nichil dicere conantur.quomodocunq; autem dicant:eædem
difficultates accidunt/quæ illis quoq; qui ex vno & indeterminata dualitate
88 dicebant.¶Quidam nāq;:ex eo quod vniuerſaliter prædicatur & nulla mul
titudine/numerū generat.quidam:ex aliqua multitudine/prima tamen.dua-
89 litatem nanq; primam multitudinem eſſe.¶Quare(vt ita dicam)nichil diffe
rūt:ſed eædē dubitationes ſequētur ſiue mixtio ſit/aut poſitio/aut tēperamētū
90 aut generatio/& quæcūq; alia ſimilia.¶Maxime autē aliquis inquirat:ſi vna
ſit quæq; vnitas/ex quonā eſt?non enī erit vnaquæq; ipſum vnū.neceſſe au-
tem eſt aut ex ipſo vno & multitudine eſſe:aut ex parte multitudinis.at-
qui multitudinem dicere vnitatem eſſe:impoſſibile eſt/cum indiuiſibilis ſit.
Q; autem ex parte ſit:alias habet multas difficultates.vnamquamq; enim
partium/aut indiuiſibilem/aut multitudinem neceſſe eſt eſſe/ac vnitatem
diuiſibilem.& ipſum vnum ac multitudinem:non eſſe elementum.quando-
quidem vnaquæq; vnitas:non eſt multitudine ac vno.Item qui hoc dicit:
nichil aliud ꝙ alium numerum facit.multitudo nanq;:indiuiſibilium nu-
merus eſt.Item quærendum etiam ab eis qui ſic dicunt:vtrum numerus
infinitus an finitus ſit.erat nanq; vt apparet/multitudo quoq; finita:ex qua
& vno ſunt vnitates finitæ.aliudq; eſt ipſa multitudo/multitudoq; infinita.
91 qualis itaq; multitudo/& vnum:eſt elementum?¶Similiter autem:de pun-
cto quoq; aliquis quæreret ac elemento/ex quo faciūt magnitudines.non enī
vnū ſolum punctū:hoc eſt.ex quo nāq; vnūquodq; aliorū punctorum?nō
enim ex quadam dimenſione ipſoq; puncto.At vero:nec partes diuiſibiles
eſſe contingit/partes dimenſionis:quemadmodum multitudinis ex qui-
bus vnitates.numerus namq; ex indiuiſibilibus componitur:magnitudi-
nes vero minime.Hæc itaq; omnia/cæteraq; ſimilia manifeſtant:ꝙ im-
92 poſſibile ſit numerum ac magnitudines ſeparatas eſſe.¶Præterea ꝙ ip-
ſi primi de numeris diſcordant:ſignum eſt ipſas res cum non ſint ve-
ræ/ipſis præbere confuſionem.Quidam enim qui mathematica tantum

faciũt præter ſenſibilia:cum viderent difficultatem atq; fictionem circa ſpe-
cies/deſiiterunt a numero ideali/ac mathematicum fecerunt. Quidam vero
cum ſpecies ſimul & numeros facere vellent/neq; viderent quonam modo ſi
quis hæc principia ponat/mathematicus numerus præter idealem eſſet:eun-
dem idealem ac mathematicum numerum fecerunt ratione. quia autem
opere ſublatus eſt mathematicus: proprias profecto & nõ mathematicas
ſuppoſitiones dicunt. ¶Qui vero primus ſpecies & numeros eſſe poſuit:ſpe- 93
cies & mathematica eſſe rationabiliter/ſeparauit.quare accidit omnes ſecun
dũ quid recte dicere:omnino vero nõ recte.ac ipſi etiã fatentur:nõ eadẽ ſed
contraria dicẽtes.cauſa vero eſt:ꝙ ſuppoſitiones atq; principia falſa ſũt.diffi-
Epicharm9 cile autem eſt(vt ait Epicharmus)ex nõ bene præſuppoſitis/bene dicere.cõ-
primũ enĩ aliquid dicitur:confeſtim apparet nõ bene dictũ. ¶Sed de nume- 94
ris quidẽ:ſufficiant quæ dubitata/& quæ determinata ſunt.cuicunq; nanq;
perſuaſũ eſt: magis ei ex pluribus ꝑſuaſ9 fuerit. vt autẽ illi perſuadeat̃ cui nõ
eſt perſuaſũ:nichil magis. ¶De primis vero prĩcipijs primiſq; cauſis & elemẽ- 95
tis/q̃cũq; quidẽ dicunt qui de ſola ſenſibili ſubſtantia determinant:quædã in
naturalibus dicta ſunt/quædam non ſunt præſentis ſcientiæ. Quæcũq; vero
aiũt qui dicunt præter ſenſibiles eſſe alias ſubſtantias:conſequens eſt dictis
ſpeculari. ¶Cum igitur quidam ideas ac numeros tales eſſe dicant/ 96
elementaq; eorum elementa/principiaq; entium eſſe:conſiderandum de his
quid & quonam modo dicunt.verum qui numeros tantum & hos mathe-
maticos faciunt: poſterius examinandi ſunt. ¶Eorum autem qui ponunt 97
ideas:ſimul quiſpiam & modum profecto viderit/& dubitationem quæ de
eis fit. ſimul nanq; vniuerſales ſubſtantias faciunt ideas:& rurſus vt ſepara-
tas & ſingularium.hæc vero ꝙ non contingant:dubitatum eſt prius. Cauſa
vero eis qui vniuerſales ideas dicunt/vt eas in idem cõiungant/fuit:quia ſenſi-
bilibus nõ faciebant eaſdẽm ſubſtãtias.ſingularia etenim quę in ſenſibilibus:
fluere putabant/nec aliquid horum manere.vniuerſale autem præter hæc:tũ
Socrates. eſſe tum aliud quid eſſe. ¶Hoc autem(vt antea dicebamus)mouit quidẽ So- 98
crates propter diffinitiones:non tamen a ſingularibus ſeparauit. & hoc recte
intellexit:non ſeparãs.cõſtat autẽ ex operibus.etenĩ abſq; vniuerſalibus qui-
dẽ:nõ eſt accipere ſciẽtiam.ſeparare autem:cauſa difficultatũ quæ circa ideas
accidunt/eſt. ¶Quidam vero tanq̃ neceſſarium ſit/ſi ſubſtantiæ quædã præ- 99
ter ſenſibiles & fluentes erunt/ſepatatas eſſe(alias quidem non habebant)eas
ſane quę vniuerſales dicuntur attulerunt.vt fere accidat:eaſdem naturas vni-
uerſales ac particulares eſſe.at hæc ipſa per ſeipſam erit difficultas eorum:de
quibus dictum eſt.

C A P. X.



Vod vero & his qui dicunt ideas/& his qui nõ dicũt aliquã 100
dubitationẽ habet/qđ & a principio ĩ dubitationem dictũ
eſt prius:modo dicamus.Nam ſi quis ſubſtantias nõ ponat
eſſe ſeparatas/& hoc modo ſicuti entiũ ſingularia dicũt:peri-
met ſubſtãtiã queadmodũ dicere volumus. Qz ſi q̃s ſubſtã-
tias ſepatas ponat:quomõ prĩcipia earũ & elemẽta ponet?ſi ſingulare nãq; &
vniuerſale:tot erũt entia quot elemẽta.neq; ſcibilia elemẽta. ſint etenĩ ſyllabæ
quidẽ q̃ in voce ſunt:ſubſtantię.elemẽta vero earũ:elemẽta ſubſtãtiarũ.neceſſe

autem est BA & vnãquamq; syllabarum vnã esse:si nõ vniuersaliter quidem & specie eędem/sed vna numero vnaquęq; & quod quid nec æquiuocum. Itẽ ipsum qđ est vnumquodq;:vnũ ponunt. q̧ si syllabæ:ita illa quoq; ex quibus sunt. nõ erunt igitur plura A q̃ vnum:nec aliorum elemẽtorum vllum secundum eãdẽ rationẽ/secundũ quã nec aliarum syllabarum eadẽ altera & altera. at vero si hoc:p̄ter elementa nõ erunt alia entia/sed solum elementa. nec item erunt scibilia elementa/cũ non sint vniuersalia:scientia vero vniuersaliũ sit. cõstat vero ex demõstrationibus ac diffinitionibus. nõ enĩ fit syllogismus q̧ hic triãgulus duobus rectis:nisi q̧ omnis/duo recti. nec q̧ hic homo animal: nisi q̧ omnis homo/animal. at vero si principia vniuersalia sunt/aut etiam substãtiæ quæ ex his fiunt vniuersales sunt:erit non substãtia prior substãtia. vniuersale nãq;:nõ est substãtia. elemẽtum vero & pricipium:vniuersale est. est autẽ elementum & pricipium:prius ijs quibus principiũ & elemẽtum est. Hæc itaq; õnia rationabiliter accidũt:tum cum ex elemẽtis ideas faciunt/tum cum p̄ter eas ideas substãtiasq; quæ eãdẽ speciẽ habẽt/vnum quid separatum esse censẽt. q̧ si nichil prohibet: queãdmodũ in vocis elementis multa A/multaq; B esse/nichilq; præter multa ipsa A ipsaq; B esse:erunt ob hoc infinitæ similes syllabæ.

101 ¶ Q; autẽ õnis scientia vniuersalium sit/quãobrẽ necesse sit tum entium principia vniuersalia esse / tum non esse separatas substantias: hoc plus q̃ alia prædicta maxime dubitationem habet. At quodam quidem modo verum quod dicitur est:quodã autẽ modo nõ verũ.

102 ¶ Sciẽtia nãq; sicut & ipsũ scire duplex est:quorum aliud potẽtia aliud actu est. potẽtia igitur cum sit tanq̃ materia ipsius vniuersalis ac indefinita:vniuersalis indefinitiq; est. actus vero:determinatus/& determinati/cum quod quid huiusq; alicuius sit. verum per accidens videt visus colorem vniuersalem: eo q̧ hic color quem videt color est. quod & grãmaticus hoc A/speculatur:alpha est. Nam si necesse est principia vniuersalia esse:necesse est illa quoq; ex his/vniuersalia esse/quemadmodum in demonstrationibus est. quod quidem si ita est:nichil erit separatum/ne substantia quidem. sed cõstat:q̧ quodam modo quidẽ scientia vniuersalis est/quodam modo vero minime.

¶ Tertijdecimi metaphysicorũ Aristotelis interprete Bessarione/libri finis.

¶ Quartusdecimus metaphysicorum Aristotelis interprete Bessarione ad Alphonsum regem. C A P. I.



1 E hac itaq; substantia:tot dicta sint. omnes vero quemadmodum in naturalibus: similiter etiam circa immobiles substantias/principia contraria faciunt. Si autem nullis principijs possit prius aliquid esse: impossibile erit profecto principium aliquid aliud existens/pricipium esse. veluti si quis dicat album esse principium/non prout aliud / sed prout album /esse tamen de subiecto & aliq̃d aliud existẽs albũ esse:illud sane pri9 erit.

at vero cuncta ex contrarijs fiunt tanq̃ cuiusdam subiecti. necesse ergo est: maxime hoc cõtrarijs inesse. semper igitur cuncta cõtraria de subiecto sũt: & nullũ est separabile. Cæterũ queadmodũ apparet/ratioq; testat̃: nichil substãtiæ cõtrariũ est. nullũ ergo contrariorũ/omniũ proprie principiũ est: sed alterum.
¶ Quidam vero: alterum cõtrariorũ materiam faciunt. quidam: vni scilicet æquali inequale/quasi hoc natura multitudinis sit. quidam: vni multitudinẽ. generãtur enim numeri a quibusdã ex dualitate ĩæqualis: magno ac paruo. a quodã: ex multitudine. ambobus tamẽ ab substantia vnius. eteni qui inæquale & vnum dicit elementa/inæquale vero ex magno & paruo dualitatẽ: tanq̃ vnum sint inæquale & magnum ac paruum dicit. nec determinat q; ratione: numero vero minime. ¶ At vero pricipia etiam q̃ elemẽta vocãt: non bene assignãt. Cum autẽ quidã magnum & paruum pariter cũ vno hæc tria numerorũ elemẽta dicunt: duo quidem materiã/vnũ vero formã. Quidã vero multũ & paucum: quia magnum & paruum magnitudini magis secundum naturam peculiaria sũt. Alij autẽ quod magis vniuersale in his: excedẽs & excessum. ¶ At nullum istorum aliquid differt (vt ita dicã) quoad quædã quæ accidunt: nisi ad logicas tantũ difficultates a quibus cauẽt/propterea quod alij quoq; logicas afferunt demonstrationes. eiusdẽ tamen rationis est excedens & excessũ/at nõ magnum & paruum: principia esse/ac numerũ dualitate priorem ex elementis ponere. ambo nãq; magis vniuersalia sunt. at illud quidem dicunt: hoc vero minime. ¶ Quidã vero alterũ & aliud: ad vnum opponũt. alij autem multitudinẽ & vnũ. Si igitur entia (vt volũt) ex contrarijs sunt: vni vero aut nichil cõtrarium/aut si est multitudo est. & inæquale æquali. & alterum: eidem. etiam aliud: eidẽ. ¶ Maxime quidẽ qui vnũ opponũt multitudini: aliqua opinione nituntur: nec hi tamen sufficienter. vnum etenim erit paucum. quãdoquidem multitudo paucitati: multũ vero pauco opponitur. Vnũ vero q; mensuram significet: manifestũ est. ac in cunctis est aliquid aliud suppositum veluti. in harmonia: diesis. in magnitudine: digitus aut pes/aut aliquid simile. & in rhythmis: gradus aut syllaba. similiter in grauitate: pondus aliquod determinatũ est. ac eodem modo: de omnibus. in qualitatibus: quale quid. in quantitatibus: quantum quid. mensura enim indiuisibile: quædam secundum speciem/quędam secundum sensum/tanq̃ vnum non sit aliqua per se substantia. & hoc rationabiliter. vnum nanq; significat: q; mensura cuiusdam multiudinis est. ac numerus: multitudo mẽsurata/& multitudo mẽsurarũ. ¶ Quare rationabiliter vnum nõ est numerus. neq; eni mensura: mensurę. ¶ Verũ tã mensura q̃ vnũ: principiũ est. Oportet autẽ vt mensura sẽper idẽ cũ õnibus sit. veluti si equ9 mensura: equis. & si homo: hominib9. q; si homo & equus ac deus/animal: numerus quoq; eorum fortassis animalia erit. si autem homo & albũ ac ambulans: minime quidem horũ numerus est/eoq; eidem vniq; secundum numerum omnia insunt. attamen numerus horũ: generum erit/aut alicuius alterius similis appellationis. ¶ Qui vero inæquale vt vnum quid/dualitem autem indeterminatam ex magno paruoq; faciunt: vehementer longetum ab apparentibus tum a possibilibus dicunt. passiones nãq; magis hæc & accidentia: q̃ subiecta numeris & magnitudinib9 sũt. multum nanq; & paucum numeri: ac magnum & paruum magnitudinis. sicuti

par & impar: læue & asperum/rectum & curuum. Præterea ad hūc quoq; er-
rore: etiam necesse est magnū & paruū & quæcunq; similia ab aliquo esse.
Ad aliquid vero minime prædicamētorū omniū: natura quædam aut sub- N
stantia est. ac posterior tum quali/tum quanto: & quædam quanti passio (vt O
dictū est) sed nō materia/ aut aliquid aliud q̄ omnino commune ad aliquid/ T
partibusq; eius/& speciebus. nichil enim est nec magnū/nec paruū/nec mul- A
tū/nec paucum/nec omnino ad aliquid: quod non aliquid aliud existens/mul
10 tū aut paucum/aut magnum aut paruum/aut qđ ad aliquid est. ¶Qꝫ autē
ad aliquid minime aliqua substantia/aut ens aliquod sit: signum est. q; eius
solum non est generatio/neq; corruptio/neq; motus: quemadmodum secun-
dum quantum augmentatio & diminutio/secundū quale alteratio/secundū
locum latio/secundum substantiam simplex generatio & corruptio. At se-
cundū ad aliquid: minime. absq; enī quod moueatur: quādoq; maius/ quā-
doq; minus/aut æquale erit/altero secundum quātum moto. Necesse itē est
cuiusq; materiam esse quod potentia tale est. quare etiā substantiæ est. ad ali
quid vero: neq; potentia/neq; actu substantia est. inconueniens itaq; est/ im-
mo impossibile: substantiæ elemētum facere non substātiam ac prius. poste-
riora nanq;: omnia prædicamenta sunt. Item elementa: non prædicantur de
ijs quorum elementa sunt. multū vero & paucū: seorsum & simul prædicatur
de numero. ac longū & breue: de linea. planūq;: latum & strictū est. q; si qua
multitudo est cuius semper ipsum paucū sit/vt dualitas (nā si eius multum
sit: vnū profecto paucum erit) et si multū simpliciter/nimiū erit veluti dena-
rius multum/et (si hoc pacto nō est) plus q̄ dena milia. quo igitur modo ita
ex pauco multoq; numerus erit? aut enim ambo prædicari oportebat: aut
neutrū. nunc vero alterū tantū prædicatur.

CAP. II.



11 Impliciter autem considerandū est: vtrum possibile sit æter-
na ex elementis componi. materiam nanq; habebunt. om-
ne nanq; quod ex elementis est: compositum est. Si itaq; ne-
cesse sit ex quo quid est (siue semper sit/ siue factum sit) ex
eo fieri/ omne vero fiat ex eo quod potentia est id quod
fit (nec enim ex impossibili factum fuisset nec esset) quod ve-
ro possibile est/contingit vt & quis agat & non/numerum quoq; (& si q̄ ma-
xime semper sit) aut quodcunq; aliud materiam habens contingat profecto
non esse haud secus & quod vnum diē habet & quod annos quotcunq;/si
vero sic & tēpus cū tantū sit/vt cuius non est terminus: non erunt ergo æter-
na. siquidem quod contingit non esse: non est æternū/queadmodū in alijs tra
ctatum est. Qꝫ si verū vniuersaliter est/quod nūc dicitur nullā substantiam
æternam esse si non sit actu/ elementa vero/materia substantiæ sint: nullius
12 profecto æternæ substātiæ elemēta erūt/ex quibus inexistentibus sit. ¶Sūt
autem quædā/qui dualitatē quidē indeterminatā vna cū vno faciunt elemē
tū. inæquale vero haud ab re spernunt: propter impossibilia quæ accidunt.
a quibus tot solū de difficultatibus adēptæ sunt: quotcūq; necesse est illis ac
cidere/qui inæquale & ad aliquid faciunt elementū. quotcunq; vero præter
hanc opinionem sunt: has illis quoq; necesse est accidere/ siue idealē nume-
13 rū/siue mathematicū ex eis faciant. ¶Multæ igitur causæ sūt: quare in has

causas lapsi sunt. maxime vero ea quæ ob antiquitatem dubitatio est. vide-
batur nanq; e is omnia entia fore vnū scilicet ipsum ens. nisi quis soluat: cō-
Parmenides. sentanee etiā Parmenidis rationi incedat oportet. nunq̄ enim hoc/ vllo mo-
do: esse non ens. Verum necesse esse ostendere ꝙ non ens sit. hoc nanq; mo-
do ex ente & aliquo alio entia fore: si multa sunt. profecto imprimis quidē
si ens multipliciter dicatur/ quoddā enim quia substantiā significat/ quoddā
quia quale/ quoddā quia quantū/ & reliqua quoq; prædicamenta: quale igi-
tur vnum omnia entia erunt/ si non erit non ens? vtrū substantiæ/ an passio-
nes/ & alia quoq; similiter/ an cuncta? & erit vnū hoc/ & tale/ & tantū & alia
quæcunq; vnum quid significant? At inconueniens est/ immo vero impossi-
bile vnā aliquā naturā factā causam: et huius entis & eiusdē entis sit q̄ddā
hoc/ q̄ddā tale/ q̄ddā tātū/ q̄ddā vero vbi. ¶ Deinde ex quali nō ente ac en- 14
te entia? Multipliciter enī & quod non ens: sicuti etiā ens. etenim quod non
hominē: significat non esse hoc. quod non rectū autem: non esse tale. quod
non tricubitū vero: non esse tantū. ex quali igitur ente & non ente: multa en-
tia erunt? ¶ Vult itaq; falsum/ & hanc naturam non ens dicere: ex quo 15
& ente multa entia. qua de re dicebat: ꝙ oportebat aliquod falsum sup-
ponere/ queadmodū geometræ pedalē esse/ quæ nō sit pedalis. ¶ At impos- 16
sibile est: hæc ita se habere. nec enī geometræ vllū supponūt falsum. nō enim
id in syllogismo: propositio est. neq; entia fiunt ex ita non ente: neq; corrum-
puntur. verū quoniā non ens quod secundū casus dicitur: æque ac prædica-
menta dicitur. præter hæc autem non ens dicitur/ quod vt falsum: ac id quod
secundum potentiam. ex hoc: generatio est. ex non homine/ potentia vero ho
mine: homo. et ex non albo/ potentia vero albo: albū. similiter: siue vnū quid/
siue multa fiāt. ¶ Videtur autem quęstio: quomodo ens quod secundū sub- 17
stātias dicitur/ multa sit: cum profecto numeri/ lōgitudines/ & corpora/ ea sint
quæ generantur. Incōueniēs itaq; est/ quo modo quidem ens quod quid est
multa sit quærere: nō autē quo modo aut qualia/ aut quāta. non enī indeter-
minata dualitas/ nec magnum & paruū causa est: vt duo alba/ aut multi co-
lores/ aut sapores/ aut figuræ sint. numeri nanq;: hæc etiā erunt ac vnitates. At
vero si hæc considerassent: vidissent profecto/ quid etiā in eis causæ est. eadē
enim & proportionalis causa est. ipsa enim trāscensio: causa. & id quod quæ-
rebāt enti & vni oppositum/ ex quo & his entia facerent: causa fuit vt ad ali-
quid & inæquale supponerent/ quod neq; contrariū/ neq; negatio illorū est/
sed vna natura entiū/ queadmodum quid & quale. Oportebat igitur hoc etiā
quærere: quonā modo ad aliquid multa esset & nō vnum. Nunc vero quo
quidē modo multæ vnitates præter primum vnum/ quæritur: quo modo ve-
ro multa inæqualia/ minime. Quāuis vtuntur & dicūt magnū/ paruū/ multū/
paucum ex quibus numeri/ longū/ breue ex quibus longitudo/ latū/ strictum
ex quibus planū/ profundū/ humile/ ex quibus moles: etiā adhuc plures spe-
cies eius dicunt quod ad aliquid est. quid igitur his causæ est: vt multa sint?
Necesse itaq; est (queadmodum dicimus) vnicuiq; supponere potentia ens.
nam & ille qui hæc dixerat: hoc quoq; cōmonstrauit ꝙ aliquid potentia sit
ens/ hocq; substantia: non ens autem per seipsum/ videlicet quia ad aliquid. ac
si diceret: tale quod neq; potentia est vnum/ aut ens: neq; vnius/ aut entis ne-

gatio est/verum vnum quid entium est.at multo magis (vt dictum est) si quę-
siuisset quonā modo entia multa sunt/nō quæ in eodem prædicamento quo
modo multę substātię/aut multa qualia quærēdo:verū quo modo multa en-
tia.quędā nāq; substātiæ/q̄dā passiones/quędā ad aliquid sūt.In alijs igitur
prędicamētis habet aliā etiā quādā considerationē: quonā modo multa sint.
Etenim propterea ꝙ non sunt separabilia:eo ꝙ subiectum multa fit & est/
qualia quoq; multa sunt/& quanta. et q̄uis oportet vnicuiq; generi aliquā
18 esse materiā: separabilem tamen a substantijs impossibile est. ¶In ijs autē
quæ quod quid sunt:habet quādā rationem quomodo multa ipsum quod
quid sunt/si non quid erunt/& quod quid/& quędā talis natura.hęc vero
19 dubitatio illinc magis est:quomodo multę actu substātiæ/& non vna.¶At
vero si non idem sit hoc & quantum:nō dicitur quomodo/ & cur entia mul
ta sunt/sed quo modo & quare multa quāta.Omnis nāq; numerus:quātum
quid significat.& vnitas nō est nisi mēsura:quia ea est quæ secundum quā-
tum indiuisibilis est.si igitur quantum & quod quid est alterum: non dici-
tur quod quid est/ex quo/neq; quomodo multa.si autem idem: multas su-
20 stinet contradictiones qui hæc dicit.¶Suggerere autem quispiā de numeris
etiā cōsiderationē possit:vnde nā sit accipienda fides ꝙ sint.apud eū nanq;
qui ponit ideas:præbent quandā entibus causam.siquidē vnusquisq; nume
rorū idea quædā est: idea sane cæteris vt sint/ quomodocunq; causa est. Sit
21 enim hoc:eis suppositū.¶Illi vero qui hoc quidē modo non putet propterea
ꝙ videat difficultates quæ circa ideas existunt/ita vt propter hæc/eas nō fa-
ciat numeros/faciat vero numerum mathematicum: vnde credendum est ꝙ
talis numerus sit/ac ꝙ quicq̄ cæteris vtilis? nullius nāq;:nec ille ait qui dicit
eum esse.verum vt quandam ipsam per se existentem naturam esse dicit:nec
apparet eum causam esse.quādoquidem omnia arithmeticorum theorema-
ta:etiam de sensibilibus (vt dictum est) erunt.

CAP. III.



22 Vi igitur ponunt ideas esse/ac numeros eas esse:dicere tentāt
quo modo & qua de causa sint/ eo ꝙ secundū expositionem
cuiusq; vnū quid præter multa accipiunt vnūquodq;.At ve-
ro quoniam hæc neq; necessaria/neq; possibilia sunt:neq; nu
23 merum propter hæc esse asserendum est.¶Pythagorici vero Pythagorici.
eo ꝙ multas numerorū passiones sensibilibus inesse corpo-
ribus videbāt:numeros quidē esse entia fecerunt/non tamen separatos/ verū
ex numeris entia.Cur autem?quoniam numerorum passiones in harmonia
24 sunt/& in cœlo/cæterisq; multis.¶Illis vero qui mathematicū solum nume-
rum esse dicunt/nichil tale secundū suppositiones dicere contingit:verū ꝙ nō
erunt de eis scientiæ/ dicebatur. nos autē dicimus esse: quemadmodū dixi-
25 mus prius. ¶Et patet ꝙ mathematica:non sunt separata.si enim separata
26 essent:non inessent corporibus passiones eorū.¶Pythagorici vero: secundū
tale nullius culpabiles existunt.At secundū ꝙ naturalia corpora ex numeris
faciunt ex non habentibus grauitatem vel leuitatē/grauitatē & leuitatem ha
bentia: videntur de alio cœlo/corporibusq; alijs/nō autem de sensibilibus di-
27 cere.¶Qui vero faciunt separatum:eo ꝙ dignitates nō sunt in sensibilibus/
ꝙq; vera sunt quæ dicuntur/& animæ adblandiuntur & esse existimant/&

ſeparata eſſe.ſimiliter quoqꝫ & magnitudines mathematicas. At dilucidum
eſt ꝙ oratio quoqꝫ contraria/dicet contraria:& quod iam dubitatum eſt/ſol-
uitur ab illis hoc pacto ſciſcitantibus/ quam ob cauſā ſi nullatenus ea ſenſi-
bilibus inſint/paſſiones eorum in ipſis ſenſibilibus ſint? ¶Sunt autem quidā/ 28
qui ex hoc ꝙ termini extremaqꝫ ſūt:pūctū lineæ/hæc ſuperficiei/ iſta ſolidi/
putant debere tales naturas ex neceſſitate eſſe. ¶Oportet igitur & hanc ra- 29
tionē conſiderare:nonne nimiū debilis ſit.Nec enim ſubſtātiæ ſunt extrema/
immo omnia hæc termini.Cū & ambulationis & omnino motus aliquis ter
minus ſit:is ne igitur eſt quod quid & ſubſtantia quædā.at abſurdū eſt. At
vero et ſi ſunt: ſenſibilia ſane omnia erunt.in his nanqꝫ eſſe: ratio dixit.cur
igitur ſeparata erunt? Item inquiret quiſpiā qui nō admodū facilis ſit ad cre
dendum:de omni quidem numero & mathematicis/hoc ipſum ꝙ nichil cō-
ferant inuicē priora poſterioribus.nam & numero non exiſtente: nichil mi-
nus magnitudines erunt illis/qui mathematica ſolū eſſe aiunt.& his non exi-
ſtentibus:anima & corpora ſenſibilia.Ex ijs vero quæ apparent:nō videtur
natura icōnexa quēadmodū vicioſa tragœdia. ¶Qui vero ponūt ideas:hoc 30
quidē eos fugit.ex materia nanqꝫ & numero: faciūt magnitudines.ex bina-
rio quidē:longitudines.ex ternario vero fortaſſis:plana.Ex quaternario:ſoli-
da/aut ex alijs numeris.nichil enim intereſt.ſed vtrum hæc erunt ideæ? aut
quis modus earum eſt:quidve conferunt entibus? Nichil profecto quemad-
modum neqꝫ mathematica:nec iſtæ conferunt.at vero nec vllum theorema
de eis eſt:niſi quis velit mathematica motū efficere/ac proprias quaſdā opi-
niones facere.non eſt autē difficile eos qui quaſcunqꝫ ſuppoſitiones ſumūt:
prolixum quippiam facere atqꝫ cōnectere.hi quidem hoc modo mathema-
tica ideis annectentes:peccant.Primi autē duos numeros facientes/tum ide-
alem/tum mathematicum:nullo modo dixerunt nec dicere habeāt/quomo-
do vel ex quo mathematicus erit.faciunt enim eum medium inter idealem
& ſenſibilem.ſi enim ex magno & paruo:idem erit illi qui idearū eſt. ¶Ve- 31
rum ex alio quodam magno & paruo: magnitudines ſane facit.ſi autē ali-
ud quoddā dicet:plura elemēta dicet.Et ſi principium vtriuſqꝫ vnūquid eſt:
commune quid in his id vnū erit.at quærendū eſt:quomodo hæc multa vnū
ſint? Et ſimul ſecundū eū:aliter q̄ ex vno & indeterminata dualitate/nume
rum fieri impoſſibile eſt.Hæc itaqꝫ omnia irrationabilia ſunt:ac ipſa ſibiip-
Simonides ſis & bene ratione vtentibus compugnāt.videturqꝫ in eis eſſe longus Simo-
nidis ſermo.fit nāqꝫ longus ſermo:quemadmodū is qui ſeruorum eſt cum
nichil ſanum dicant.ipſa quoqꝫ elementa magnū & paruū videntur conque-
ri ꝙ extrahuntur.nō poſſunt eni vllo modo generare numerū: niſi eū qui ab
vno duplicatur. Inconueniens etiam eſt imo impoſſibile generationē quoqꝫ
Pythagorici. eorum facere:cum perpetui ſint.vtrum autem Pythagorici faciant an nō fa
ciant generationē:nichil dubitandū eſt.manifeſte nanqꝫ dicunt:ꝙ vno conſti
tuto ſiue ex planis/ſiue ex colore/ſiue ex ſemine/ſiue ex quibus egent dicere/
confeſtim infinito propinquiſſimum trahebatur/ terminabaturqꝫ a termino.
Verum quoniam de mundi factura ac naturaliter hæc dicere volūt:decens
erat aliquid eos de natura inueſtigare/a præſenti vero via diſcedere.

C A P. IIII.

32 Værimus nāq; principia quæ in imobilibus sunt.quare taliū
33 numerorum generationem: considerare oportet. ¶ Imparis itaq; generationē non dicunt:quasi videlicet paris generatio sit. Parem vero:primo ex inæqualibus magno & paruo æquatis/quidā constituūt.necesse itaq; est prius esse ipsis inæqualitatem:q̄ ipsum adæquari.si autem semper adæquata fuissent:nō fuissent inæqualia prius.ipso eni semper:nichil est prius.quare
34 patet:ꝙ non contēplādi gratia faciūt generationē numerorū. ¶ Habet autē dubitationē & a bene dubitante repræhensionem:quonam modo ad bonū atq; pulchrum elementa/principiaq; se habent.dubitationem quidem hanc: vtrum aliquod istorum tale sit quale volumus ipsum ideale bonum & opti-
35 mum dicere/an nō/sed posterius genita sint. ¶ A quibusdam enim recentioribus theologis concessum esse videtur: qui non aiunt nisi ꝙ entium natura procedente/bonum quoq; ac pulchrum apparet.hoc vero faciunt: veram veriti difficultatem/ quæ accidit dicentibus/ quemadmodum quidam/ ipsum vnum/ principium.difficultas autem est:nō quoniam principio bonū tanq̄ insitū attribuerunt/verū propterea ꝙ ipsum vnū/ipsum posuerunt prīcipium/& principiū vt elementū. numerū quoq; ex vno. Poetæ vero antiqui similiter quo modo regnare/ eo & principia esse aiunt. non enim primos veluti noctē/& cœlū/aut chaos/aut etiā oceanū: sed Iouē. At vero his quidem/ eo ꝙ mutant entiū principes: talia dicere accidit.quia ij quidem eorum qui mixti fuerunt/nec omnia fabulose dicunt (vt Pherecydes & alij quidā) primū generās optimū ponūt.ac etiā: Magi. & posteriorū quoq; sapientū/vt Empedocles & Anaxagoras:cum hic quidē amicitiā/ille vero intellectum principium fecerit.eorum vero qui immobiles substantias esse dicunt:quidā ipsum vnū/ipsum bonum esse aiunt.substantiā tamen eius:ipsum vnū maxime pu-
36 tabant esse. ¶ Dubitatio quidē hæc est:vtro modo dicendū est. Mirabile autem est:si primo & perpetuo ac sibiipsi sufficientissimo/hoc ipsū primū/ per se sufficientia/& salus/non insit tanq̄ bonū. eniuero ꝓpter nichil aliud incorruptibile vel sibi sufficiēs est:nisi quoniā bene se habet. Quare dicere quidē principium tale esse:rationi cōsentaneū est/verū esse.hoc vero esse:ipsum vnū.
37 ¶ Aut si non hoc:elementū/& numerorū elementū esse impossibile est. accidit enim multa difficultas:quam cū quidā fugerent/qui vnū quidē fatebātur primū principiū esse ac elementū ipsius tamen mathematici numeri abnegarunt.cunctæ nāq; vnitates/re vera fiunt aliquod bonū: & magna bonorum erit abundantia. Itē si species numeri:ōnes species ipsū bonū aliqđ. At vero cuiuscūq; velit ponat quis ideas esse/siquidē bonorū solū ideæ:nō erūt substantiæ. Qꝫ si etiā substantiarū:cuncta animalia/& plantæ bona sunt/& etiam participantia. Hæc itaq; inconuenientia accidunt. Et ad hæc: contrariū elementū (siue multitudo/ siue inæquale & magnū & paruū sit) ipsū malū erit. Quare quidam fugiebat bonum vni copulare: tanq̄ necesse sit cum generatio sit ex contrarijs/naturā multitudinis malū esse.quidā:inęquale/mali naturā dicunt.accidit igitur ōnia entia/ præter vnū quod est ipsum vnū: malo participare.& numeros eo magis puro participare: q̄ magnitudines. & malum:locum esse boni/ac participare & appetere corruptiuum.contra-

Pherecydes. Magi. Empedocles. Anaxagoras.

4
5 niũ nãq; corruptiuũ cõtrarij est. At siqueadmodũ dicebamus/ q materia est id qđ potẽtia vnũquodq;/veluti ipsius actu ignis/quod est potẽtia ignis: malum erit/ipsum potentia bonum. hæc igitur omnia accidunt. quoddam quidem: quia omne principium/faciunt elementũ. quoddã: quia contraria/principia. quoddã: quia ipsum vnũ/principiũ. quoddã: quia numeros primas substantias/ & separabiles/ac species.

CAP. V.



I igitur tum non ponere bonum inter principia/tũ ita ponere impossibile est: constat q non recte assignantur principia/ neq; primæ substantiæ. ¶ At etiã nec is recte putat/qui vniuersi principia/animaliũ plantarũq; principio assimilat: quia ex indeterminatis ac imperfectis semper perfectiora. et ideo etiã in primis ita se habere aiunt: vt nec ens aliquod sit ipsũ vnum. Verum etiam hic perfecta principia sunt: ex quibus hæc sunt. homo enim hominẽ generat: nec sperma primũ est. ¶ Absurdum item est: locum simul cum solidis mathematicis facere. locus nanq; singularium proprius. quare loco separabilia sunt. mathematica vero: non sunt alicubi. at insuper dicere quidem q alicubi erunt/ quid vero locus sit/ non: absurdum est. 38 39 40

¶ Decebat vero eos qui entia dicebant esse ex elementis/ primaq; entium numeros: diuidere qualiter aliud ex alio sit. & ita dicere: quonam modo numerus ex principijs sit. vtrum mixtione? At non est omne/ miscibile: quod & fit. alterum non erit separabile: vnũ ipsũ/ nec altera natura. neq; volunt. At compositione/ dicent/ vt syllabam? Sed situm necesse est esse. & qui intelligit: seorsum intelliget vnũ & multitudinẽ. hoc igitur numerus erit: vnitas & multitudo/aut vnum & inæquale. Et cum id quod est ex aliquibus esse/est quidem vt ex ijs quæ insunt/est vero vt non: vtro nam modo numerus est? Sic enĩ vt ex ijs quæ insunt: non sunt nisi ea quorum generatio est. Sed tanq̃ a spermate erit? At nõ est possibile: ab indiuisibili aliquid abire. Verũ fortassis tanq̃ vt ex contrario non permanente? At quæcũq; ita sunt: ex alio quoq; quodã permanente sunt. Cũ autẽ vnũ quidã quidẽ vt contrariũ multitudini//quidã vero inæquali ponat/vno vt æquali vtens: tanq̃ ex contrarijs erit numerus profecto. est igitur quippiã aliud ex quo permanente et altero/est/aut factus est. Præterea cur cætera quidem quæcunq; ex contrarijs sunt/aut ea quibus cõtraria sunt corrũpuntur: numerus vero/et si ex õni sit/minime? de hoc enĩ nichil dicitur: quãuis contrariũ tã quod iest q̃ quod nõ inest/corrũpat vt contentio mixturã. attamen non oportebat. nõ enĩ est: illi contraria. ¶ Nichil autẽ determinatum est: qualiter numeri substantiarũ & existentiæ/causæ sunt. vtrũ vt termini/veluti puncta magnitudinum: & vt Eurytus ordinabat/hæc numerus huius. puta: hic quidem hominis. hic vero: equi. queadmodũ illi/ qui numeros ad figuras/triangulũ/ & quadratũ reducunt: ita plantarum formas supputationũ calculis assimilans. An quoniã ratio & symphonia numerorũ: similiter etiam homo & aliorũ vnũquodq;? At passiones: qualiter sunt numeri/albũ/dulce/ & calidũ. ¶ Qz vero numeri nõ sint substantia/neq; causæ formæ: patet. substantia nanq; ratio est: numerus vero materia. veluti carnis aut ossis numerus substãtia: sic tria ipsius ignis/ terræ vero duo. & semper numerus quicũq; fuerit: aliquorũ est/vel igneus/vel 41 42 43

Eurytus.

terrenus/vel monadicus.verũ ſubſtantia tantum ad tantum eſſe ſecundum
mixtionẽ:hoc ſane non eſt numerus/ſed ratio mixtionis numerorũ corpora-
44 liũ aut quorũcunq;.¶Nec igitur eo ꝙ faciat:cauſa/numerus eſt.nec õnino
numerus monadicus:aut materia/aut ratio & ſpecies rerũ eſt/ſed nec quidẽ
vt id quod cuius cauſa. CAP. VI.

45 Dubitauerit autẽ aliquis:quidnã ſit illud bene quod a nume
ris/ſi mixtio in numero rationali aut impari ſit. nunc etenim
nichil ſalubrius/ ter tria: ſi melicratum ſit mixtum. ſed ma-
gis proderit fortaſſis/ſi in nulla proportione ſit & aquoſũ/
aut ſi in numero ſit purũ. Item rationes mixtionum:in addi
tione numerorũ/non in numeris ſunt.veluti tria ad duo: nõ
ter duo.idem enim genus eſſe oportet:in multiplicationibus.Quare ipſo A:
menſurare oportet ordinẽ in quo A B G.& ipſo D:eum in quo D E Z.
quare:eodem omnia.erit igitur ipſius ignis B E G Z:& aquæ numerus bis
tria.Si autem neceſſe eſt omnia numero participare:neceſſe eſt multa eadem
accidere/& numerum eundem huic & alij eſſe. Vtrũ igitur hoc eſt cauſa/ &
propter hoc res eſt:an id immanifeſtum? veluti eſt quidam Solis ac rurſus
Lunæ lationum numerus: & vitæ ac ætatis vniuſcuiuſq; animalium.Quid
igitur prohibet: quoſdam eorum quadratos eſſe/quoſdam cubos & æqua-
les/alios duplos? Nichil enim prohibet: ſed neceſſe eſt in hos conuerti/ ſi
omnia numero participabant/ & quæ differunt contingebat ſub eodem nu
mero cadere. Quare ſi quibuſdam idem accidens acciderit: eadem inui-
cem illa erunt/ eandem habentia numeri ſpeciem. puta:Sol & Luna/eadẽ.
Sed propter quid:cauſæ eædem? ſeptem quidem vocales/ſeptem autẽ chor-
dæ aut harmoniæ/ſeptẽ vero pleiades/in ſeptem autẽ quædam emittũt dẽ
tes/quædam vero nõ/ſeptẽ etiã qui ad Thebas.vtrũ igitur quoniã talis qui-
dam numerus ſuapte natura aptus eſt:ideo aut illi fuerunt ſeptem/aut ple-
ias ſeptẽnarum ſtellarum eſt? an hi quidem propter portas aut aliam quan-
dam cauſam? Illam vero nos ita numeramus:vrſam autẽ duodecim/ quidã
autem plures.nam ξ ψ ζ: ſymphonias aiunt eſſe. & quoniam illæ tres/ hæc X
quoq; tria. ꝙ autem mille talia ſint:nemo curat. ipſi enim γ/& ρ:eſſe poſſit PS
vnum ſignum.Si autem quoniam duplum aliorũ vnumquodq;/ aliud vero Z G
minime/cauſa quidem eſt quia cum tria loca ſint/ vnum in vnoquoq; infer- R
tur ipſi σ propterea tria tantum ſunt:ſed non quoniam conſonantiæ tres. S
46 nã plures conſonantiæ ſunt.hic vero non amplius poſſunt. ¶Similes vero
hi quoq; ſunt antiquis homericis: qui paruas ſimilitudines vident/ magnas
47 vero non vident.¶Dicunt autem quidã:ꝙ multa talia ſunt/veluti ipſæ me-
diæ.quædam:nouem.quædã:octo.& carmen/decem & ſeptẽ his eſſe ęqua-
le numero.aſcendit autem/ in dextro quidem nouẽ ſyllabis: in ſiniſtro vero
octo.& ꝙ æqualis diſtantia:tam in litteris ab α ad ω q̃ in tibijs a grauiſſi- A
mo bombo ad acutiſſimam neten/ cuius numerus æqualitas eſt omnimo- O
48 dæ cœli melodiæ.¶Videre autem non decet talia.nam nullus dubitaret/
49 neq; dicere/nec inuenire in perpetuis:quoniã & in corruptibilibus. ¶Vtrũ
quæ in numeris naturæ laudatæ/ & quæ his contraria/ac omnino quæ in
mathematibus vt quidam dicunt/ & cauſas naturæ faciũt:videtur hoc mo-

do conſiderantes fugere. ſecundum nullum enim modum eorum qui circa principia determinati ſunt: vlla eorũ cauſa eſt. ℂ Vt tamen manifeſtum fa- 50
ciunt ꝙ ipſum bene eſt/ & ꝙ de coordinatione ipſius boni eſt impar/ rectũ/ æquale/ quæ quorundam numerorum ſunt potentiæ (ſimul nanqꝫ: anni tẽpora/ & talis numerus) & cætera quæcunqꝫ colligũt: ex theorematibus mathematicis hanc potentiam omnia habent. ℂ Quare aſſimilantur caſuali- 51
bus accidentibus. ſunt enim accidentia quidem: ſed conuenientia inuicem omnia. vnum autem: quod proportionale eſt. In vnaquaqꝫ enim entis prædicatione eſt: quod proportionale eſt. vt rectum in longitudine: ita in latitudine æquale/ in numero vero fortaſſis impar/ in colore autem album.
ℂ Præterea harmonicorũ atqꝫ ſimilium non ſunt cauſa numeri qui in ſpe- 52
ciebus ſunt. Illi nanqꝫ æquales ab inuicẽ: ſpecie differunt. etenim ipſę quoqꝫ vnitates. quare propter hæc: non ſunt faciendæ ſpecies. ℂ Quæ igitur ac- 53
cidunt hæc & alia etiam his plura ſi colligerẽtur: videtur id indicio eſſe multis male affici circa generationem eorũ/ & nullo modo poſſe connecti/ eo ꝙ mathematica non ſint a ſenſibilibus (vt quidam dicũt) ſeparata/ nec ipſa quidem ſint principia.

ℂ QVARTIDECIMI ET VLTIMI libri metaphyſicorum Ariſtotelis interprete Beſſarione Cardinale græco: ad IHESV æterni regis/ qui ſummum bonum eſt/ ſummum ens/ ſupremaqꝫ veritas gloriam & honorem/

F I N I S.


Ibellum hunc: Andronicus & Hermippus non agnoscunt. Andronic9
Nec eni prorsus: de eo mentionē fecere, in librorū Theophra Hermipp9
sti descriptione. At Nicolaus (is eni: ex Suda creditur e Da Nicolaus
mascenorū vrbe philosophus peripateticus, Herodi Iudęorū Damasce-
regi, Augustoq; Cæsari familiaris) in speculatione τῶν μετὰ nus.
τὰ φυσικὰ Aristotelis, eius meminit, Theophrastiq; esse asse-
rit. Sunt autē: paucæ quædā in ipso, pręuiæ tractatus vniuersi dubitationes.

Theophrasti τῶν μετὰ τὰ φυσικὰ opusculum.

1 
VO pacto ac quibus eam quæ de primis est, speculationem determinare oportet? Etenim ea quæ naturæ est, plurifida, vel (quemadmodū quidam aiūt) ordinata minus existit, mutationes subiens omnimodas. At quæ circa prima versatur: finita est, & circa eadem semper. Quam ob rem in intelligibilibus quoq; quæ sensui peruia nō sunt, ipsam ponūt: vtpote motu mutationeq; priuatis. Atq; in sūma:
2 honorabiliorem maioreq; eam esse existimāt. ¶ Sit igitur initiū: vtrum consensum quendam ac mutuam veluti societatē cum naturalibus intelligibilia habeant, an nullam, sed tanq̄ seiūcta vtraq;: ad omnē
3 quidem substātiam quodā modo sese adiuuent? ¶ Rationi profecto magis consentaneum existit, propinquitatem quandā inesse: & nō peregrina fateri omnia. sed verbi gratia: aliqua quidem esse priora, aliqua vero posteriora. nonnulla autem principia: quædam sub principijs collocata. quemadmodū
4 & æterna: ad ea quæ corruptioni obnoxia sunt se habere videtur. ¶ Si igitur res ita habeat: quænā ipsorū, & in quibus, erit natura? Quippe si in solis sint mathematicis intelligibilia, vt nonnulli aiunt: neq; admodum insignis cum sensibilibus, neq; prorsus idonea esse videbitur cognatio cuiusq;. vtpote quæ
5 profecto: excogitata sunt. ¶ Esse autē videntur: nobis, figuras formasq; ac rationes accōmodantibus. At hæc: per illam nullā nacta sunt naturā. Si vero non: fieri nequit, vt sic cum ijs quæ natura constant, conspirēt, vt illis tanq̄ vitā ac mouendi facultatē suggerant. Sed ne numerus quidē ipse hoc præstare
6 posset, quē etiā primū atq; maxime principē, quidā faciunt. ¶ Est autē alia quædā quæ prior ac præstātior est, substantia: de qua disserere tentandū est, sit ne vna, aut numero, aut specie, aut genere. Erit igitur oppido q̄ rationabile, eā quę principij naturam sortita est, in paucis esse si abūdātiābus insit: nisi et
7 in primis, & eo quod primū est collocata sit. ¶ Quænā ergo sit hęc, quiq; plures ipsi: quoquo modo demonstrare conandū est, siue proportione, siue similitudine alia. Forsitan autē potestate quadā atq; aliorū excessu, perinde atq; deus: accipi debet. Diuinū siquidem, omniū principium existit: per quod & sunt & permanent vniuersa. Hoc itaq; modo assignare: forte erit perfacile. at
8 vel clarius vel ad suadendū aptius: difficile. ¶ Cum autē principiū sit huiusmodi, q̄ cū sensilibus affinitatē habeat, natura vero (vt simpliciter dicam) in motu persistat, quod & illi propriū existit: manifestū est ipsum constitui debere motus causam. At cum per se immobile habeatur: cōstat ipsum nō esse

Cap.
1
2 causam vt quæ a natura sunt moueantur. Sed hoc alij cuidā meliori ac priori
relinquendū est potestati. qualis est illius ipsius quod expetitur natura: a qua
circularis/cōtinua/& irrequieta latio prouenit. Quapropter secūdū hoc: haud
quaq̄ motus esse principiū resoluamus oportet. aut si sit: quod mouetur/mo-
uebit. ¶ Sed hactenus quidē veluti perfecta ratio: quæ omniū vnū facit prin- 9
cipiū/actū assignās & substantiā. atq; etiā quātitatem aliquā dicens/verū ad
meliorē quādam diuinioremq; attollens particulā. sic enī assignare potius opor
tet: q̄ id quod sectionē partiūq; distractionē recipit/auferre. Nā eminentiore
simul atq; vera magis fulcitur ratione: ita loquentiū sentētia. ¶ Quod autē cō 10
sequens est de desiderio: qualenam sit/& quorum/iam fusiore indiget sermo-
ne. quippe cum multa sint ea quæ in gyrū ferūtur/& lationes quodāmodo cō-
trariorū: & vanū/& cuius gratia/incertū est. Etenī siue vnū est quod mouet: nō
omnia idē principiū mouere/erit absurdū. Siue secūdū vnūquodq; aliud atq;
diuersū: & pricipia quoq; plura. Quā ob rē ipsorū cōcordia ad optimā tēden
tiū expetitionē: nequaq̄ esse constabit. ¶ Quo autē ad sphærarū pluralitatem: 11
de causa/maiorē requirit sermonem. Nec enim iste: Astrologorū est. Dubium
etiā est quo pacto cū naturali habitu prædita sint: non quietem sed motū se-
ctētur. ¶ Cur igitur simul per imitationē illud pari modo dicūt: & qui vnū & 12
qui numeros aiunt. Ipsi enī numeros: id vnū esse inquiūt. Iā desideriū: preser-
tim indeterminatæ rei/cū anima existit. nisi quis similitudine ac differētia: quæ
mouētur/animata dicat. simul autē: anima & motus esse videtur. Siquidē vita
inest: habētibus. a qua: appetitus quoq; qui circa vnūquodq; est. tāq̄ per alia
patiantur: animā tamē obtinent. ¶ Q? si igitur motus circularis causa prima 13
sit: nō erit vtiq; optimi. quippe cū is qui animæ est: præstātior sit. Primus au-
tē est vel maxime: q̄ cogitationis est. a qua: appetētia quoq; existit. CAP. II.



AT hoc forte quispiam interrogabit: quam ob causam / solum 14
quæ circulo mouentur/desiderio afficiantur/eorum vero quæ
circa medium/nullum/quāq̄ & ipsa mobilia sunt? An ꝙ impo
tens sit: aut pertrāsire nequeat id quod primum est? At si pro-
pter imbecillitatē: hoc sane erit absurdū. Robustius nāq; ipsū
quispiā existimauerit Ioue Homerico: qui ait.
Ipsa equidem a terra traherem/ & ponto quoq; ab ipso.
Quare reliquū est: vt tanq̄ incōpræhensibile quippiā atq; minime cōpositum
sit. ¶ Forsitā autē rogabit prius aliquis: quo modo se habeāt? Vtrū cœli ne 15
partes hæc sint: an nō? Et si partes: quo pacto partes? Nā nunc nō secūdum
regiones modo/verūetiā secūdū actionē: a nobilissimis quasi abiecta videtur.
¶ Siquidē/circularis latio: huiusmodi est. Cōtingit enī veluti per accidens ex 16
ea quæ in gyrū fit latione: tū ad locū/tū inuicē fieri mutationes. Q? si & op-
timo melius esset aliquid: circulari motu a primo (nisi recipiēdi vetaret impo
tētia) indigeret. Quādoquidē q̄d primū est ac diuinissimū: q̄ optima sūt/vult
ōnia. ¶ Id autē: forte excedēs aliquid & īinuestigabile existit. Arbitrat̄ sane q̄ 17
hoc dicit/similia esse oīa: & ī optimis tenuē aliquā esse aut nullā habere differē
tiā. ¶ Sed forte q̄spiā hoc addubitauerit/ad ipsū primū cœlū referēs: vtrū cir
cularis motio de ipsius substātia sit/& si a quiete habita/statim in corruptionē
laberetur/an cupidine quadā atq; appetētia ꝑ accidēs? Nisi illa vtiq; appetēdi 18

19 facultas ei congenita sit:nichilq̧ prohibeat talia quædam esse entia. ¶Sed
forsitan eum qui talem appetitum detraxit:de ipsa latione ambigere contin=
get/si sublata/cœlum corrumperet. Atq̧ hoc quidem:quasi ad alios sermo=
nes pertinere videtur. Verum hoc ipsum:de hac aut de his principijs/quispiã
20 existimabit. ¶Fortassis autem / post alia protinus assignare quæ ordine se=
quũtur pricipia/atq̧ in eo quod antecessit subsistere nõ oportere:quispiã ad=
firmabit. Hoc enim est perfecti/sapientisq̧ viri. quo pacto Eurytum calculos Eurytus
quosdam disponentem aliquando Archytas prodidit facere:dicereq̧ hunc Archytas.
esse hominis/illum vero cuiusuis alius numerum. Nunc vero multi aliquate=
nus progressi/quiescunt:quemadmodum qui & vnum & indefinitam dua=
litatem ponunt. Numeros enim planaq̧ & corpora cum creauerint : reliqua
pene omittunt/pauxillum attingentes. et hoc tantum declarãtes: q̧ alia qui=
dem ab indeterminata dualitate proficiscuntur/vt locus/inane/infinitum. alia
vero a numeris & vno:vt anima/& alia quædam. tempus autẽ/simul & cœ-
lum/& alia quoq̧ complura negligunt:nec vllam postea de cœlo ac reliquis
21 faciunt mentionem. ¶Pari modo Speusippi discipuli. nõ autem aliorum vl= Speusipp
lus:præterq̃ Xenocrates. quippe qui omnia quodam modo/mundo similiter Xenocrates
accommodat:sensibilia/intelligibilia/mathematica/item & diuina. Conatur
quoq̧ Estiæus:vsq̧ aliquid(non quemadmodum dictum est)de primis solũ Estiæus
22 disserere. ¶Plato autem dum ad principia redigit:alia quoq̧ tãgere videtur/ Plato.
ad ideas ea referens. istas vero:ad numeros. ex his autem:ad principia. Dein=
dę per generationem : vsq̧ ad ea quæ dicta sunt. Alij autem vsq̧ ad prin-
cipia solum. Nonnulli vero:& veritatem in his esse. Entia enim circa principia
tantũ/esse. At secus:hic atq̧ in alijs accidit disciplinis. In illis enim:quæ post
principia sunt/robur maius obtinent/atq̧ inter ea quæ in illis sunt scientijs/
veluti perfectiora solent haberi. forte autem: & hoc rationabiliter. Nam ibi
principiorum:in reliquis vero a principijs quæstio est.

CAPVT. III.

23 SEd forte ambiget aliquis quonã pacto & qualia supponi
principia oporteat/vtrũne informia & veluti potentia solum
existentia/vt qui ignem & terram principia faciebant/an for
mã adepta/quasi maxime foret opus vt finita essent/quem=
admodũ in Timæo inquit. Etenim ordo atq̧ finitio:rebus Timæus.
perq̃ excellentibus maxime familiaria sunt. Videtur autem
hoc in reliquis quoq̧:vt Grãmatica/Musica/Mathematicisq̧/ad hunc fere
modũ se habere. Consequũtur etiã quæ post principia sunt/itẽ & quę secũdũ
artes quæ quidẽ imitãtur naturã/similiter. et instrumẽta/& alia:secundũ prin=
24 cipia. ¶Alij igitur õnia admodũ formalia putãt prĩcipia. Alij vero materia=
lia tantũ. nõnulli vtrũq̧/& formalia admodũ/& materialia:tanq̃ ĩ ambobus
perfectio cõtineatur. quippe qui ex cõtrarijs:substãtiã omnẽ fieri dicãt. Ab=
sonũ autẽ & illis quoq̧ videatur/si totũ cœlum / & singulæ eius partes atq̧
vniuersę/ordine/ ratione/formis/viribus/ circuitionibus præditæ forent:ipsis
vero principijs tale inesset nichil. sed vt caro eorũ quæ temere confusa sunt
(optimus inquit Heraclitus) sese mundus haberet. Atq̧ secundum mini= Heraclitus
ma(vt ita dixerim)accipiunt perinde atq̧ in inanimis. Definita nãq̧ singu=

Cap. 3 4
lorum natura est vt ita dicam: quãuis temere facta sint. principia vero inde- 25
terminata. ¶ Rursum / id quoq; haud facile in õnibus / & in animalibus / & plã
tis / atq; in ipsa bulla: ad id cuius gratia sunt pariter reducere / singulasq; ratio-
nes adhibere / nisi aliorum ordine mutationeq; omnigenas ac varias eorum
quæ tũ in aere / tũ in terra gignuntur / formas fieri contingat. quorum maxi-
mũ quoddam exemplum nonnulli faciunt ea quæ circa anni tempora fiunt:
in quibus animalium / platarum & fructuum (veluti producente ea sole) ge-
nerationes apparent. Atq; hæc quidem hoc in loco contemplando / inue-
stigant exiguam libationem: quæ ordinis constitutionem ad quantitatẽ
vsq; repetit. Cur item: magis fieri nequeat in deterius transitus. ¶ In prin- 26
cipijs autem vnde prima quoq; cœpit oratio: de quiete merito aliquis dubita
uerit. Nam si ea vt præstãtius aliquid / sit: in principijs collocabit. sin vero vti
quædam segnities atq; motus priuatio: minime. verum si actionem esse fa-
teatur: contra / tanq̃ prior ac honorabilior / est existimanda. motus vero: in sen-
sibilibus. Cum autem hoc propter illud quiescat: fieri nequit / vt id quod mo-
uẽs est sẽper moueat. Nõ enĩ fuerit periculũ: quod primũ est / neq; rationis spe
ciem habere / neq; alioqui fide dignũ esse. sed maiorẽ quandã causam quærit.
¶ At quod mouet ab eo quod mouetur diuersum nõ esse propter actionẽ & 27
passionẽ: quodãmodo sẽsus acclamare videt̃ ceu possibile. Sed est qui ad ipsã
mentem deumq; referat. Absonum autem est aliud quoq; dictum / illa non
moueri quæ eius quod quiescit appetitu ducuntur / siquidem / ipsa alia sequerẽ-
tur entia. ¶ Verumenĩuero forsitan non sic accipi debet vt ad id quod impers 28
est reducamus: sed vt q̃ maxime sibi consonum perfectumq; sit / veluti ciui-
tas / aut animal / aut quiduis aliud eorum quę in partes secari possunt. aut etiã
omnino cœlum: quod sane aiunt esse perfectissimum. ¶ Cæterum aliquem & 29
talia quoq; sermonẽ postulãt: quo pacto in materiã atq; formã entiũ partitio
fiat. sit ne alterum quidem ens / alterum vero non ens / potẽtia autem vnum &
ad actum reductum. aut vnum quidem: sed indeterminatum ens / eo quo in
artibus modo. Generatio autem quæ ipsorum quidem essentia: est secundũ
rationes formari. sed ita quidem: ad id quod pręstantius est / forte fieret tran-
sitio. Ipsum autem esse / per eam esse: nichilominus verũ fuerit. Non enĩ esset:
ipsa nõ existente. ¶ At illud: neq; hoc / neq; quale / neq; quantũ. quippe quod 30
formis indeterminatum est. potestate autem quadam: eas habet. sed hoc pro-
portione ad artes omnino sumi debet: & si qua sit alia similitudo.

CAPVT IIII.



PRæterea illud quoq; dubitationem (nisi curiosa quærendi di- 31
ligẽtia sit) habere videtur: cur nã ipsa natura / totaq; vniuersi
substantia in contrarijs consistat / idq; quod deterius est / ęqua-
les ferme cum optimo partes habeat / immo vero etiam lon-
ge numerosius sit? Quapropter in vniuersum dicere videtur
Euripides. Euripides: q̃ nequeunt bona esse separata. Talis autem ser-
mo parum abest quin dicat neq; bona neq; similia esse omnia: atq; q̃ de om-
nibus ipsum esse dicimus. Porro nulla inuicem esse similia: vt quæ alba &
nigra sũt in seipsis. ¶ Est etiam quod præter opinionem magis esse videtur: 32

fieri non poſſe/vt quod eſt/ abſq; contrarijs exiſtat. Nonnulli vero adhuc ma-
gis inopinabili vtentes: id quod neq; eſt/neq; fuit/neq; futurum eſt in vniuer-
ſi naturam adnumerant. ſed hæc quidem eſt: veluti excedens quædam ſapiē-
33 tia. ¶ At ens ꝙ multis dicatur modis: manifeſtum. Etenim differentias: ſen-
ſus ſpeculatur/ cauſaſq; inquirit. Sed forſitan verius fuerit dicere: ꝙ eorū quæ
cogitatione excellentia ſūt/quædā quidē ſimpliciter quærūt/quædā vero dubi-
tationē faciēdo. quā tametſi trāſcēdere nō valet: lucē tamē aliquā in tenebris/
34 plus aliquid īdagare volētiū/ oſtēdit. ¶ Itaq; ipſū ſcire: nō ſine differētia qua-
35 dā erit. Etenim ſi īter ſe diuerſa ſint: differētia quędā inerit. ¶ Atq; in vniuer
ſalibus cū ſub eis plurima ſint: diſcrimē inueniri eſt neceſſe/ſiue hæc vniuerſa-
36 lia genera ſint/ſiue ſpecies. ¶ Omnis autē ſciētia: fere propriorū eſt. ſubſtan-
tia nanq; & quiditas: ſecundum vnūquodq; propriū exiſtit. Et quæ in ſpe-
culationem veniunt ſecundū ſe/non per accidēs: aliquid vtiq; de aliquo ſunt.
Omnino autem in pluribus idem cōſpicere/aut vniuerſaliter communiterq;/
aut ſecundum quodq;/modo quodam proprie: eſſe ſciētiæ dicimus. vt nume-
ro/lineis/animalibus/plantis. Finis autē: ex ambobus. ſunt etiā nōnulla vni-
uerſalium: finis. In eo enim: cauſa. At horum: id quod in parte eſt/ quatenus
ſectio in indiuidua fit/quemadmodum & in factibilibus. Nam ad hunc mo-
37 dum ſe habet ipſorum actio. ¶ Præterea idem: ſubſtantia/numero/ſpecie/ge-
nere/proportioneq; ſcimus/ et ſi quæ præter hæc diuiſiones habeantur. At
vt plurimū per analogiam: tanq̃ plurimum eam recipientes. atq; aliqua qui-
dem per noſmetipſos: aliqua vero per rem ſubiectam. Nonnulla autem: per
38 vtrūq;. ¶ Sed cum multipliciter ſcire ſit: quo pacto vnūquodq;/ perſequi de-
cet? Nempe ſuus cuiuſq; modus: principium eſt ac maximum. vt prima/ &
intelligibilia/& mobilia/& quæ ſub natura ſunt/atq; ex iis ipſis quæ in prin-
cipio/quæq; ſequuntur vſq; ad animalia/plantas/& vltima animæ expertia.
Nam in vnoquoq; genere/proprium eſt aliquid: quemadmodū & in mathe-
maticis. Ipſa nanq; mathemata/q̃uis vnius quodam modo ſint generis: ſor-
39 tita ſunt differentiam. Sunt autem: diuiſa ſufficienter. ¶ At ſi quædam nota/
eo ꝙ ignota ſint (quēadmodum inquiunt nonnulli) proprius ſane inerit mo
dus. Indiget autem quadā diuiſione. Sed fortaſſe in quibus fieri poteſt: pro-
portione aliquid ſciri magis proprium fuerit dicere/ q̃ per id quod ignotum
40 eſt. quemadmodum ſi quis: per inuiſibile/inuiſibile. ¶ Tentādū eſt igitur di-
uidere quot modi ſint: & quoties ipſum cognoſcere dicatur. ad hæc autē ipſa:
41 principium. ¶ Atq; primum: ipſum ſcire/ definire: difficilius videbitur. Nā
fieri nequit: vt vniuerſale communeq; quippiā in his capiamus/quæ multis
dicuntur modis. Atq; tum quatenus/tum de quibus cauſas inueſtigare pari
in ſenſibilibus & intelligibilibus ratione/deceat: aut dubiū hoc/ aut dictu nō
facile exiſtit. Quippe cum via in infinitum in vtriſq; aliena ſit/ perimatq; ſa-
pientiam. Vtraq; autem: quodam modo principium. Sed forte hoc noſtrū:
hoc vero/ſimpliciter. aut hoc quidem/finis: hoc vero/noſtrum quoddam prin
cipium. Aliquatenus igitur: per cauſam ſpeculari poſſumus principia/ a ſen-
ſibus incipientes. Sed cum ad ipſa ſumma/primaq; tranſimus (ſiue ꝙ cauſā
non habemus/ſiue ob noſtram imbecillitatem) ſicuti deſideratiſſima intueri/

non amplius valemus.

CAPVT V.


Orte autē veritati magis conſonum illud exiſtit:palpante ac 42
veluti attingēte mente/fieri ſpeculationem. Quam ob rē:circa
ipſa/nulla contingit allucinatio. At difficilis eſt: circa idipſū
intellectus atq; fides. ¶ Cū autē & alioqui magnū quippiā 43
ſit/& ad ſingulares tractationes neceſſarium/ & potiſſimum
maximas:facere conuenit definitionem/tum de natura ipſa/
tum circa ea quæ adhuc priora ſunt. Siquidem qui de omnibus rationē quæ-
ritant:ſimul cum ratione ſcientiam tollunt. immo verius erit dicere:eos ratio-
nem petere eorum quorum neq; eſt/ neq; fuit/quicunq; cœlum ipſum æter-
num exiſtimant. lationes autem/magnitudines/ figuras/ diſtantiaſq;/ & alia
quorū Aſtrologia demōſtrationem facit/& ipſa quæ prima mouēt/& cuius
gratia:dicere omittunt. quænam item cuiuſq; natura/quis inuicem ſitus/quæ
ipſius vniuerſi ſubſtantia: ad alias quoq; ſingulares ſpecies/ad cicures vſq;
animantes/plantaſq; deſcendendo. ¶ Itaq; ſi quid coadiuuat Aſtrologus:in 44
ijs quæ prima ſunt in natura/non erit. Alia enim: maxime propria ſunt ac
priora. Quippe cum modus (vt quidam putant) naturalis non ſit/ aut ſaltē
non omnis. Atqui moueri ſimpliciter:naturæ/cœloq; maxime/peculiare exi-
ſtit. quare & ſubſtantiæ cuiuſq; rei actio/ & quod ſecundū vnūquodq;: dum
in opere eſt atq; motu/vt in animalibus & plantis. Sin vero minus:homony-
ma ſunt. quāuis videlicet in reuolutione cœlum ſit ſecundum ſubſtantiam: ſe-
peratum tamen & quietem agens/ homonymum eſſet. Nam veluti quædam
vita eſt:circūlatio/vniuerſi.

CAPVT VI.


Værendum eſt igitur ſi in animalibus/ aut cui competit/vita 45
non exiſtente:in cœlo quoq; atq; cœleſtibus/neq; latio/neq;
determinatus quidam modus ineſſet? ¶ Præſens autem du- 46
bitatio:ad eum qui ab immobili eſt/ motum/modo quodam
pertinet. ¶ Qꝫ vero omnia alicuius ſint gratia/ & temere ni- 47
chil/ſed perinde ac definitio:haud facile exiſtit/ vt ſæpe dici-
tur. Vnde enim incipere:& in quæ deſinere/oportebat? ¶ Cæterum nonnul 48
la ſunt eorum quæ ita habere non videntur/ ſed alia quidem caſu/ alia vero
neceſſitate quadam:vt in cœleſtibus/& pleriſq; eorum quæ circa terrā ſunt.
Cuius enim gratia ſunt fluxus maris ac refluxus? aut cuius exporrectiones?
aut exiccationes /humectationeſq; : & omnino alius in aliud mutationes/
corruptiones/generationes/aut quæ in ipſa terra fiūt alterationes/ & eorum
quæ in aliud ex alio tranſmutantur/mutationes/ & id genus alia pleraq; ?
¶ In ipſis autem animalibus aliqua veluti vana exiſtunt:ceu mammæ ma 49
ribus/ & fœminis emiſſio (ſiquidem : nichil confert) et nonnullis barbæ/
aut omnino pilorum quibuſdam in locis productio. Tum etiam cornuum
magnitudines: vt ceruorum. Nonnullis quoq; leſis ꝙ mobilia/ ꝙ in terram
directa/ ꝙ ante oculos poſita/geſtarēt. Qꝫ q; aliqua vi fiant aut præter natu-
ram: quemadmodum ardeola coit/ vitamq; viuit manſuetiorem. Et alia nō

50 pauca quiſpiam depræhendat iſtiuſmodi. ℂ Quod autem maximum eſt/
maximeq; apparet: circa educationes/generationeſq; animalium eſt. nullius
enī gratia hæc ſunt: ſed caſus/atq; per neceſſitates alias. Oportebat enī/ſi ali-
cuius quidem gratia ſint: ſemper ſecundum idem/ſimiliq; modo fieri. Atq;
etiam in plantis & præſertim inanimatis præfinitā quādam (vt formis/ſpe-
51 cie/ ac poteſtatibus apparent) obtinent naturam. ℂ Hæc autem: cuiuſnam
gratia ſint/quæreret aliquis. Nā rationē nō habere: idipſū dubium eſt/idq; in
alijs prioribus ac honorabilioribus/nō ponentibus. quatenus & ratio quicq̄
quod fide dignum ſit: habere videtur. quoniam hæc: ideas quaſdam aut
inter ſe differentias a caſu/& vniuerſi latione quæ in circulum fit/ accipiunt.
Q; ſi neq; hoc propter aliquid/ & ad id quod optimum eſt: definitiones
quaſdam ſumere/non in omnibus ſimpliciter/ponere decet. Quandoquidē
quæ huiuſmodi exiſtunt: quandam continent dubitationem. Atq; ſimplici-
ter dicimus: quæ & de vnoquoq;. Simpliciter quidem: quando in omnibus
naturam quod optimum eſt expetere/& in quibus fieri poteſt/ ordinem lar-
52 giri atq; æternitatem videmus. ℂ Pari autem modo: in animalibus quoq; ſi-
militer. Nam vbi quod melius eſt fieri poteſt: ibi haudquaq̄ prætermittit.
veluti q; ante gulam/guttur ſit. Optimam nanq; temperiem/in medio cor-
dis ventriculo inueniri: præſtantius eſt. quippe cum medium: honorabiliſ-
53 ſimum ſit. ℂ Simili modo: & quæ ad mundum pertinent. Siquidem & ap-
petitus haud ſecus. Quin illud quidem/ quæ neq; obediunt/neq; quod bo-
num eſt admittunt/ cur multa ſint/ immo vero multo plura: declarat. Pau-
cum nanq; aliquid: animatum eſt. At inanimum: infinitum. Et ipſorum eſ-
ſe animatorum: breue ac melius exiſtit. In vniuerſum autem/tum rarum/ tū
54 in paucis: bonū eſt. Multū vero numero: quod malū exiſtit. ℂ Nūquid ſi in-
determinatio ſolū/ & veluti materiæ ſpecies/vt quæ ipſius naturæ ſunt/ eſſe
dicatur: ſtultiſſimum erit. Si etenim qui de tota differunt ſubſtantia/ dicant
(quemadmodum Speuſippus: quod precioſum eſt/rarum quippiam eſſe fa- Speuſipp9
cit) hoc circa medij locum eſſe/ illa vero ſumma/ & vtrinq;: entia profecto
pulchre erunt exiſtentia.

CAPVT VII.

55 Plato autem & Pythagorei: longo imitari interuallo volunt Plato. Pythagorei.
omnia. quāuis quandam indeterminatæ dualitatis & vni-
us/perinde quaſi oppoſitionem faciant: in qua infinitū inor
dinatumq;/& omnis (vt ita dicam) formæ carētia per ſe ex-
56 iſtit. ℂ In ſumma autem vt abſq; hac/vniuerſi natura ſit fie-
ri nequit: ſed veluti æquam ſortiri portionem/aut aliud an-
tecellere/aut contraria eſſe principia oportet. Quam ob rem/nec deū fatētur
eſſe: qui culpam ipſi adſcribūt/in indeterminatum agere poſſe omnia. Quin-
etiam ſi aliquatenus fieri poteſt: neq; hoc fortaſſis prælegerit. quippe cum
totam ſubſtantiam ex contrarijs quidem/ac in contrarijs exiſtentem: perire
57 contingeret. ℂ Videntur autē & in primis conſiderata pleraq;/et vt accidit:
ſicuti quæ circa terræ mutationes dicta ſunt. Neq; eni quod melius eſt/neq;
cuius gratia: ſed ſi cōſequi aliquid eſt neceſſe. Multa nanq;: tum in aere/ tum

in alijs/talia contingunt. ¶Ex sensibilibus autem cœlestia potissimum/ordinem habere videntur. cæteris priora loco/ nisi mathematica sint. Nam & si non totum: at maior pars iu his ordinem adseruat. nisi quis formas tales accipiat: quales Democritus indiuiduis supponit corpusculis. Sed de his quidem considerandum. 58

Democrit9

¶Quod autem initio dictum est: & in ipsa natura/ & in vniuersi substãtia finitionem quandam eius quod alicuius gratia existit/ atq; illius qui ad melius est impetus/ capere tentandum est. Nam in quibus entia sint/ & quonã inter se modo sese habeant: hoc eius quæ de vniuerso speculationis/ exordium fuit. 59

¶LIBELLI THEO-
phrasti τῶν μετὰ
τὰ φυσικὰ
finis.

Λαερτίου εἰς Θεόφραστον.

Οὐκ ἄρα τοῦτο μάταιον ἔπος μερόπων τιν' ἐλέχθη,
Ῥήγνυσθαι σοφίης τόξον ἀνιέμενον.
Δὴ γὰρ καὶ Θεόφραστος ἕως ἐπόνει μὲν, ἄπηρος
Ἦν δέμας, εἶτ' ἀνεθεὶς, κάτθανε πηρομελής.

Laertij in Theophrastum.

Haud hæc vana viro cuidam sententia dicta est,
Frangi arcum sophiæ, laxus vbi fuerit.
Nanq; Theophrastus, sano est, quoadvsq; laborat,
Corpore, dein mancus, quando remittit, obit.

¶IACOBI FABRI STAPVLENSIS IN SEX PRImos metaphysicorũ libros Aristotelis/ introductio/ composita anno 1490.

1 Sapientia 4 Ens
2 Causa 5 Distinctio
3 Disputatio 6 Comparatio

C A P V T I.



Apientia: est quæ maxime scibilia/ primas causas & prima principia contẽplatur. ¶Primæ causæ & prima pricipia: suprema illa entia & honorabilissima ĩ natura. Sapiẽtia: metaphysica. ¶Sapiens: est qui hanc possidet sapientiã. Sapiens: metaphysicus/ primus/ supremus/ diuinus/ supramundanusq́ philosophus. ¶Sex sapientis cõditiones. Sapiẽs maxime scit omnia vt contingit. Difficillima cognoscit. nullus enĩ q̄ cognitu facilia teneat: sapiẽs esse putabitur. Scientiam habet certissimã. Circa sciẽtiam omnẽ/ causas assignare potest. Scientiam item habet maxime propter se & sciendi gratia expetibilẽ. habet et pricipalissimam et maxime liberam.

¶QVAESTIONES. Quid? Quot? Vter: expertus nõ artifex/ an artifex non expertus/ certius operetur? Vter honorabilior? Quis sapienti similior: expertus an sensum habẽs/ artifex an expertus/ architectus an manu operarius/ contemplatiuus an actiuus? Qualis? Quem sensum maxime diligimus? Quibus potentijs animalia regunt? Quæ disciplinabilia? Quæ prudentia? Nonne ab homine sapientia possideri possit?

¶ELEMENTA. Experientia: singularium est. & actus & operationes circa singula versantur. ars autem: vniuersalium. Rationem qudem habens: atq́ vniuersale sine experimento cognoscens (q̄ singulare ignoret) persæpe cum ratione peccabit. ¶Qui causas sciunt/ quos scientiores sapientioresq́ iure reputamus/ qui docere queunt/ quive nõ sensuum sed intellectus cognitionem sequuntur: tales profecto honorabiliores censendi sunt. ¶Maxime scit: qui scientiarum vniuersalissimam habet. nam qui vniuersale cognoscit: & particulare quoquo pacto cognoscit/ quod contra minime fit. Vniuersalia quæ a sensibus sunt remotissima: ad cognoscẽdum/ hominibus difficillima sunt. Vniuersalia/ vniuersales causæ. Certior scientia est: quæ est causarum/ quæ intelligibilium/ atq́ quæ simpliciorum. Qui maxime causas & quæ omnium causæ sunt contemplatur: singulorum causas assignare potest. Qui scire propter se desiderat (est enim scire propter se) maxime sciẽtiã/ maxime propter se desiderabit. Principalissima sciẽtia & maxime libera est: quæ causæ causarũ contẽplationi insistit/ & cuius gratia agẽda sũt singula. hæc enĩ est vniuscuiusq́ oĩno bonũ/ aut in vniuersa natura optimũ. ¶Omẽs homines natura scire desiderãt. visus autem maxime sensuũ nos cognoscere facit: pluresq́ nobis rerum differentias demonstrat. ¶Quæ auditũ & memoriã habẽt: disciplinabilia sunt. Quæ vero aliũ sensum & memoriã possidẽt: prudẽtia quidem sine disciplina sunt. est enim auditus/ disciplinæ sensus. Disciplinabilia sunt: quibus aliqua significare possumus/ per quæ directioni & vsui redduntur aptiora. prudẽtia vero: quę futurorũ vidẽtur esse prouida. ¶Bru-

ta plurimũ imaginationibus et memorijs viuũt: homo vero arte viuit et ratione. ¶ Poeticũ/fictitiũq; est: solius dei sapiẽtiã (q mortaliũ generi inuideat) possessionẽ esse. nã diuinũ numẽ/nulli inuidũ esse cõuenit. sed vt tritũ prouerbiũ est: mẽtiuntur multa poetę. Orsi sunt eni philosophi primũ admiratione duce/philosophari: vt admiratione conuersionũ solis/ incõmẽsurationis diametri. diuina autẽ nobis admirabiliora sunt. quare (vt puerbio dicit) hęc admiratio in melius cõsũmabit: sapiẽtiãq; tãdẽ nacti ipsa pfruemur. CAP. II.



Ausæ sunt: materia/forma/efficiens/& finis. Et infinitæ secũdũ speciẽ causæ dicerẽtur: si ipsarũ infinitæ essent species. Infinitæ autem scdm directũ: si in vnaquaq; causarũ specie/ab vna in aliã/& alterius quidẽ naturæ semper sine statu procederetur. vt si hæc materia ex illa fieret: quæ iterũ (& ita sine statu) ex alia fieret. & si hæc forma per hãc existeret formã: & illa per aliam/neq; in vltimũ decũberet vnq̃. & si hoc fit ab illo: & illud ab alio/nullo tãdem extremo reperto. & si hoc huius gratia fiat/qđ iterũ fiat alterius gratia/nullibiq; decũbat: causæ/ & materia/ & forma/ & efficiẽs/ & finis infinitę/ & in infinitũ procedere dicerent. ¶ Quinq; a veritatis pceptione nos ppediẽtia. Cõsuetudo audiẽdi falsa: eruditioq; non recta. Recte docẽti assentire nolle: nisi qđ dicit/is qui dicit/vt mathematicus demõstret. Alicui fidem non præstare: nisi sensibile sit sensibilive cõstet argumẽto. Nulla nisi alicuius vrgẽte authoritate recipere. Nõ posse nisi parua degustare.

¶ QVAESTIONES. Quid? Quot? An causæ secundũ speciẽ in infinitũ prodeãt? An materiæ/formæ/ efficiẽtes/aut fines: rectitudine euadant infinitæ? An veritas sit facilis? A quo entia suã veritatẽ sumũt? veritatẽ intellige: quæ entiũ conditionem importet. A quo maxime vera entia cognoscẽdi nobis adest difficultas. Quæ veritati percipiendę obsistũt: & quibus ad ipsam percipiendam præparemur?

¶ ELEMENTA. Omnes causas: quatuor causarum speciebus complectimur. ¶ Bifariã hoc fieri ex hoc dicitur. Primo cũ ex imperfecto fit perfectũ sine generatione. vt cũ ex puero fit vir: q post puerũ fiat vir. sicut ex Isthmijs fiunt Olympia. Isthmia enim ludi olim gẽtilitio errore Neptuno in Peloponneso sacrati. Olympia vero simili errore in honorẽ Iouis. Secundo. cũ hoc ex hoc fit per generationẽ. In primo modo idẽ est ex quo fit/& quod factũ est: & extrema sunt perfectũ & imperfectũ. In secũdo autẽ/esse & nõ esse. & fit ad consimilia reflexio. & omniũ quę ex hoc/generatione prodeunt/materia est eadẽ: quę generabiliũ et corruptibiliũ/ ingenita atq; incorruptibilis est (vt alias ostẽdimus) et primũ sempiternũ. ¶ Si formę in infinitũ secundũ rectitudinẽ prodirẽt: formã diffinitione complecti nequiremus/et prior semper magis esset. Et si prior non esset/ neq; posterior. quare si nõ esset prima/ neq; posteriorum vlla esse videretur. Et tolleretur sciẽtia. scimus enim: cum ad indiuidua/ insecabiliaq; deuenimus. et hoc pacto infinita intelligere impossibile est. ¶ Et ita est de efficiente. Et si vna est omnium aliarum causa: ipsam esse primam necesse est. quæ enim in medio aut citra est: prima haudquaq̃ esse potest. nã suis prioribus: causa non erit. ¶ Consimili modo: de fine. si eni est aliqua quæ aliarum gratia non sit/sed aliæ ipsius sint gratia:

aliqua prima est/& non prodeunt in infinitū. Et nichil optimū/immo neq̄ bonū esset. Et si esset:nullus conaretur ad ipsū/vtpote ad qđ puenire impossibile foret. Neq̄ intellectus esset actiuus.nā semper in talibus hoc esset alterius gratia:intellectus autē practicus finē & terminum habet vbi sistat & quiescat. ❡Veritatem nullus syncere & omnino digne appræhendere potest:& nullus etiā omnino eius est exors.in foribus enim (vt prouerbio dici cōsuetū est)quis delinquet? Totū profecto facile est:pars autē captu difficultatē nobis affert. Totū:principiū.pars autē:ex principio cognitū est. ❡Vnūquodq̄ ex vniuocis maxime omniū dicit:quod alijs vt talia sint/causa existit.vt ignis maxime est calidus:qui causa est cæteris sensibilibus vt sint calida. Ita maxime vera sunt:quæ alijs causa sunt vt vera sint.& maxime omniū verum est:quod verorū omniū vt vera sint/causa est.& hæc principia verissima nō aliquando sunt & aliquando nō sunt:sed semper sunt. nec ipsorū causa est vlla:sed ipsa aliorū sunt causa/etiā horū caducorū atq̄ mortaliū. Hinc cognoscere promptū est/sicut vnūquodq̄ se habet vt sit:ita ad veritatē se habere. ❡Sicut oculi nycticoracū sese habēt ad lucē diei/ita ītellectus nostri ad manifestissima/optima/& verissima naturæ entia. ❡Quæ audire cōsueuimus: hęc eadem dici dignamur/admittimusq̄. Et cōsueta nobis notiora:incōsueta vero ignotiora. Et consuetudinē:maximā vim habere/ipsæ leges ostēdunt. Singula vt materia requirit/suscipienda sunt:neq̄ omniū mathematica certitudo quærenda est. Nulli fidē præstare nisi sensu/sensualive exēplo vincamur: parui impotentisq̄ ingenij indiciū est. Et nichil recipere velle nisi alterius firmatū fuerit authoritate:quædam iudicandi impotētia est. Qui autē sola parua degustare valent:naturæ patiuntur defectū/intellectusq̄ paucitatē. ❡Ex oppositis ad percipiendam veritatem instrui/appararíq̄ licebit:vt consuetudine vera audiendi/eruditioneq̄ recta. Oportet item recte docēti acquiescere. Nō omniū mathematicā certitudinē expetere.sed vnūquodq̄ vt eius natura atq̄ materia requirit recipere. Profundæ mentis esse potentisq̄ iudicij/sanæ atq̄ integræ mentis & naturæ.

CAP. III.



Væ disputat:sunt hæc quindecim. ❡Primum. Vtrū alicuius vnius disciplinæ:sit omnes causas considerare. ❡Secundum. Si plures existant:vtrum principalior sit quæ per vnūquodq̄ generum causarum/aut quæ per plura demonstrat. ❡Tertiū. quam liceat vocare sapiētiam. ❡Quartum. Vtrum quæ substantiarum. ❡Quintū. Vtrū cōmunes conceptiones/communiaq̄ principia:ad aliquam disciplinam vnam pertineant. ❡Sextū. An omnium substantiarū vna sit scientia sola/aut plures. Septimū. Vtrū circa substantiā solum/aut circa substantiam & eius accidētia:eadē sciētia atq̄ contēplatio versetur. Octauū. Vtrū omnes substātiæ sensibiles sint: aut præter eas sint aliæ quædā ponēdæ. ❡Nonū. Vtrū prima genera:sint prima principia. ❡Decimū. Quo pacto suscipere oporteat principia. ❡Vndecimum. Vtrum corruptibiliū & incorruptibiliū eadem sint principia/aut diuersa. ❡Duodecimū. Vtrū corruptibiliū principia:sint corruptibilia. ❡Tertiūdecimū. Vtrū vnum & ens: rerum substantiæ sint. ❡Quartumdecimum. Vtrum pūcta/superficies & corpora:substantiæ sint rerum. ❡Quintumdecimū. vtrū præ

Cap
4
5

ter ſenſibilia: ſint ponēdæ ſpecies. CAP. IIII.


Ns/ quod ſubſiſtit. Et horum quoddam ſubſiſtit ab altero. quoddam in altero. quoddam ſub altero. quoddam ab altero/ ex altero/ & per alterum/ & alterius gratia. quoddam vero ſubſiſtit neqꝫ ab altero/ in altero/ ſub altero/ ex altero/ per alterum/ neqꝫ alterius gratia: ſed cætera omnia ab ipſo ſunt/ & ipſius gratia. Et ipſum/ entium principaliſſimum eſt: maxime ens/ & vt ens/ maxime omnium ſubſiſtens. Et omnes entium modi ad ipſū reducuntur: ſicut diuerſi ſalubrium modi reducuntur ad ſanitatem. ¶ Tres primi firmiſſimi principij conditiones. Notiſſimum eſſe debet. Nō conditionale. Et quod quemlibet cognoſcentem/ & cuicunqꝫ diſciplinarum accedentem habere oportet. ¶ Quatuor e diuerſo circa ipſum errores. Primus eſt ipſum demonſtrare volentium. Secundus: ipſum negantium. Tertius: cōtradictoria concedentium. Quartus: ipſa negantium. ¶ Quæſtiones. Quid? Quot? Nonne entis/ vt ens eſt: huius ſcientiæ ſit conſideratio? Nonne potius ſit ſubſtantiæ? Nonne accidentia etiam conſideret/ vnum/ multa/ vnius priuationem et negationē: immo & omnia/ ſubſtantias omnes/ omniaqꝫ accidentia? An vnum: ab ente diuerſam nominet naturam? Vtrum communes dignitates/ huius ſint diſciplinæ? Vtrum principiū hoc Impoſſibile eſt idem ſimul eſſe & non eſſe: firmiſſimum ſit & primum? ¶ Elemēta. Entis quatenus ens eſt: cōſideratio eius eſt diſciplinæ quæ ſupremas cauſas & ſuprema principia rimatur. ¶ Potior conſideratio eius entis: merito cenſenda eſt: a quo vt principio cætera pendent/ & propter quod cætera ſunt. ¶ Accidentia ad ſubſtantiam ſeſe habent: vt ſalubria ad ſanitatem. ¶ Vnū/ multa/ vnius negatio/ priuatio/ oppoſita ſunt. oppoſitorum autem eadē eſt diſciplina. Quilibet ſenſus vnus: omniū ſui ſenſibilis generis ſpecierū atqꝫ priuationū eſt. & quælibet ſciētia vna: ſui generis ſpecierū. entis autē vt ens eſt: ſpecies ſunt hæ/ quæ ſubſtātiæ & quæ accidentium. ¶ Vnū & ens: eadem ſunt natura/ & ſeſe vt principium & cauſa conſequuntur/ ratione tamen diuerſa ſunt. Idem eſt ens & vnum ens: vt ens homo & vnus homo. nec vnum/ alicuius generatione abeſſe poteſt/ neqꝫ cuiuſpiam corruptione: ſed ſimul ſunt & ſimul non ſunt. & ſicut vnumquodqꝫ per ſuam ſubſtantiam ens eſt: ita eſt et vnū. ¶ Cōmunes dignitates/ communiſſima principia ſunt: et quæ vnicuiqꝫ communiter vt entia ſunt/ attribuuntur/ et quibus inferiores diſciplinæ ad ſuam materiam contractis vtuntur.

¶ Hæc quatuor & quadraginta diſtinguit CAP. V.

7	Principium	4	Subſtantia	8	Poſterius
4	Cauſa	8	Idem	4	Poteſtas
4	Elementum	8	Diuerſum	4	Poſſibile
6	Natura	2	Differens	4	Impotentia
5	Neceſſarium	5	Simile	4	Impoſſibile
8	Vnum	5	Diſſimile	4	Quantum
8	Multa	5	Oppoſitum	4	Quale
14	Ens	5	Contrarium	8	Ad aliquid
3	Ens per accidens	8	Prius	4	Perfectum

9	Terminus	8	Priuatio	7	Colobum
5	Secundum q	4	Habere	4	Genus
5	Secundum se	4	In aliquo esse	2	Diuersa genere
3	Dispositio	6	Ex quo	4	Falsum
4	Habitus	5	Pars	4	Accidens
4	Passio	3	Totum		

¶Septem modi principij. Primo/terminus est: vnde motus incipit. Secundo/ vnde vnumquodq; fit optime. Tertio/ quod in aliquo primum generatur. Quarto/ a quo primo non inexistente: aliquid fit. Quinto/ ad cuius electionem & arbitrium mutabilia mutantur. Sexto/vnde res primum sit nota. Septimo/ causa. ¶Quatuor modi causæ. Primo/est ex quo inexistēte: aliquid fit. Secundo/species. Tertio/primū mutationis effectiuū. Quarto/ finis & cuius gratia. Sūt & alij modi qui ad longū in physicis deducti sunt. ¶Quatuor modi elementi. Primo/est ex quo inexistēte indiuisibili specie in aliā speciē: aliquid fit. Secūdo/in quod dicunt corpora resolui vt in vltimū: quod quidē in alterū specie irresolubile est. Tertio/ demōstrationis principiū. Quarto/ quod vnū & simplex ad multa cōmune atq; vtile est: vt vniuersale. ¶Sex modi naturæ. Primo/generatio est: & primo nascētis natiuitas. Secūdo/ principiū primū inexistens: ex quo aliquid generatur. Tertio/primū principiū motus & quietis eius/in quo est. Quarto/ex quo prius īformi aliquid fit/ quodq; in natura formatur. Quinto/forma & cōpositio. Sexto/ substātia. ¶Quinq; modi necessarij. Primo/sine quo res esse aut saluari nequit. Secundo/sine quo bonū aliquod assequi: vel malū vitari nequit. Tertio/ præter voluntatem violentiam inferens: est enim vis (quemadmodum dixit Empedocles) necessitas quædam. Quarto/quod aliter sese habere non contingit. Quinto/ propositio necessaria. ¶Octo modi vnius: qđ diducitur in vnum secundū se & vnum secundum accidens. Primo/quod continuum est. Secundo/quod consimile subiectū habet atq; potentiā. Tertio/quæ eiusdē sunt generis. Quarto/ quæ eiusdē sunt speciei. Quinto/quæ apud mentē/eandē habēt intelligentiā. Sexto/qui diuisionē nō admittūt: aut secundū q huiusmodi capiuntur. Septimo/quæ vni attribuūtur. Octauo/quod vnā habet speciē. Sūt & modi vnius genere/specie/numero/ & quæ ad vnū genere & specie: proportione quadā dicūtur. ¶Octi modi multorū: ex præcedentibus/opposito modo sumuntur. ¶Quatuordecim modi entis: qđ diducit in ens secūdū se/& secūdū accidēs. decem primi modi secundū decē prædicamenta sumuntur. Vndecimo/verū. Duodecimo/cū accidēs de subiecto dicitur. Tertiodecimo/cū subiectū de accidēte. Quartodecimo cū accidēs de accidēte. ¶Tres modi entis per accidens: ij sunt qui vltimo adducti sunt. ¶Quatuor modi substantiæ. Primo/ ens per se subsistens aut eius pars. Secundo/forma. Tertio/quo destructo destruitur & totum. Quarto/ diffinitio. et hi modi ad substantias vniuersales & particulares reducuntur. ¶Octo modi eiusdem: quod in idem secundū se & secundum accidens secatur. qui quidem modi: vt vnius modi sumendi. vnum enim & idem sola ratione dissident. ¶Octo modi diuersi et multorum: ex opposito sumuntur. ¶Duo modi differentis. Primo quæ eidem diuersa: inter se aliquo modo eadē sunt. Scđo/quicquid est diuersum. ¶Qua-

Pricipium. Causa. Elementū. Natura. Necessariū. Vnum. Multa. Ens. Ens per accidens. Substantia Idem. Diuersum. Differens.

Cap. 5

Simile, tuor modi similis. Primo/quæ consimili passione aliqua/sunt passa. Secundo/ quæ pluribus consimilibus. Tertio/quæ eandem secundum speciem habent qualitatē. Quarto/quæ vnā/pluresve earū habeāt secundū quas ꝓpria fit alteratio. ℭ Quatuor modi dissimilis ex opposito sumunť. ℭ Quinqꝫ modi oppositorū. Primo/relatiua. Secūdo/priuatiua. Tertio/ cōtraria. Quarto/ cōtradictoria: vt quæ sunt inter esse & non esse generationis extrema. Quīto/quæcūqꝫ de eodē verificari nequeūt. ℭ Quinqꝫ modi contrariorū. Primo. quæ eidē inesse nō possunt genere differētia. Secūdo/quæ sub eodē genere maxime distāt. Tertio/ quæ maxime distāt in subiecto. Quarto/differētiæ oppositę: quas genus potestate retinet & quæ sub illis cōtineť. Quīto/quæ maxime aut genere aut specie differūt. & hæc quædā sunt actu/ quædā habitu/ quædam agētia/quædā passiua/ quædā habitus atqꝫ priuatio. ℭ Octo modi prioris. Primo/quod loco est propinquius. Secūdo/quod secundū tēpus. Tertio/ qđ secundū motū: vt quod est primo mouēti propinquius. Quarto/ quod potestate. Quinto/qđ ordine. Sexto/quod cognitione. Septimo/passione. Octauo/natura. ℭ Octo modi posterioris ex opposito sumunť. ℭ Quatuor modi potestatis. Primo/potētia actiua. Secūdo/potētia passiua. Tertio/quod secundū voluntatē alterū perficit. Quarto/naturalis potētia/habitusve: quo ne in deterius labamur/ defendimur. ℭ Quatuor modi possibilis ex prædictis quatuor sumūtur. ℭ Quatuor modi impotētiæ: ex modis potestatis opposito modo. ℭ Quatuor modi īpossibilis ex possibilis opposito. capiunť itē possibile & impossibile: vt propositionū sunt passiones. ℭ Quatuor modi quāti. Primo/per se quantū. Secundo/ per accidēs secundū alia prædicamēta sumptū. Tertio/pluralitas. Quarto/magnitudo: vt linea/supficies/corp9. ℭ Quatuor modi qualitatis. Primo/substantialis differētia. Secūdo/formę & figurę: vt abstracta mathematica. Tertio/sensibiles passiones. Quarto/affectio quęcunqꝫ ad bonū aut malū. ℭ Octo modi ad aliquid. Primo/secundū rei essentiā/ vt idē diuersum. Secundo/secūdū numerū & magnitudinē: vt duplū & dimidiū/æquale & inæquale. Tertio/secundū mensurans & mēsuratū: vt scientia/scibile. Quarto/secundū potentias: vt calefactiuum & calefactibile. Quinto/secūdum qualitatē: vt simile & dissimile. Sunt eni eadē: quorum vna substantia est. Aequalia: quorum quātitas est vna. Similia: quorum vna est qualitas. Sexto/quorum genera dicūtur ad aliquid: vt grāmatica. Septimo/quorum cōcreta: vt æqualitas & similitudo. Octauo/quod aliquod prędictorum denominare cōtingit: vt homo ꝙ accidat posse esse duplum. ℭ Quatuor modi perfecti. Primo/extra quod nichil est deficiens accipere qđ ad suā sit attinens essentiā. Secundo/cui nichil deest secundum suum genus atqꝫ naturā. Tertio/cui nulla perfectio deest quæ ipsum perficere nata sit. Quarto/ quod ad finē ordinatur honestum. ℭ Nouē modi termini. Primo est quantitatis vltimū. Scđo/extra quod nichil est accipere rei. Tertio/infra quod oīa sunt rei. Quarto/forma sensibilis. Quinto/ad quod tēdit motus. Sexto/vnde proficiscitur motus: aut ad quod euadit completus. Septimo/ finis. Octauo/ vniuscuiusqꝫ actus & forma. Nono/ diffinitio. ℭ Quinqꝫ modi secundum ꝙ. Primo/ speciem importat. Secundo/ prioritatem. Tertio/finem. Quarto/ causam. Quinto/locum & positionem. ℭ Quinqꝫ modi secūdum se. Primo/

Dissimile. Oppositū. Contrariū. Prius. Posterius. Potestas. Possibile. Impotētia. Impossibile Quantum. Qualitas. Ad aliquid Perfectum. Terminus. Secundū ꝙ Secundū se

speciē nominat. Secūdo/esse in aliquo. Tertio/esse in primo. Quarto/nō esse alterā causam. Quinto/soli inesse. ¶ Dispositionis modi tres. Primo/ordo secundū locū. Secundo/secundū potentiā. Tertio/secundū speciē. ¶ Quatuor modi habitus. Primo/ medius agentis patientisq; actus. Secundo/ habere indumentū. Tertio/quædā permanens affectio ad bonū vel malū. Quarto talis affectionis pars. ¶ Quatuor modi passionis. Primo/est qualitas secundū quā est alteratio. Secundo. taliū qualitatū alteratio. Tertio/eiusmodi qualitatū nocumentū atq; detrimentū afferētes alterationes. Quarto/vehemētes aut gaudiorū aut tristitiarū appetitus. ¶ Octo modi priuationis. Primo/ si quod natū est haberi quippiā non habet: etsi ipsum natū habere nō sit. Secundo/ quādo non habet id qđ secundū se aut suū propinquū genus habere natum est. Tertio/qđ quid nō habet quādo natū est habere. Quarto/per vim ablatio. Quinto/quod oīno aliquid nō habet. Sexto. qđ praue habet. Septimo/qđ parū habet. Octauo/qđ nō facile aut nō bene habet. ¶ Quatuor modi habere. Primo/est aliquid secundum suam naturā ad suū impetū quicq̃ deducere. Secūdo. est habere dispositionē. Tertio/cōtinēs habere cōtētū. Quarto/ alterius impetū cohibere ¶ In aliquo esse: quatuor modi similiter vt habere. ¶ Sex modi ex aliquo. Primo/ex materia: aut secūdū genus/aut īdiuiduā speciē. Scđo/ ex primo mouēte. Tertio/vt ex cōposito & toto. Quarto/ex parte. Quinto/ex aliquo mouēte secundū partē. Sexto/ex priore tēpore. ¶ Quinq; modi partis. Primo/qđ in toto est. Secūdo/ qđ aliquoties sumptū: totū commēsurat. Tertio/partes subiectiuæ: aut essentiales. Quarto/ in qđ resoluitur totū/& ex quo totū cōponitur. Quinto/quod in alicuius diffinitione ponitur. ¶ Tres modi totius. Primo/cui nulla partiū ex quibus natū est constare: deficit/abestq;. Secūdo/natura multa cōtinēs: vt genus & vt integrale totū. Tertio/quod aliūde q̃ natura/multa cōplectitur: & quicquid totū dicitur. q̃cquid autē trāspositione facta nō manet: idē omne & nō totū dicitur. vt oīs aqua. ¶ Septē proprietates colobi. est enī colobū atq; mutilū cui aliqua secundum quātitatē abest particula. Prima proprietas/cōtinuū esse debet. Secūda/quod ablatū fuerit: remanēte minus esse debet. Tertia/manere debet specie cōsimile. Quarta/dissimiliū denominationū partiū esse debet. Quinta/partes illæ diuersæ nō essentiales sed secundū quātitatē sumptę esse debēt. Sexta/pars propria & substātiæ p̄cipua: ablata esse nō debet. Septima/nō debet itē interior & latēs esse: neq; noua generatione reparari posse. ¶ Quatuor modi generis. Primo/collectio generatorū cōsimilē speciē habentiū. Secūdo/ taliū generatorū primū principiū. Tertio/passionū subiectū. Quarto/quod in diffinitionibus primū obtinet locū. ¶ Duo modi diuersorū genere. Primo/quæ idē subiectū primū non habēt. Secundo. quæ diuersorū sunt prædicamētorum. ¶ Quatuor modi falsi. Primo/eorū quę cōponi nō possunt mētis affirmatio: & quæ dissolui nequeūt negatio. Secundo/quæ videri nata sunt non qualia sunt. Tertio/ qui rationes apparentes facit & non intentione fallendi. Quarto/qui intentione fallendi rationes adducit falsas. ¶ Quatuor modi accidētis. Primo/quod alicui inhæret. Secundo/quod extra semper & frequenter: et non ex intentione euenit. Tertio/ quod accidentaliter prædicatur. Quarto/ quod de alicuius substantiali diffinitione non est. CAP. VI.

Dispositio. Habitus. Passio. Priuatio. Habere. In aliquo. Ex aliquo. Pars. Totum. Omne. Colobum. Genus. Diuersa genere, Falsum Accidens.



QVestiones. Quo a cæteris hæc disciplina differat? Quo a naturali philosophia? Quo a mathematica? An entis per accidēs sit sciētia? sciētiæ autē nomine: artē & prudētiā cōplectimur. Qui modi entis? ¶ Elemēta. Hæc disciplina: pricipia & causas entiū vt entia sūt/cōsiderat. aliæ autē nō. Hęc simpliciter quid et substātiā cōtēplatur: nō autē aliarū vlla. sed vnaquæqꝫ circa aliquid vnū speciale infra ens aut substantiā versatur. Hęc disciplina quodā modo vniuersalis est: aliæ vero particulares. hinc vt illæ suū genus esse nō demōstrant/ꝙ earū finis existat: ita quoqꝫ hic neqꝫ ens aut substātiā esse demōstrādū est. ¶ Naturalis philosophia circa quoddā genus entis versat̃. id enī substātia est: principiū motus et quietis in se habēs. et solū circa mobilia & inseparata: eius consideratio existit. omnisqꝫ eius consideratio: vt consideratio simi est. prima autē philosophia circa ens ipsū/ immobilia/ & separata: & eius cōsideratio vt cōsideratio caui existit. Cōuenit tamē naturalis philosophia cū hac supramūdana: ꝙ cōtemplatiua sit. Etenim omnis scientia omnisqꝫ disciplina: aut contemplatiua est/ quā theoricam vocant. aut actiua: quam practicam. aut factiua: quam dicunt poeticam. At vero nō actiua est. nam hæc secundum electionem est: et earū quæ intra nos sunt actionum. neqꝫ factiua. nam & hæc secundum electionem est/ & earum effectionum quæ in opus extrinsecum transeunt. relinquitur itaqꝫ: ipsam contemplatiuam esse. ¶ Mathematica circa vnum genus itidem entis versatur. neqꝫ vt entia sunt considerat: sed potius vt commensurabilia/ atqꝫ incommensurabilia/ aut aliquid huiusmodi. Conuenit tamen cū prima philosophia. ꝙ ipsa identidem contemplatiua sit: & immobilia/ & tanq̄ separata consideret. nō tamen re ipsa separabilia sūt: queadmodū ea quæ diuina illa sapiētia/ ideo iure theologia nominata: contemplatur. Ex his itaqꝫ liquet tres theoricas esse disciplinas: physicam/ mathematicam & sapientiam quam theologiam nominauimus. quæ alias disciplinas & actiuas & factiuas longe antecedūt/ desiderabiliores. & longe sapientia ipsa omnes antecellit/ vt quæ sit circa diuinum & honorabilissimū genus. ¶ De ijs quæ accidunt/ nulla scientia aut cōtemplatiua aut actiua aut effectiua: studium curāqꝫ adhibet. Quæ accidunt: infinita esse possunt: neqꝫ causam determinatam habent. Ea siquidem sophistæ curant: qui nulla disciplinis accommoda tractant. Et cum entium quædam semper sint/ quædam plurimū/ quædam neqꝫ semper neqꝫ plurimum: sola ea quæ semper sunt aut plurimū/ disciplinæ curant. accidētia autem neqꝫ semper neqꝫ plurimū existunt. ¶ Entium: quoddā quod quid est & substantia est. quoddā quantū. ad aliquid. quale. agens. patiens. quando. vbi. situm. & habitū. quoddā secundum se. quoddā secundum accidēs. quoddā actu. et quoddā potētia. Itē ens/ vno modo verū: & non ens/ falsum dicitur. quo pacto semper contradictoriorū alterū ens est/ alterum vero non ens. suntqꝫ ens & nō ens hoc pacto circa itellectus cōplexiones: & nō in rebus exteris & quę sūt extra mētē & intellectū sitæ. Sed hæc āplius determinare: alter exigitur locus. Nūc autē ad ens qđ quid est & substātia/ aperiendū: nos cōuertamus.

¶ In sex primos metaphysicos Aristotelis libros introductionis finis.

DIALOGORVM INDEX.

PRIMVS dialogus hæc ſeptem & triginta diſputat.



SECVNDVS dialogus hæc decem & septem disputat.

TERTIVS dialogus hæc quadraginta disputat.

DIALOGORVM INDEX.

QVARTVS dialogus hæc septem disputat.

INDICIS QVATVOR DIALOGORVM in præcedentem introductionem ad metaphysicam & transcendentem intelligentiā manuducentium

FINIS.

¶IN DIALOGOS *introductionis metaphysicæ declaratorios Iacobi Fabri Stapulensis præfatio.*



NTERROGASTI me doctissime Germane: cur per dialogos & non potius oratione perpetuo discurrente commētariolos tibi dicatos cōposuerī. Hāc rationē accipe. Ad hoc faciēdū/honestus adolescēs Guillerm⁹ Gonterius q̨ per italicā oram me comitatus multa officia præstitit: facile induxit. Si ita feceris īquit: admonebis eos q̨ alios docturi sūt quo pacto interrogare debeāt/interrogataq̨ docere. & simul vtiliter discipulo cōsules & docenti. Admonuit me præterea/legentes monefacere: fronti præfixā isagogen/quo facile memoriæ mandetur in artificio esse cōstitutam. & quęstiones: ordinem/seriemq̨ prædicamentorum sequi. & affirmatiuas quęstiones per an & nunquid: responsionem exigere negatiuam. & contra/negatiuas: affirmatiuam. et earum dilutiones: proprijs elementis/suo ordine paragraphis distinctis esse quærendas. Atq̨ vos ita estote moniti/& quicunq̨ docendi munus prouinciamq̨ assumet: se putet Theoreticū. quicūq̨ vero probus adolescēs docebitur: se Neaniam ipse putet/aut putet Eutycherum.

DIALOGORVM *methaphysicæ introductionis notæ.*

¶Acroamatica/auscultatoria: non q̄ ōnes passim sed selecti pauci ad metaphysicorum auditionem admittebātur. ¶Antichthona/terra terræ contraposita. ¶Singula/singularia. ¶Architectus/qui ædificandi scientiam habet: qua cæteros ad artis opera dirigit. ¶Nos scientiæ nomen ad habitus tum actiuos/tum factiuos (qui sunt prudentia & ars) hoc in loco extendimus. ¶Archetypus/exemplaris/a prima & pręcipua forma.

¶IACOBI FABRI STAPVLENSIS IN INTRODVCTIOnem metaphysicorum Aristotelis commentarij per dialogos digesti. Dia. I. Cuius interlocutores sūt. THORETICVS metaphysicus. NEANIAS adolescens.



VID libri O dulcis Neania nunc in manibus tenes? NEA. Est nescio q̄d O Theoretice forte (vt aiūt) min⁹ minimo. tolle hunc ipsum si placet: atq̨ introspice. hunc michi nunc vnus meorum æqualium e literarū ludo reuertenti obuiā factus obtulit: neq̨ satis sententiā teneo. THEO. Introductio quædā esse videtur in acroamaticam Aristotelis philosophi sapientiam. NEA. Ita certe (recordor) qui michi ipsum obtulit: titulum pronunciabat. THEO. Sed præclaræ indolis Neania: tam præclarū nomen (dico sapientiā) minime abs te excidere debuisset. Sed quid etiam: si ipsius aliquid intelligeres? Optares ne? NEA. Maxime/& oportune nunc quidem. Nam hac ipsa hora ludus vacat. cæteriq̨ mei coæquales alicui nūc honesto ocio indulgent. Si autem minus tibi molestum esset O sapientissime Theoretice (talē enim te fama autumat) ruditatem meam informare: me dedo ad quæcūq̨ voles paratissimū. THEO. Probe adolescens/qui possim? libellū haud quaq̨ euolui. Ego vero si vel in cursu transegissem/& me id posse sentirem: michi

tecum gratissimus suscipiendus esset iste labor. NEA. Equidem credo / etsi nondum totũ euolueris: te id vel q̃ maxime posse. THEO. Quia igitur te sic affectum video / teq; id vehementer exoptare: quid possim experiemur. ¶ Attende igitur aliquãdo præclarius a tuo preceptore auditurus. & quę minus in ocio / & pro hac nostra (cum alterius negocij vacui simus) cõmuni recreatione expediuerimus: & his omnibus plenius qui te curant sapiẽtes tui pręceptores / te post hac informabunt. ¶ Nunc abs te sciscitor: quid 1
existimas hæc vocabula sex / sapientia. causa. disputatio. ens. distinctio. cõparatio / frõti adiecta sibi pretendere velle? NEA. Etiam id a te doceri cupio. THEO. Nichil O Neania. nisi materiã: qua sex primos suæ auscultatoriæ sapiẽtiæ libros / Aristoteles digessit. Primus siquidẽ est de sapiẽtia. Secundus de causis / ꝙ in infinitum non prodeant: sed ipsarũ omniũ vna sit prima. Tertius disputat. Quartus entis naturam edocet. ꝙq; omnia ad vnum maxime ens / perinde atq; omnes causæ ad vnam primam & maxime causam: sint reducenda. Quintus. quoties complura illic contenta vocabula dicantur: distinguit. Sextus. sapientiam ad inferiores disciplinas tum naturalem philosophiam / tum mathematicam comparat. NEA. satis michi videor sex prępositorum vocabulorum rationem tenere. ¶ THEO. Mox sapientiã ipsã 2
finit: ꝙ sit quæ maxime scibilia / primas causas / & prima principia contemplatur. cuius hunc intellectum esse putes. Sapientia est eorum quæ in natura sunt honorabilissima entia: intellectus pariter & scientia. NEA. Hãc ego dignissime vir quam subiungis interpretationem: me audiuisse recordor ab Agatho & Aristo viris admodũ bonis & in morum disciplina eruditissimis. Arbitror ergo in hac finitione / maxime scibilia / propter scientiam metaphysicam appositum fuisse. & deinde subiunctum primas causas & prima principia: propter intellectũ metaphysicũ. THEO. Recte sentis. Deinde finit vt vides / quæ prima principia & primas causas hic vocet / quid sapiens. & sapientiam & sapiens interpretatur: sexq; sapientis adiungit conditiones. ¶ NEA. Sed cum dicis qui hanc sapientiam possidet: an aliquid 3
singulare denotes indiuidueve demonstres quicq̃? THEO. Parua sũt quæ petis O dulcis Neania. audisti ne quæ in diffinitionibus vniuersalia signa videntur: non esse vniuersalia? & quæ singularia videntur: itidem neq; esse singularia? quãdoquidem omnis diffinitio sit vniuersalium: maximaq; circa diffinitiones cura / sanaq; intelligentia adhibenda sit. NEA. Audiuerã equidem. sed ita sum fluxa / labiliq; memoria: vt iam e mente lapsum excidisset. THEO. Hanc itaq; possidere sapientiam: est possidere sapientiã in ea ipsa significatione qua nuper diffinitam audiuisti. alias quascũq; significationes ne cura / nec te deturbent. Deinde quæstiones format. quarum quidem quarundam præcedunt elementa: quarundam etiam subsequuntur. Elementa: voco principia. Sed te iam interrogo. ¶ Quid? NEA. Nescio quid huic tuæ 4
quæstioni respondere debeam. THEO. Non iniuria profecto. nã quæstio quærit quæcunq; prius diffinita fuerunt. diffinitionesq; præmissę hanc absoluũt quæstionem: suntq; nobis elementa. Sed nũc serio te percontor. Quid sapientia? NEA. Haud dubito esse respondẽdum: eam ipsam esse quæ maxime scibilia / primas causas / & prima principia contempletur. Quali michi

peteres hanc explicare:protinus ſubiungerem / ſapientiam intellectum eſſe
& ſcientiam eorũ quæ in natura ſunt honorabiliſſima. THEO. Docte qui-
5 dem. ¶ Quæ primæ cauſæ & prima principia? NEA. Suprema illa & ho-
norabiliſſima in natura entia. THEO. Probe iterũ. ſũt enim illa venerandiſ-
ſima mũdi intelligibilis entia & illius fœliciſſimæ lucidæ regionis: cuius ter-
ram oculis mortalium intueri conceſſum eſt. Eorum enim terra / cœlum ip-
ſum eſt: omnium eorum quæ ipſum inhabitant infimum. & ita ad illa bea-
tiſſima & optima entia ſeſe habens: vt terra hæc noſtra & noſtris pedibus
ſubdita / ad nos ſeſe habet. Ad quam diuinam antichthonam cum mortales
oculos conuertimus: nos in ſuſpiria trahit huius tam lucidæ / tamq; fœlicis re-
gionis deſiderio. quæ aliquando O amice Neania ſi recte in hac turbu-
lenta & inferiori regione viuimus: noſtra regio futura eſt. Cuius ſi terra tã
lucida miriq; decoris inſpicitur: quales arbitraris O amice illius regionis in-
6 colas? NEA. Arbitror miræ haud dicibilis / incogitabiliſq; pulchritudinis.
THEO. Et bonitatis quidẽ & ſapientiæ. ¶ Sed tu modo dic quo modo ſa-
piẽtiã ipſã interpretabere. NEA. Metaphyſicã / primã / ſupremã / diuinã / ſu-
pramũdanãq; philoſophiã. THEO. Potius metaphyſicam interpretare ſu-
7 pranaturalem / ſupramundanamq; philoſophiam. ¶ Quid ſapiens? NEA.
8 Is eſt q (vt paulo ante diffinita eſt) poſſidet ſapientiã. THEO. Sane. ¶ Sed
quo pacto interpretaris ſapientẽ. NEA. Metaphyſicum / primum / ſupremũ
diuinum / ſupramundanumq; philoſophum. aut potius (vt tibi placet) meta-
phyſicum interpretor: ſupranaturalem / ſupramundanumq; philoſophum.
THE. Erudite quidem. eorum quodlibet ſapiens interpretatur. ſed vellem
aliquod eorum quæ diximus michi demonſtrares. NEA. Nõ audeo dice-
re te: me fallere velle / cum id opus officiumq; minime ſapientis ſit. ſed me
potius probas / an cum male tenaci ſim memoria vt dicebam: id a me iam
exciderit quod a te dictum audiui / hæc eſſe principia. THEO. Nõ ab re
reſpondes. nam cum principiorum alia non ſint principia: videtur nichil eo-
rum quæ tractauimus / demonſtrari poſſe. & interpretationes ipſæ ad diffi-
nitiones quæ principia ſunt: reduci videntur. Tibi ne ita eſſe videtur? NEA.
9 Videtur omnino. ¶ THEO. dic quot ſapientis conditiones? NEA. Ita ne
reſpondendum eſſe cenſes? ſex eſſe. Sapientem ſcilicet maxime omnia ſcire
vt contingit. Difficillima cognoſcere. Scientiam nactum eſſe certiſſimam.
Circa ſcientiã omnẽ / cauſas aſſignare poſſe. Sciẽtiã maxime propter ſe / ſcien-
diq; gratia expetibilẽ habere. Itẽ & ſciẽtiã prĩcipaliſſimã & maxime liberã.
10 THEO. Ita reſpõdẽdũ. NEA. ¶ Sed michi cõplures relictæ eſſe videtur.
vt cæteris pͤeſſe / & prĩcipari / ad cõmune bonũ dirigere / leges cõdere / & cõditas
exequi curare. tales ego audiui maxime ſapiẽtes vocari. THEO. Haud ſa-
tis attendiſti dictum fuiſſe eam ſolam ſapientiæ ſignificantiam nos curare
oportere (qua definita eſt) intellectum & ſciẽtiam earum rerum eſſe / quæ ho-
norabiliſſima ſunt in natura. immo vero nichil aliud iterum eſſe dico: niſi
ſummorum principiorum / & æternarum rerum omnium / rationum cogni-
tionem. & illius ſapientiæ / aut potius hac ſapientia præditi ſapientis: condi-
tiones ſex adduxiſti. Et quas vlterius aſſignaſti: non ipſius vere ſapientis / ſed
ciuilis facultatis periti exiſtunt. Q ui ſi dicatur ſapiens / & ſtatuarius Poly-

cletus sapiens:nichil hic talem sapientiam curamus. ¶Sed forte tibi non ab 11
re obrepit difficultas .si hæc ipsa non sint sapientis officia/& fortiter/& tē-
perate/& magnifice/& magnanime agere/aliosq; ad ita viuendum dirigere:
dubitas forte an ergo mal9 sapiēs esse possit? NEA. dubito plane. THEO.
Hæc profecto officia non a sapientia:sed a fortitudine/temperātia/magnifi-
centia/magnanimitate/atq; iustitia proficiscuntur.veruntamen non immeri-
to dubitas. Dic age/putas ne corpus ægrum optimas operationes habere:ip-
sasq; efficere posse? NEA. Non puto. THEO. Putas maliciam omnem vt
timiditatē/intemperantiā/pusillitatē pusillanimitatē/& iniustitiā:quandā esse
animi ægritudinē. NEA. puto. THEO. Si itaq; mētis ęgritudo ad mentem
vt corporis ægritudo ad corpus sese habeat:malus vt timidus / intempera-
tus/paruificus/pusillanimus/& iniustus/minime optimam mentis operatio-
nem faciet.nam mente ęgrotat. NEA. Ita est. THEO. Si te parcontor/quis
optimus oculi sit habitus:quid respondebis? NEA. Optima oculi sanitas.
THEO. Quid si te rogo:quæ eius optima sit operatio? NEA. Visio opti-
mi visibilis.arbitror id esse. THEO. verum dicis:vt solis. Sed quem dices
optimum mentis habitum? NEA. Sapientiam. THEO. Quam optimam
mentis operationem? NEA. Cōtemplationem. THEO. Verum dicis:op-
timi contemplabilis. Malus igitur haudquaq̄ contemplari poterit optimū
maximumq; contemplabile.vt neq; oculus æger optimum maximumq; visi-
bile sustinere. NEA. Ita videtur. THEO. Vide igitur quo me tua quæstione
perduxeris:quove a proposito sim digressus. Ex hac tamen digressione vti-
litatem tibi cape. Enitere igitur quantamcunq; potes mentis bonā valetudi-
nem tibi parare:vt sapiens efficiaris. Omnes certe citra sapientiam ipsā bo-
næ mentis affectiones/vt cæteræ scientiæ/ cæteræq; virtutes omnes:ad ipsā
quædam præparamenta/dispositionesq; esse debent.& haud secus ad ipsā
tendere:atq; omnis corporis harmonia temperamentumq; in sanitatē/opti
mumq; corporis habitum. Sed cætera eo quo cœpimus modo discuramus
¶Vter:expertus non artifex/an artifex nō expertus certius operetur. NEA. 12
Expertus non artifex:artifice nō experto certius operatur. THEO. Id pā-
de. NEA. Verum id michi potius pandas. sic forte promptiorem ad reli-
quorum perquirenda/applicandaq; elemēta me reddideris. THEO. Haud
male sentis.huius rei elemēta sunt hæc. Experientiā singularium esse. Actus
& operationes circa singula versari. Artem vero esse vniuersalium. Respō-
de ergo nunc? Experientia singularium est. NEA. Assentior. THEO. Et
actus/ operationesq; circa singularia sūt. NEA. Et id cōcedo. THEO. Ars
autem est vniuersalium. NEA. est. THEO. Rursus expertus non artifex
experimentū habet. nā expertus est. NEA. habet. THEO. artifex autē nō
expertus minime habet experimentum(nam esset expertus)sed solam circa
vniuersalia cognitionē. NEA. Ita est. THEO. Expertus igitū nō artifex ex-
perientiam habens quæ est ad operandum circa singularia:certius opera-
bitur ipso artifice non experto non habente huiusmodi præsidium ad ope-
randum circa singularia. NEA. Ita esse oportet. THEO. Percipisne hinc
fieri/ vt qui rationem habent/vniuersaleq; sine experimento cognoscunt:cir-
ca opus sæpius oberrare contingere/cū singularia ignorent? NEA. Ego qui-

dem non satis. THEO. Quomodo? NEA. Nam didici/ex singularibus ipsius sensus: nobis memoriā aggenerari/& memorijs experimētū. experimētū autē mētis vniuersale sequi: quod artis futurū sit pricipiū. Qui igitur fiet vt quis artem habeat & si artem/vniuersale eius principium: & tamen nō habeat experimentum? Itaqꝫ modo non michi videtur quispiam vniuersale cognoscere sine experimento: imo neqꝫ artē omnino sine experimento haberi posse. THEO. Falsū ergo arbitraris præsuppositum: aliquem scilicet artificem esse & non expertum. NEA. Idipsum. THEO. O amice Neania: bifariā artē aliquam nos acquirere contingit. Vno modo qdē per propriam inuentionem. vt si quem aspis percusserit/qui protinus epoto aceto se inde effectum sanū cognouerit: deinde compluribus alijs sæpius simili periculo detentis/semper & eodem medicamine succurrerit/talis profecto vniuersalis cognitionem habet/quod omnis aspide percussus aceto sumpto leuetur. Et qui hoc pacto in vniuersalis artisqꝫ cognitionem deuenerit: ipsum experimētum habere necesse est. Altero autem modo vniuersalis & artis cognitionem alio docente nāscimur. quemadmodum tu modo (si meis verbis fidem prębueris quæ nuper dixi) vniuersalis habes cognitionem ꝙ omnem aspide percussum: acetum bibitum leuet/cuius tamen tu minime experimentum habes. Ita fit amice: vt qui sola doctrina artem sibi comparāt primū artifices sint/& vniuersale sine experimēto cognoscāt/ignorētqꝫ & artis vniuersalis illius singularia: quod tu ignorare videbare. NEA. Non aduertebam profecto: sed iam intelligo. id totum quod pertractauimus: de arte & artis cognitione quæ doctrina alteroqꝫ docente paratur/intelligere debemus.

13 ¶ THEO. Sapis modo. vlterius pergamus. Vtrū ipsorum honorabiliorem putas? NEA. Artificem non expertum. Sine: id ego ostendam. Qui causas cognoscunt: ij profecto nescientibus causas/honorabiliores sunt. artifices autem/& si non experti: causas tamē norunt. experti autem non artifices: minime. erit itaqꝫ artifex/non expertus: experto nō artifice honorabilior. THEO. Recte putas. nā cui9 solū expertus quia siue ꝙ est cognoscit: artifex cognoscit propter quid. intelligo solū expertū q expertus sit/& nō artifex. Et hic euenit: vt ipsos architectos magnipendamus/plurisqꝫ faciamus/& magis honoremus manuoperarijs. nam scientiores/sapiētioresqꝫ reputamus. NEA. Ita est. sed sine/perficiam. Quos ergo (vt dicis) merito sciētiores/sapiētioresqꝫ reputamus: honorabiliores sūt. faciūt etenī scientia & sapientia (vt sępius me audiuisse memini) suos possessores honorabilissimos. At solū artifices: sciētiores sapiētioresqꝫ/nō immerito reputamus ipsis solum expertis. intelligo tamen scientiores/sapientioresqꝫ: scienti atqꝫ sapienti similiores. fit igitur iterum: vt artifex non expertus/experto non artifice honorabilior euadat. Rursum. nonne qui docere possunt circa aliquid: honorabiliores censentur ijs qui circa idipsum docere nequeunt? THEO. Vt ais. est enim omnino scientis signum: posse docere. NEA. At solum artifex/docere potest. non autem solum expertus. fit igitur vt artifex non expertus/experto non artifice honorabilior habeatur. Præterea. honorabiliores sunt qui intellectum sequuntur: ijs

qui ſequuntur ſenſum. Atqui ſolum artifices/intellectum ſequuntur qui & cauſas ſolus cognoſcere facit: ſolum autem experti / ſenſum. non immerito ergo dictum eſt: artificem non expertum/ experto non artifice honorabiliorem eſſe. THEO. Satis oſtendiſti. Sed cur tot rationibus hanc argumentationem deſecaſti? quatuor enim effeciſti: cum vnicum habeas elementum. NEA. Ob id ipſum. Nam elementum hoc/qui cauſas ſciunt/quos ſcientiores ſapientioreſq; iure reputamus/qui docere queunt/quiue non ſẽſus ſed intellectus cognitionem ſequuntur honorabiliores cenſendi ſunt: michi quadrifridum eſſe viſum eſt. & a qualibet eius quatuor particularum: particulare ſumi poſſe elementum. THEO. Nec imperite quidem ita perpendiſſe videris. ¶ Sed perge ſemper. Quis ſapienti ſimilior: expertus an ſenſum habens / artifex an expertus / architectus an manu operarius / contemplatiuus an actiuus? NEA. Quæſtio hæc tota/multas michi partiales implicare videtur: quæ ſuo ſunt ordine digerendæ hoc modo. Expertus ſapienti ſimilior eſt/ ſolum ſenſum habente. & artifex experto. & architectus manu operatio. & contemplatiuus deniq; actiuo. Expertus ſiquidem / ſenſum habente ſapienti ſimilior eſſe videtur propter hoc: q artifici propinquior / ſimiliorq; euadit. artifex autem (vt diximus) ſcienti ſapientiq; ſimilis habetur. vt ſi me cernente / expertus aliquis cancrum ſuperpoſito medicamine ſanet / medicamenq; illud diligentius obſeruem: idipſum cognoſcens ego ſenſum habeo non experimentum. ipſe vero & ſenſum & experimentũ habet. eſtq; artifici & ſciẽti ſimilior qui ob experimentum/ſanandi habet certitudinem. ego vero ſolum ſenſum habens: minus ſimilis minuſq; certus euado. Et q artifex experto ſapienti ſimilior ſit / & architectus manu operario: cauſam iam tetigimus. quia quos iure ſcientiores ſapientioreſq; reputamus: ſapiẽti ſunt ſimiliores. At conceſſum eſt artifices expertis/ & architectos manuoperarijs iure ſcientiores / ſapientioreſq; reputari. fit igitur: vt artifex experto / & architectus manuoperario / ſapienti ſimilior ſit. Sunt & aliæ cauſæ: quas ad oſtendẽdum artificem non expertum experto non artifice honorabiliorem eſſe/ adduximus. Verum q contemplatiuus actiuo/ſapienti ſit ſimilior: non vſq; adeo michi conſtat / niſi forte dixeris coutemplatiuum & ipſum ſapientem idem eſſe. THEO. Idem certe: ſed non omnino. Nam omnis ſapiẽs/ contemplatiuus eſt: immo maxime contemplatiuus. ſed contra/non procedit: omnem contemplatiuum eſſe ſapientem. Quod quo pacto fiat: intellige. Intellectus duæ ſunt vires: ſcilicet vis contemplatiua / cuius habitus ſunt ſcientia / intellectus / & ſapientia. & vis conſultatiua: cuius habitus ſunt ars & prudentia. ars quidem ad faciendum: & prudentia ad agendum. Et hæc/ & quo pacto ſcientia/intellectus / ſapientia / ars/& prudentia abinuicem differant: ex hoc loco intelligere non poſſis / ſed morali philoſophia. NEA. Hæc ego omnia ſuperiore anno vna cum Didacto & Eutychero meis coæqualibus ab Eudæmone: aliqua etiam ab Ariſto/audiui. THEO. Tanto promptius: quæ dicere ſtatui depræhendes. Omnem ſcientem ergo & intelligentem dicere poſſumus contemplatiuum: vtpote qui partis contẽplatiuæ habitum habeat. NEA. Appa-

ret. THEO. Non autem omnem ſcientem aut intelligentem: dicere poſſumus ſapientem. NEA. Ita eſt. THEO. Non igitur omnis cōtemplatiuus eſt ſapiens. NEA. Neceſſe eſt. THEO. Sed nūc agamus. An talis contemplatiuus qui idem ſapiens non eſt: & actiuo & factiuo/hoc eſt & prudēte & artifice / ſapienti ſit ſimilior? NEA. Michi reſpondendum eſt ita eſſe: ſed tu cauſas adhibe. THEO. Qui magis cauſas cognoſcit: arbitrariſne ſapienti ſimiliorem? NEA. Immo. THEO. Et qui cauſas neceſſarias & quæ vt aliter ſeſe habeāt īpoſſibile eſt/& neceſſariorū & aliter ſeſe habere īpoſſibiliū cognoſcūt: an cauſas magis ijs cognoſcāt qui cauſas cōtingētes & aliter ſe habere poſſibiles/& cōtigētiū & aliter ſe habere poſſibiliū cognoſcūt? NEA. Magis cognoſcūt cauſas: q̄ neceſſarias neceſſariorū cognoſcūt. THEO. Et ōnis ſciēs (quē & cōtēplatiuū eſſe faſſi ſumus) neceſſarias cauſas & neceſſariorum cognoſcit. eſt enim ſcientia: neceſſariorum/ & impoſſibilium aliter ſe habere. Et actiuus & factiuus: cauſas contingentes & contingentium cognoſcūt. quippe cum ars & prudentia: circa contingentia & aliter ſeſe habere poſſibilia ſint habitus. NEA. Ita eſt. THEO. omnis igitur contemplatiuus qui & idem ſapiens non ſit: & actiuo & factiuo ſapienti ſimilior eſt. NEA. Recte ſequitur. THEO. Docte adoleſcens/ſi totum elementum percurrere vis: videre potes quo ad ſingula/contemplatiuum ipſum qui idem etiam ſapiens non fuerit/ & actiuo & factiuo omnino ſapienti ſimiliorem. Nam (vt diximus) magis cauſas cognoſcit. Sapiētior iure reputari debet: verſatur enim circa eterna vt & ipſe ſapiēs. Magis docet: nam per cauſas certiſſimas/impoſſibileſq; aliter vt ſeſe habeāt. Magiſq; intellectum ſequitur: ſequitur enim primam/ſtātem & ſupremam intellectus portionem/in qua/ ipſa ſapientia arcem ſuam locauit/ex qua vt ex altiſſima ſpecula/cœleſtia contemplatur. ars vero & prudentia ſequūtur inferiorem: quæ oculos a mortalibus nunq̄ deflectūt. NEA. Mirum in modum hæc audiens oblector/& clariſſime intueri videor quæ loqueris: trahiſq; me deſiderio illius altiſſimorum contemplatricis ſapientiæ. THEO. Iterū. Vter ſapienti ſimilior eſt qui magis propter ſe habitum habet: an qui minus propter ſe? NEA. Qui habitum habet qui magis ſit propter ſe. nam ex quinta ſapientis conditione admiſimus: q̄ ſapientia habitus ſit maxime propter ſe. THEO. Recte iudicas. At ſcientiæ ipſæ omnes magis propter ſe ſunt arte & prudentia: quæ immediate ad vitā/vſum & neceſſitatem ordinatę ſunt humanam. Inuentis enim olim omnibus quæ vſui ſunt/& neceſſitati ſuccurrūt humanæ: Aegyptij ſacerdotes perquirēdis diſciplinis vacare cœperunt / omni vitæ ſemota ſolicitudine. primumq; ferunt tunc mathematicas diſciplinas inuentas fuiſſe. Oportet igitur contēplatiuum eum qui inferiores habet ſcientias: & actiuo & factiuo ipſi ſapienti
15 ſimiliorem eſſe. NEA. Oportet. ¶ THEO. Dic age rurſum: qualem dicis ſapientem? NEA. Maxime omnia ſcientem vt contingit. Et tametſi elemētum percipere videar quo id efficere poſſim: tetamen O Theoretice monſtrāte videor quoquo pacto michi clarius intelligere. THEO. Cū tibi ita ꝑſuadeas: ego id libēs efficiā. Qui ſciētiā habet vniuerſaliſſimā: ōnia maxīe ſcit vt cōtigit. nā q̄ vniuerſale cognoſcit: quoquo pacto cognoſcit & ꝑticulare. q̄d cōtra: nō oportet. NEA. Ita eſt. THEO. Sapiēs autē ſcientiā poſſidet

vniuerſaliſſimam. nam quid vniuerſalius ipſo maxime ente/a quo vniuer-
ſa pendent entia? quæ denicꝫ ratio notione entis vniuerſalior? cuius appel-
lationem nulla effugiunt. NEA. Nichil certe maxime ente vniuerſalius mi-
chi eſſe videtur: vtpote quod exiſtimē vniuerſorum cauſam eſſe. entiſcꝫ notio-
ne nichil iterum michi occurrit cōmunius. THEO. Sapiēs igitur eam ipſam
ſcientiam habens/quæ maxime entis atcꝫ entis notionum eſt: ſcientiam ha-
bebit vniuerſaliſſimam. NEA. Liquido conſtat. THEO. Conſtat igitur etiā:
ipſum maxime omnia ſcire vt cōtingit. NEA. Conſtat ex ijs quæ diximus.
THEO. Scit certe maxime omnia in applicatione ad ea ipſa & rationes ip-
ſas quibus conſiderat: vt ad ens/vnum/verum/bonum/potens/neceſſarium/&
ſimilia. ¶ Qualem iterum eū dicis? NEA. Difficillima cognoſcētem: nullius 16
enim ꝙ ſcitu facilia cognoſcat: ſapiens eſſe cenſebitur. THEO. Verū. Sed ad
propoſitum adduco. vniuerſalia & quæ a ſenſu ſunt remotiſſima: nobis cogni
tu difficillima ſunt. NEA. Nimirum. THEO. At ſapiens/talia vniuerſalia
contemplatur. nam ſuprema illa atcꝫ honorabiliſſima naturę entia: quæ ſo-
la mente adeunda ſunt. NEA. Ea ipſa contemplatur. THEO. Vt enim na
turalis philoſophia mundum ſenſibilem contemplatur/& a rebus variabili-
bus nunꝗ oculum detorquet: ita hæc diuina ſapientia mundum intellectualē
& archetypum nunꝗ admirari deſinit. Putas ergo nos vane dixiſſe: ſapiētē
difficillima cognoſcere? NEA. Non temere: ſed bona ratione id effectum eſt.
¶ THEO. Qualem iterum ipſum putas? NEA. Scientiā habere certiſſimā. 17
THEO. Habet proculdubio: quod hac ratione cognoſcimus. Tres Peripa-
tetici modos ponunt quibus ſcientiarū altera alterā certiorē eſſe contingit. vt
quæ cauſarum eſt: certior ea eſt quam prębet effectus. & quæ intelligibiliū: ea
quā ſēſibilia miniſtrant. & quæ ſimpliciorum: iterū ea quæ compoſitorū exi-
ſtit. NEA. Ita certū eſt. THEO. Quid igitur de ea ſentis ſcientia/vbi hæc tria
conueniūt: vt quæ eſt cauſarū/intelligibilium/& ſimpliciorū? NEA. Certa eſt
admodum. THEO. Et ea quæ maxime cauſarum/maxime intelligibiliū/&
ſimpliciſſimorū omniū eſt? NEA. Hæc cæteras certitudine antecedit: ōniūcꝫ
certiſſima eſt. THEO. Age nunc. Sapientia maxime cauſarū eſt. Nam earū
quæ cauſæ cauſarū ſūt: & quibꝰ nullæ vlterius ſūt cauſæ. & maxime intelligi-
bilium & quæ ſolo intellectus in ſe recepti acumine/vix tenuiter adeunda ſūt:
& ſimpliciſſimorū omniū vt quæ prorſus cōpoſitionis omnis & actꝰ & potē-
tiæ ſint expertia. Sapiens itacꝫ hāc ſapiētiam obtinens/ſciētiā habet (vt dixi-
mus) certiſſimam. NEA. Habet vt diximus. THEO. Dic quæſo bone fili
Neania/ſiquis te adeat ſapientiam traditurus: & opiniones narret/hanc cō
futet vt vnam ꝗcuncꝫ aliam defendat/hanc & hanc quomodocuncꝫ con-
cordet: arbitrariſne talem idoneum ſapientiæ præceptorem. NEA. Indignū
hoc O Theoretice michi eſſe videtur: quandoquidem faſſi ſumus hanc om-
nium eſſe certiſſimam/& opinio maxime ſit incerta/quæ animum huc atcꝫ
illuc euagatum impellit. a qua ſe ſuapte natura explicare cupit: vt oculus
lucem quærens/a tenebris/& puppis naufragium timens/a turbine.
THEO. Non eſt diſſona tua hæc de oculo comparatio. Vis ergo ꝙ hæc
ſcientiarum ſit certiſſima: hinc fieri vt minime omnium opiniones admit-
tat/haſcꝫ ſummopere vitet tenebras. NEA. Ita volo. THEO. Nec in-

iuria ita sentis. Sed talem offendere preceptorem haud facillimum est.
Rara auis in terra est: nigroq; simillima cygno.
Rara auis: & fuluo longe preciosior auro.
Longo tempore a Socrate quæsita / sed nunq̃ inuenta. Quæ nos pertracta-mus O amice: non sunt nisi quædam tenuia præludia ad ipsam sapientiã / & quæ speciẽ tenebrarũ ad ipsã lucẽ referunt.

18 ¶ Sed proficiscamur. Qualis iterum est sapiens? NEA. Maxime singulorum causas assignare potens. nam vniuersalissimas causas / & quæ omnium sunt causæ: ipsum considerare iam concessimus. THEO. Verum quidem concessum est. & q̃uis hac ratio-ne contentus esse possis: addere etiam possumus / sapientem omnia scire vt contingit / concessum esse. NEA. Concessum. THEO. Ex quo iterum effici-tur: vt sapiens / maxime singulorum causas cognoscat. Maxime enim scire arbitramur: cum causas ipsas cognoscimus. NEA. Verum. THEO. Sic ma xime singulorũ sapiens causas assignabit. NEA. Ita est.

19 ¶ THEO. Qualis item sapiens? NEA. Scientiam habens: maxime propter se / sciendiq; gratia expetibilem. THEO. Nec immerito: si scire / propter se esse putas. NEA. Puto. THEO. Et magis scire: magis propter se. NEA. Magis. THEO. Maxime itaq; scire: maxime erit propter se. & maxime scientia: maxime propter se scientia. NEA. Sequitur. THEO. Sapientem autem cõ cessimus: maxime omnium habere scientiam. nam maxime scit. NEA. Cõ-cessimus. THEO. Habet igitur sapiens: maxime propter se scientiam / sciẽ-diq; gratia expetibilẽ. NEA. Habet haud dubie.

20 ¶ THEO. Deniq; qua-lem dicis esse sapientem? NEA. Scientiam habere principalissimam / & om-nium maxime liberam. THEO. An ne putas maxime scientiã / diuinissi-mam / certissimam / maxime omnium causas adducere potẽtem / & quæ cau sæ causarum contemplationi insistit cuius gratia agenda sunt singula (hæc enim est vniuscuiusq; omnino bonum: immo vero iu vniuersa natura opti-mum) principalissimam esse? NEA. Quid ergo ni putem? THEO. Et hãc eandem & quæ maxime omnium propter se sit: maxime liberam? quemad-modum eum hominem liberum dicimus: qui suimet & nõ alterius causa sit. NEA. Ita sentio. THEO. Sapiens autẽ: talem habet sciẽtiã quæ scilicet ma-xime scientia est / diuinissima / illorum diuinissimorum cognituq; difficillimo-rum (vt diximus) entium contemplatrix / certissima / maxime singulorum cau sas assignare sufficiens / causæ causarũ contẽplationi insistẽs / & maxime om-nium propter se. NEA. Hęc omnia vera: modo sit aliquis sapiẽs. sed rarã auẽ esse dicis. THEO. Nichil ad rẽ / sit an non sit: modo esse possit: fit itaq; ex ijs quę cõcessimus: sapientẽ scientiã habere principalissimã / & maximã liberam. NEA. Fit certe.

21 ¶ THEO. Quem sensuum maxime diligimus? NEA. Vi sum. quod satis cognitu promptum esse puto. nam omnes homines natura sci re desiderãt. visus autem maxime sẽsuum / plura nos cognoscere facit: pluresq; rerũq; differentias ostẽdit. nã omnia corpora quodãmodo colore participãt. nosq; maxime sensuũ: sensibilium cõmuniũ is sensus certos efficit. Et reuera / quoties ad lucidam illam beatissimorum entium regionẽ visũ attollo: oculos ipsos diligo / agoq; gratias optimo naturę parẽti / q; me luminibus ad illã felicẽ regionem contuendam ornauerit. THEO. Hæc profecto pietas probanda

est: verum etiam tu/ cum cœlum ipsum intuebare: potius dicere debuisses. O vos beatissimi & optimi huius dilucidissimæ regionis ciues & incolæ/qui his moribundis oculis adiri non potestis: gratias ago vestro/ totiusq; naturæ õniumq; supra cogitatum omnem optimo parenti/vobisq; ipsis/qui michi alterum oculum impartitus est/quo vos cecutiens adeo. ad quos aspiro. hunc michi (tensis brachijs/manibusq; complosis vos oro) illuminate: quo parentē rerum/vosq; feliciter videam/contempler/laudem/& amē. NEA. Verum certe prius ad illum internum oculum cogitare debuissem/ obq; illū fuisse piū: a quo etiam ipsa nascitur pietas. Sed dico: vt michi parum prudenti euenit minus bonum cognoscenti & melioris ignaro. Ex quo coniecto: nō ab re nos maxime sesuum visum diligere/cognoscēdi scilicet gratia & per se. THEO. Recte aperis. nam propter ipsius esse necessitatem/forte putas tactum magis diligendum/ pariter & gustum: & ad plura tum maxime per accidens cognoscēdū/auditū. NEA. Ita ex Aristotelica philosophia sētio. ¶ THEO. 22
Sed tu assūpsisti/ omnes homines natura scire desiderare: vbi michi aliquātisper insistendū esse videtur/an visus faciat scire? nisi forte visionem scientiā esse putes. NEA. Neq; visionem/neq; auditionem/neq; omnino sensum vllum scientiam esse puto. visus tamen sicut & auditus facere scire concedi potest/ vt in instrumentum machinamentumq; quoddam ob nostræ intelligendi conditionis infirmitatem requisitum: qui nichil intelligimus vnq̄ nisi mens nostra sensibilibus sit excita. visus autem inuentioni q̄ accommodissimus est: auditus vero/vt ab altero suscipiatur doctrina. Ad hoc tamen illud assumpseram/ q; vnumquodq; ad optimam suiipsius operationem suapte natura inclinatur: vt fertilis arbor ad optimum quem efficere possit fructū. & suauis/redolensq; plantula: ad suauissimum redolētissimumq; (quem sua afferat natura) flosculum: & si suauiorem pulchrioremq; efficere posset: non impedita arbitror efficeret. THEO. Efficeret īdubie/nec iniuria. Nititur enī vnūqđq;: ipsi sūmo/pulchro/ ipsiq; bono optimo/vt q̄tū fieri potest similius euadat. NEA. scire autem & intelligere: optimā existimaui hominum operationē. homines igitur natura & scire & intelligere inclinantur. quare & ea: natura desiderant. Nichil enim aliud michi coniecto natura desiderare: q̄ ad aliqua/natura inclinari. modo/homo illas optimas suæ naturæ operationes nisi sensus adminiculo consequi non potest: & maxime visus. nichil mirum igitur si illam michi propositionem (quemadmodum etiam in libello notatam videram) assumpserim. THEO. Scite loqui videris. Nam scire & intelligere secundum sapientiam (quæ vtrumq; complectitur) optimę sunt hominis operationes/ optimaq; eius officia. Et vnumquodq; natura suā perfectionem desiderare videtur: non modo summam/sed & eas omnes quæ inferiores/ infraq; summam existunt. meliores/magis: & optimam/ maxime. NEA. Maxime igitur omnis homo se desiderat esse sapientem. THEO. Natura videlicet. & omnis homo ad hoc nascitur: vt sapiens fiat suumq; contempletur/ immo omnium factorem. sicut vnaquæq; arbor vt suo tēpore optimū quem natura potest: afferat fructū. sed neq; omnis homo id assequitur: neq; omnis arbor optimum suæ naturæ semper affert fructum. NEA. Gratiæ O Theoretice optimo rerum omnium parenti:

qui omnem hominem ad tam altum/bonumq; finem creauit / ad ipsum
scilicet contemplandum & amandum.& cum ego de numero hominũ (eius
ipsius pietate) sim vnus:me ad eundem finem creauit. THEO.creauit Nea-
nia & te & me:& gratiæ sint illi.Stude igitur ne similis fias infructiferæ virgu
læ:quæ ad optimum fructum insita / fefellit ortolalum. fructus quem tu &
ego/totius naturæ ortolano debemus:sapientia est/eiusq; secũdum sapientiã
13 cognitio. ¶ Sed adhuc O Neania intactum relictum est/cum nos vna ipsi cõ-
ueniamus/te & me cæterosq; hominum ea que nos perficiant natura deside-
rare:an tale desiderium talisq; naturæ appetitus ad concupiscibilem/irascibi-
lem/an ad rationalẽ partem attineat? hæc enim tria / cõcupiscibilis/irascibilis
& voluntas appetunt quod forte indagine dignũ putas. NEA.dignũ equi-
dem puto. THEO.quid ergo ais:cum tu natura scire desideres/an id desi-
deres parte cõcupiscibili/an irascibili/an volnutate ipsa & rationali? NEA.
Nõ certe michi videtur.nam hæ desiderandi affectiones:appræhẽsionẽ ali-
quam sequuntur.vt appręhenso delectabili cupimus/appręhenso paruipen-
dente irascimur.& voluntas ipsa consilio deliberationeq; freta:rem vult aut
renuit. THEO.Bene sentis de ijs accidentarijs appetitibus qui in nobis sen-
sum cognitionemve sequuntur.sed de ijs quæro qui nobis natura assunt:quo
pacto etiam res inanimæ appetere cõceduntur/vt (quemadmodum dicebas)
qui sit quædã in bonũ suapte natura inclinatio.natura enim semper ad opti-
mũ tẽdit:ad bonumq; ipsius omnis cõatus.Et ea quæ nos ad imperfecta tra-
hunt:præter naturam sunt/& quædam naturæ in sua genitura impeditę in-
ualitudines impotentiæq;.quemadmodum si morbidus homo filium gene-
neret ad paternam corporis inualitudinem pronũ:talis pronitas inclinatioq;
haud desiderium naturæ est/sed ex naturæ impedimento proficiscitur/præ-
24 terq; naturã euenire videtur. ¶ NEA.Ita videtur.& sic forte concupiscibilis/
irascibilis & voluntas iu eo appetitus significationis vsu:natura scire deside-
rant & appetunt. THEO.Cupiditas cupiendiq; facultas desiderat ea quæ
ipsã perficere nata sũt:ad illaq; inclinatur. NEA.Sane. THEO. Nõ etiã ap-
petit ea:a quibus nullo pacto perfici possit? NEA.Minime. THEO.nam ta
lis naturæ conatꝰ:irritus/vacuusq; esset. NEA.Prorsus. THEO. Nũ sciẽtia/
ĩtellectu/sapiẽtia cupiẽdi particula perfici potest? NEA.Non videt. THEO.
Neq; itẽ animosa irascẽdiq; virtus. NEA. Neq; animosa. THEO.Nõ igitur
concupiscibilis irascibilisq; aut scire aut intelligere natura desiderãt/ vt aiebas.
25 NEA.Dubitaui. ¶ THEO.Age videamꝰ nũc:an ad rationalẽ appetitũ &
volũtatẽ/ipsa forte attineãt. NEA.Ita esse opinor. THEO.Hoc cõsideremꝰ:
cuius scire/intelligere/& sapere/scientia / intellectus & sapientia perfectiones
sint. NEA.Intellectus indubie. THEO.Sunt ne in voluntate? NEA.Mini-
me/vt michi videtur. THEO.Sunt ergo intellectus perfectiones. NEA.Sũt
THEO.At modo concessimus/vnumquodq; suam perfectionẽ natura de-
siderare : ad eamq; natura inclinari. NEA.Concessimus. THEO. est igitur
naturæ tale desiderium / pulchrumq; ad bonum conamen ipsius intelle-
ctus. NEA.Oportet. ¶ THEO.An sciẽtia/ intellectus/& sapiẽtia in intelle-
ctu agente an possibili perfectiones sint? NEA.Possibili certe. THEO.
Appetit igitur natura/intellectus possibilis & sciẽtiam & intellectũ & sapien-

tiam.quandoquidem vnũquodq; suam perfectionẽ/natura appetat. NEA.
Necesse est. THEO. Intellectus autẽ agẽs:quid? NEA. Inscius sũ qđ dicam
THEO. Oculus ne suapte natura ad videndum inclinatur:& intellectus
ad intelligendum? NEA. Sic est. THEO. Vbi & ipsa visio:quæ oculi per-
fectio est? NEA. In oculi potẽtia. THEO. Perite. Appetit ne ergo oculi potẽ
tia visionẽ q̃ ipsã perficit? NEA. Appetit. THEO. Et perficit̃ ab ipsa visione:
vt potẽtia. NEA. Vt potẽtia. THEO. Et anima q̃ actus ĩ oculo est:appetit
ne etiã visionẽ ipsã efficere in sua potẽtia? an potius appetit esse vacua/ocio-
saq;? NEA. Minime appeteret se esse ociosam:sed appetit visionem efficere.
THEO. Et visionem efficere nunquid non ipsius illic inexistentis animæ
perfectio est? NEA. Est. THEO. Et magis quidem q̃ visionem in se vt
potentia recipere:quandoquidem aliquid magis agendo assimiletur bono
optimo/summo rerum omnium authori/q̃ patiendo. magis igitur anima
oculi visionem appetit/q̃ eius potentia.quia visio ipsa magis sit ipsius ani-
mæ perfectio:si vera sunt quæ supra concessimus. NEA. Oportet. THEO.
An intellectus possibilis: scientiam/intellectum/aut sapientiam efficiat?
NEA. Non. sed recipit/vt potentia oculi visionem. THEO. Quid ergo
efficit? NEA. Intellectus agens. THEO. Vt anima in oculi potentia efficit
visionem? NEA. Itidem. THEO. Appetitne intellectus agens in possibili
esse vacuus ociosusq;? NEA. Minime vt michi videtur:q̃to bono optimo/sũ-
me pleno lõge similior euadit. THEO. Rationem habes. Appetit igitur sci-
entiam/intellectum & sapiẽtiam in sua potentia efficere:talesq; sibi pulchras
parare perfectiones. NEA. profecto. THEO. Talesq; admodum pulchras
& bonas operationes facere:est ne ipsius perfectio? quandoquidẽ similior est
per idipsum summo ex se semper sũmam gignenti sapientiam:& magis qui-
dẽ q̃ pati. NEA. Proculdubio. THEO. Cũ itaq; scire/ ĩtelligere & sapere in-
tellectus agentis sint perfectiones/& magis(vt mecum concorditer sentis) q̃
ipsius possibilis:intellectus agens etiam illa appetit/& vel magis q̃ ipse possi-
bilis. NEA. Ita certe est. THEO. Appetit igitur scientiam/intellectum & sa-
pientiã intellectus possibilis vt potentia:& intellectus agẽs vt efficiẽs. ¶Sed 27
quando tam lõge digressi sumus:paululum adhuc longius progrediendum
est. Si quis te percontetur cupide literarum adolescẽs/cum omnes homines
& scire & intelligere & sapere natura cupiant/& tale naturę pulchrum desi-
derium ipsius intellectus sit & agentis & potentiæ:an appetitus talis intel-
lectus potentiæ/sit ipsemet potentiæ intellectus? an affectio quædam illi na-
tura inhęrens? quid responderes? NEA. Me huius quæstionis enodandę in-
eptum:meq; huius rei inscium esse. THEO. Age.dic quãdo oculus ad vidẽ-
dum natus sit:anima quæ in oculo est/natura visionem appetit. NEA. Cõ-
cessum. THEO. An seipsa an affectione quadam quæ ipsi insit? NEA. Se-
ipsa: vt michi videtur. THEO. Et intellectus agens:scire intelligere & sa-
pere appetens? NEA. seipso etiam.nã actus sunt:quorum nõ est pati & re-
cipere/sed agere. THEO. Probe. paterentur enim.non igitur ad natura ap-
petendum:affectio quædam requirirur. NEA. Nõ in actibus. THEO. Et
potẽtiæ seipsis se habent ad patiendũ & recipiendũ:vt actus ipsi seipsis ad a-
gẽdũ. NEA. Apparet. THEO. Sicut igit̃ act9 ad naturalẽ agẽdi appetitio-

nē affectionē nō requirit/sed anima ī oculo & suus natura vidēdi appetitus
subiecto sunt vnū/sola vero ratione duo/& intellectus agēs & suus sciēdi/in-
telligendi/& sapiendi naturalis appetitus consimiliter:ita potentia ad natu-
rale patiendi desiderium haud affectionem requirit quæ quidē ille ipse sit ap-
petitus/sed potentia taleq; desiderium subiecto sunt vnum/& sola ratione
dissona.NEA.Bona ratione videtur ita esse sentiendū.Sic enim suapte na-
28 tura & non per alterū:suā perfectionem appetere cognoscentur.¶THEO.
Sed modo/an appetitus ille sciendi/rationalis appetitus existat:nondum dis-
cussum est.dixisti tamen scientiam/intellectū & sapientiā non esse in volunta
te.ex quo non conficitur voluntatē illa/natura nō appetere:cū etiā illa eadem
in intellectu non sint agente/quem tamen probauimus/illa/natura appetere.
NEA.Non plane sentio:quo se sit vertendum.THEO.An voluntas scien-
tiam amat/intellectum/& sapientiam?NEA.Amat.THEO.Nonne natu
ra/illa amat & magis forte virtutibus ipsis:quæ in ipsa existentes ipsam per-
ficiant?NEA.Videtur.Nam magis bonum:magis natura amat.THEO.
Et illa/natura amare:estne ipsius voluntatis perfectio?NEA.Est.THEO.
Quanto similior hoc ipso euadit ipsi summo bono:qui est infinitus amor/
infinitaq; amandi ratio.NEA.Certe.THEO.Appetit igitur voluntas ra-
tionalisq; appetitus/natura scientiā/intellectum/& sapientiam/scire intellige-
re/& sapere.immo voluntatē ea/natura amare:est illa eadem/natura appete-
re.NEA.Michi certe videtur.THEO.Vt scilicet amice/sunt amabilia/volū-
tateq; affectabilia.NEA.Hæc ita sese habere michi pulchre videre videor.
29 ¶Sed O Theoretice cum hæc quæ diximus intellectus agēs/intellectus pos
sibilis/& voluntas/natura desiderent:an tria sunt re ipsa distincta desideria:
an reuera subiecto essentiaq; sunt vnum:cuius esse & rationes diuersæ sint/
vel quomodo aliter?THEO.Chare Neania an intelligis animā (quæ vt se-
paretur facta est separataq; operetur) proprium actum propriamq; poten-
tiam habere?Potentiam dico ab hac sensibili/corporea & desecabili potētia
alterā/quæ quidem vere in se constet non fluxa/non marcessibilis/distrahibi-
lisq;:virtutibus/scientia/ipsaq; deniq; sapientia adornabilis?& illum actum:
illam non esse potētiam?NEA.Ex philosophia didici.THEO.Intellectū
agentem dicisne actum illum esse?NEA.Dico.THEO.Et appeti-
tiuum dicisne suum esse appetitum?NEA.Probatum est.THEO.Et in-
tellectum possibilem dicis etiam esse potentiam illam:quæ in se vere constet
indefluxa semper/semperq; substantia eadem?NEA.Dico.THEO.Et cū
appetat:dictum ne est suū esse appetitū?NEA.Dictū.THEO.Et iā con-
sensisti animæ nostræ actum:propriā eius non esse potentiā.NEA.Cōsensi
THEO.Non est igitur ipsius intellectus agentis desideriū/ipsi scilicet actui
idem:intellectus potētię desideriū qđ quidē potētiæ idem est.NEA.Certe.
THEO.Sūt igitur subiecto/essentia/req; ipsa itellectus agētis & intellectus
30 potētiæ:duo distincta/diuersaq; desideria.NEA.Oportet.¶THEO.An
putas animæ nostræ vnicum vere actū/vnicāq; vere esse potentiā?qui qui-
dem animæ actus in propria potentia rationales intelligendi/memorandi &
(vt ita dicam) volendi facit operationes quas potentia ipsa recipit:& actum
illū vna/simulq; cū potētia constituere intellectū/memoriā rationalē/& volū-

tatē/vultum ſcilicet diuini luminis ſupra nos dei pietate ſignatū? queadmo-
dum anima ſimul cū oculi potētia conſtituit oculū/& illa eadē cum ſimili po
tentia auditum & odoratum. NEA. Audiui. Sed hæc eadem a te repetita
fuiſſe: michi q̄ gratiſſimū eſt. THEO. Intellectus igitur/memoria & volun-
tas hac ratione: ſubiecto eſſentiaꝗ ſunt vnū & ratione tria. quemadmodum
guſtus/tactus/& appetitus in lingua. NEA. Fit ita. THEO. Nō igitur ap
petitus voluntatis & appetitus intellectus ſubiecto eſſentiaꝗ diſcrepant/ ſed
ratione ſola: ſed omnibus ſubiectum eſſentiaꝗ eſt eadem. vt agens agenti/&
potentiæ poſſibili/& totius toti. NEA. Apparet. THEO. Et vt de volūta-
te prælocuti ſumus: ita de illa rationali fœcundaꝗ memoria ſentiendū eſt.
¶NEA. Sed tu nū ponis plures intellectus/voluntates/& rationales memo 31
rias: cū ipſorum cuiuſlibet ponas agens/poſſibile/& totū? THEO. Non fili.
ſed cum dico intellectum agentem: perinde eſt ac ſi vocē animā in oculo oculū
agentem. Et cum voco intellectum poſſibilem: perinde eſt atꝗ ſi vocarē ocu-
li potentiam oculum poſſibilem. non tamen dico ſimpliciter animam quæ in
oculo eſt eſſe oculū: neꝗ potētiā oculi eſſe oculū. ſed oculus nomē totius eſt:
& actus & potētiæ ſimul. Ita neꝗ ſimpliciter dico intellectū agentē eſſe intel-
lectum: ſed intellectum agentem. neꝗ intellectum potentiæ eſſe intellectum:
ſed intellectū poſſibilem. Et ita de memoria agente & poſſibili/volūtate agē-
te & poſſibili. ſed intellectus: nomen totius & actus & potentiæ ſimul eſt. &
rationalis memoria & voluntas. NEA. Sic ergo intellectus agēs & actus in-
tellectus idem ſunt: & intellectus poſſibilis & potentia ipſius intellectus idē.
& voluntas agens & actus voluntatis. THEO. Prorſus vt ais omnino et
in his & reliquis conſimiliter. NEA. Q̄ pulchre michi confirmare videris:
quæcunꝗ de anima maxime ſcitu digna putaui. ¶Sed O Theoretice: non 32
ſim tibi moleſtus/ ſi hac de re vnum quiddam ſciſciter. THEO. Sciſcitare.
NEA. An ſicut intellectus agens & poſſibilis pariter vnū conſtituunt intel-
lectum: ita appetitus agens & appetitus potentiæ vnum conſtituant appe-
titum? THEO. Prorſus. NEA. Totus ergo animæ actus vna cum tota ani
mę potentia: vnum conſtituunt appetitum. THEO. Vt ais: qui vnus eſt pa
riter et trinus. NEA. Ratione ſcilicet: intellectus/ memoriæ/ et voluntatis.
THEO. Sic eſt. Et iterū eorum quilibet cū vnus ſit: pariter trinus. NEA.
Re tamen puto: actus ſcilicet/et potentiæ/et totius. ſed quem exiſtimas per-
fectiorem et magis vnum: an actus/potentiæ/an totius? THEO. Quod ex-
iſtimas perfectius magiſꝗ vnum: lineā/ſuperficiem/an corpus? NEA. Cor-
pus profecto: quod pulchro ternario perfectum eſt. Idipſum/vt qui longe vi
dere ſim ineptus: haud percipiebam totum totiuſꝗ appetitum ſuo pulchro
ternario cōſurgere perfectum. itaꝗ naturam immo vero ipſum naturæ opi-
ficem: perfectum omne/ſuo ternario cōplere. Et adhuc ternarium intellectus
memoriæ et voluntatis perfectiorem eſſe/ quandoquidem ſit magis vnus.
THEO. Diuinum ingenium michi habere videris. ipſum excole: vt ipſum
in ſuo (quod vides) perpulchro/perfectoꝗ ternario/ et tribus perfectis ſine
quacunꝗ ipſorum adinuicem compoſitione ſubſiſtēte/cum omnino ſubſtā-
tia ſint idem: ad illud perfectiſſime vnum et trinum ſeſe erigat/et digno cō-
templationis officio/vbere memoria/ pio perfectoꝗ amore proſequatur. ſu-

perant ne tibi alia quæ quæras? NEA. Nulla. THEO. Vis ergo ea quæ diximus/paucis recolligamus: vt firmiori memoriæ mandes? NEA. Maxime. THEO. Quaſi a propoſito per ociũ ludentes: longius euagati diximus.

Omnem hominem maxime natura deſiderare eſſe ſapientem.

Id naturæ deſiderium non eſſe concupiſcibilis/iraſcibilis/aut rationalis particulæ: ſenſum/cognitionemve ſequens

Qꝫ non ſit concupiſcibilis partis aut animoſæ: vt & quædam naturæ inclinatio eſt.

Qꝫ talis naturæ appetitus quo ſcire/intelligere/ & ſapere natura deſideramus: ipſius ſit intellectus.

Intellectum poſſibilem vt potentiam ſcire/intelligere/& ſapere/natura deſiderare: agentem vero magis & vt efficientem.

Tale pulchrum naturæ deſiderium: non eſſe affectionem quandam intellectui aut agenti aut poſſibili natura inhærentem.

Qꝫ voluntas/rationaliſqꝫ appetitus/ſcientiam/intellectum/& ſapientiam natura deſideret: vt ſcilicet amabilia/voluntateqꝫ affectabilia ſunt. & rationalis memoria: eadem vt memorabilia ſunt appetat.

Intellectꝰ agẽtis appetitũ re ipſa ab ĩtellectus poſſibilis appetitu eſſe diſtĩctũ.

Naturalem voluntatis appetitum & intellectus: omnibus conformibus modis ſubiecto idem eſſe/ſola ratione plura/vt agens idem eſt agenti/& patiens poſſibili/& totus toti.

Qꝫ non plures ſint intellectus/non plures rationales fœcundæqꝫ memoriæ/aut voluntates: et ſi in vnoquoqꝫ eorum agens/poſſibile/ & ex his totum ſubſiſtens reperiatur.

Qꝫ appetitus agens & potentiæ: vnum conſtituant appetitum.

Item totum noſtræ animæ actum cum tota ipſius potentia: vnum cõſtituere appetitum/qui vnus eſt pariter & trinus. NEA. ſubiecto ſcilicet vnus et ratione trinus. THEO. ſcilicet.

Deniqꝫ quemlibet illorum trium vnum eſſe: et re ipſa eſſe trinum. Hæc omnia breuiter perſtrinximus. Curemus modo vt reliqua abſoluamus. NEA.

33 Curemus. ¶ THEO. Quibus potentijs regũtur animalia? NEA. Muta animalia id eſt ſermonis expertia quæ bruta nominamus/plurimũ imaginationibus & memoria viuunt: homo vero prudentia et arte. THEO. Immo vero O Neania bruta his tribus/ſenſu/ſenſuali memoria/et appetitu viuũt/ in ſuaqꝫ diriguntur vita: et homo intellectu/ rationali memoria/ et voluntate. Nam vnumquodqꝫ natura viuit: vt ꝗ optimas ſua affert natura operationes efficiat. Sic enĩ illi maxime bono ad quod omnia reſpiciunt/et ad quod omnia tendunt: ſimilius euadit. Optimę autem operationes ab optimis proficiſcuntur potentijs. viuit igitur vnumquodqꝫ ſecundum optimas ſuiipſius potentias. Atqui meliores potẽtias ſenſu/ ſenſuali memoria/ ſenſualiqꝫ appetitu bruta nullas habent. et homo diuiniore ſorte potitus: intellectu/ rationali fœcundaqꝫ memoria et voluntate. NEA. Verum. THEO. Viuunt igitur bruta ſenſu/ſenſibiliqꝫ memoria/et appetitu. Et homo diuiniorem ſuæ naturæ ſortẽ ſequens: intellectu/rationali memoria/et voluntate. NEA. Nẽpe. ſic enim vtraqꝫ in ſuo ternario pulcherrime illam ſummam (ꝗ optime poſ-

ſunt) imitantur vitam. THEO. Ita eſt amice. ſolus homo eſt qui ſuæ diui-
nioris naturæ conditione neglecta: ſponte deuiat. quicq; mauult bruto viue-
re ſimilior/ſenſum ſenſualeſq; memoriæ et appetitus ſequẽs perturbationes:
q̄ in diuina vultus diuini ſorte/ſuo perfectiſſimo aſſimilari principio. vt hinc
intelligas bonū pendere et malum/præmium atq; pœnā. Sed vide: ne te fece
ris bruto inferiorem/quod nunq̄ ſponte deuiat a ſui principij quantūcunq;
poteſt aſſimilatione. itidem & cæteræ res/ſenſus rationiſq; immunes. NEA.
Ipſum oro omnium principium: vt me ſemper/ex me quidem fragilem & in-
firmum erigat ad ſe/ & ad ſibiipſi ſapientia/iugi fœcundaq; recordatione/ &
amore (quantumcunq; ipſe me capacem fecerit) aſſimilandū. THEO. Piū
tuum deſiderium. Sed procedamus. ¶ Quæ animalia diſciplinabilia ſunt? 34
NEA. Quæ auditum & memoriam habent. nam talibus aliqua ſignifica-
re poſſumus: per quæ vſui directioniq; reddantur aptiora. THEO. Et ma-
xime omniū homo: cui non modo terrena/ caduca/ ad horamq; labentia ſi-
gnificantur: ſed cœleſtia & æterna. NEA. Ita eſt. ¶ THEO. Quæ pruden 35
tia? NEA. ſenſum/& memoriam habentia. nam hæc futurorum videntur
eſſe prouida. THEO. Quæ etiam parum memoriæ participant: vt apes ſi-
bi hexangulas domos frabicantes/Phalangius in cibi venationem ſubtiliter
telam texens/& formicæ quæ ſibi cibum in æſtate aggerant ne hiemis aſpe-
ritate aduentante domentur deficiantq;. ad quarū prudentiam contemplan-
dam: ſapiens/imprudentem & pigrum mittit. NEA. Ita eſt. THEO. Et ſi
auditum non participent/ſed quelibet ſenſum alium: quid tum? NEA. Pru
dentia quidē erunt: ſed nondum diſciplinabilia. nam ſenſu diſciplinæ carent.
THEO. Cognoſcunt ne talia rationis expertia futurū: cuius tamen gratia
agere videntur? NEA. Minime. nam ipſorum virtus cognoſcendi ſuprema:
imaginatio eſt/quæ ſolum præſens & præteritum attingit. THEO. Probe
admodum. non igitur prudentia ſunt: quia præterita futuris cōnectant ac cō-
parent. NEA. Ita dicendum. nam ipſa vtrunq; extremum & præteritum &
futurū cognoſcere oporteret. iam autem ea conceſſimus non cognoſcere fu-
turum. THEO. Memoria igitur: in ipſis parum facit ad prudētiam. NEA.
Scilicet. THEO. Immo etiam et ſenſus & memoriæ expertia: veſtigiū pru
dentiæ in ſe gerere videntur. vt arbores cum folia in cooperimētum fructus/
& pulpam & duriorem teſtam in ſeminis defenſionem proferūt. vt vitis cū
capreolos producit: quibus tanq̄ manibus/robuſtioribus ramis hæret cū ſei-
pſam vi propria fulcire non poſſit. ſic piſum/ſic cucurbita/ & id genus fragi-
lia/cum ſeipſa per ſe ſuſtentare non poſſint: proferunt ſuæ ſuſtentationis ad-
minicula/tanq̄ quædam prudentiæ indicia. ¶ Sed quæro ſi quodnam ani- 36
maliū præſentia/præterita et futura diſcernat/ ad inuicē cōferat/ & ex præ-
ſentibus & præteritis futurorū facile ſibi cōiecturā ſumat: ipſū ne prudētius
cæteris tibi eſſe videretur? NEA. Videretur. Et ſuſpicor te velle hominē di-
cere. THEO. Sine. Nōne tibi videtur illud (quodcunq; fuerit) propriam ha
bere poſſe prudentiam: modo rationem haberet ad conſultandum de pro-
uidentia futurorum/quæ prudentia ipſa reſpicit? NEA. Immo etiam eius
ſola prudentia/propria eſſet: vt quæ eſſet actiua recta cū ratione circa ipſius
totius vitæ bona/quæ non ſine futurorum conſilio eſt. Et aliorum inferiorū

prudentiæ omnes impropriȩ sunt: & quæ longo interstitio/et tenui quadam similitudine illius imitantur imaginem. THEO. Nonne tibi mirum videtur/si hanc similitudinariam habentia prudentiam/in suo ipso tenui admodum prudentiæ vestigio semper imitantur summā prudentiam/nec vsq̄ deuiant: hoc vero in propria & (vt ita dixerim) aliorum comparatione vera/minus ipsam imitetur? NEA. Id monstrum est: præterq; naturam contingere videtur. THEO. Ita tamen amice est. O nostram miserandā sortem. Haud male suspicabaris me hominem intelligere voluisse. Constat enim ipsum omnium mortalium disciplinabilissimum/prudentissimum/& optimum: qui solus omnium suam naturam non sequitur/suæq; naturæ benignitatem negligens ea abutitur. cuius mali causā esse/reor: q; seipsum nō cognoscit. Magna profecto sapiētia est (vt vel id oraculo concedamus) seipsum cognoscere. Tu teipsum O fili Neania cognoscere stude: & te animaliū natura māsuetissimū & prudentissimū esse memento. Talis enim: natura quilibet homo est. & tuȩ naturæ benignitatem semper sequere: admoneq; cæteros æquales tuos/vt seipsos cognoscant/& quales sunt natura videant/& ad sapientiam pariter (vt
37 tu) aspirent. ¶ Sed videamus an ipsum summe sapiens quod ōnia largitur abunde: nobis etiam ipsam sapientiam concesserit possidendam. NEA. Supra concessimus/in huius operatione hominis finē consistere. THEO. Dictum quidem est & verum. Quod non omnibus tamen ita esse visum est. tū quia maxime sapientia libera est: hominis autem natura multis modis/ipsis serua visa est. NEA. Si hominis naturam respiciamus (ita ex ijs quæ me modo docuisti coniecto) omnium mortaliū vel maxime liber est: & suimet causa. ita vt totius naturæ opifex opus suum inter mortalia in homine perfectissimum consumasse videatur. Si autem ex accidenti seruus fiat: parum firmū est argumentum. nā & talem/natura existimamus sapientiam: & non ex accidenti. THEO. Aiunt præterea deum solum: hunc sibi vendicasse honorē. & reuera deus summe sapiens est. sed de illa summe sapientia/qua deus solus vt est seipsum cognoscit: sermonem non agitamus. Sed de illius summæ & verissimæ sapientiæ remotissima similitudine: qua ipsum quātum nobis concessit esse fœlices/mente adimus. NEA. De similitudine scilicet agimus/cuius deum solum non possint dicere possessorem: qui eam ipsam omnis sapientiæ possidet veritatem/vt modo dicebas. THEO. Mitto q; nonnulli dicant: deum inuidere tantum bonum a mortalibus possideri. quandoquidem omnium rerum optimo parenti ipsiq; summæ beneuolentiæ inuidiam ascribere: maximum sit nefas. Estq; id poetæ dictū. euenitq; hoc in loco vt vetus prouerbium docet: q; multa mentiantur poetæ. Dicebāt præterea sapientiā q; maxime diuina/maximeq; honoranda sit: soli maxime diuino et honorando (qualis solus deus est) conuenire. ipsumq; summe diuinū & honorandum deum esse: & ipsam summe diuinā & honorandā sapientiā/esse deā. Quæ de ipsa summe sapientia/immo omnis sapientiæ veritate & æterno exēplari verissime dicuntur: non autē de nostra hac similitudinaria/ quæ nos in ipsius veræ contemplationē rapit & aduocat. Quā solā: cæterarū sciētiarū a nobis in hac caduca vita possideri possibiliū/probauimns diuinissimā/maximeq; venerandā. Sed tu dicito. Nōne homines auspicati sunt phi-

losophari:quando apparuerunt aliqua quæ ipsorum animos in admiratio- nem traxerunt:vt solis ad nos conuersio & diuersio:nunc solis & lunæ terrifici defectus/ostenta in aere visa.NEA.Ita inceperũt:vt opinor.THEO. Et admiratio:nunquid sine ignorantia est? NEA.Non.THEO.Et naturaliter cupiunt illo ignorantiæ vinculo solui.NEA.Scilicet.THEO.Quãdo vnũquodq̧ natura suũ bonũ appetat:illo autẽ solui bonũ sit.& non minus diuina admirari cœperũt:vt an hęc sensibilis machina/temeritate quadã facta sit/sempiternosq̧ ea ipsa perciat motus/an intelligentia/ sapientiaq̧ aliqua gubernetur.& an huius pulchri rerum ordinis vnus author/vnus gubernator/an plures.arbitrarisne ipsos hæc & similia cognoscere fuisse accẽsos. NEA.Longe magis q̃ sensibilia ipsa:immo vero maxime vt michi videtur. Nam ego (quem ipsorum comparatione cæcutientem talpam reputo) horũ sempiternorum desiderio magis q̃ dici queat accendor. THEO. Sic accenduntur amice qui mentem puriorẽ habent minusq̧ corpore/ corporeisq̧ perturbationibus occupatã. hæc autẽ:sine sapitiẽa cognosci nõ possunt.NEA. Haud aliter.THEO. Putas appetitum illum & naturale illud desideriũ irritũ/vacuũq̧ esse posse? NEA.Minime.THEO. Nam summa illa plenitudo: omnibus in rebus ociositatem vitat.vt in rebus sensibilibus:corporum/ magnitudinumq̧ vacuum.Possessores igitur sapientiæ esse possumus. & hic nobis:ad nostrum principium/ad vniuersorum omnino bonum/relictus est aditus. NEA. Hæc proculdubio admiratio/ admirationeq̧ suscitatus appetitus:in melius decũbit.gratiæ sint illius largitori. THEO. Gratiæ.nosq̧ naturam (quam nobis vsq̧adeo bonam munificus concessit) omni ex parte perficere iuuet.NEA.Iuuet.THEO.Sed sunt ne alia quæ nũc tibi occurrãt expediẽda? NEA.Nulla.THEO.Quæ supersunt:reliquorum sunt librorum/& quæ maius ocium requirunt.tibi autem nunc forte paruum est: & michi itidem.sol (non longa mora futura est) a nobis suum substrahet aspectum.NEA.Verum ais O Theoretice.sed aliquando alias cum se temporis oportunitas vltro dabit:non te michi difficilem præstabis/ quo minus ea quæ superant/michi nõ manifestes.THEO.Me semper/modo sit temporis occasio:non modo facilem sed q̃ facillimum habebis. Vale. NEA. Et tu O optime Theoretice nũc vale:in futurumq̧ rursus tu semper optime valeto.

¶Primi dialogi metaphysicorum introductorij finis.

¶Secundus dialogus metaphysicæ introductionis.

THEORETICVS.NEANIAS.


SErus aduenis O Neania.NEA.Serus O Theoretice. nam pater meus hac ex vrbe modo rus cõcessit:qui me etiã plusq̃ velim remoratus/detinuit. attamen si quid ocij tibi suppetat (codicem attuli) a quæstionibus ordire:& qua velocitate voles transige.THEO.Ita optime fili:& decet & oportet. nã nos temporis angustia premit. ne ergo multa prælocutione

1 tempus vane absumamus. ¶ Dic age. quid est causas esse secundū speciem
infinitas? NEA. Si petas quid rei: nichil est. At si quid nominis: infinitæ se-
cundum speciem dicerentur/ si ipsarum infinitæ essent species. THEO. Quo
pacto? NEA. Vt si esset materia/ forma/ efficiens/ finis/ exemplar/ species a
prædictis altera: A B C D E F semper novę a prioribus & sine statu cau-
2 sæ. THEO. Probe. ¶ Quid est eas ipsas infinitas esse secundum directum?
NEA. Quid rei nichil est: nam neq; sunt/ neq; esse possunt. at quid nominis/
respondeo infinitas esse secundum directū: si in vnaquaq; causarū specie ab
vna in aliam alterius naturæ: semper sine statu procederetur. THEO. Quo
pacto intelligis in vnaquaq; causarū specie? NEA. In quolibet quatuor cau
sarum genere vt in materia/ in forma/ in efficiēte/ atq; fine. THEO. Id ergo
in materia pande. NEA. Materiæ scd̄m directū infinitę dicerent̄: si vna fie-
ret ex alia/ quæ iterum fieret ex alia/ neq; vnq̄ vllum assequi valeremus ter-
minū. vt si hoc/ vt terra/ fiat ex aere vt materia/ & aer ex igne/ & ignis ex A
vt ex materia variæ diuersæq; naturæ/ & A ex B/ & B ex C/ & ita sine statu:
materiæ illæ secundū directum abirent infinitæ. THEO. Pande in forma.
NEA. Formæ secundū directum in infinitū prodirent: si aliqua forma per
aliam & alterius naturæ formam subsisteret/ quæ iterū esset per aliam/ neq;
vnq̄ in vltimam decumberetur. THEO. Id in efficiente. NEA. Causæ ef-
ficientes secundū directū infinitæ dicerentur: si effectus fieret/ enasceretur q;
ab aliquo/ quod iterū ab alio/ nullo tandē termino reperto. THEO. In fine.
NEA. In fine conformiter. vt si hoc gratia huius fiat/ quod iterū alterius gra
tia fiat/ nusq̄q; decumbat: series finiū secundum directum probaretur infini-
ta. essent enim secundū directū infiniti: si effectus alicuius gratia fieret/ qd̄ ite-
rum alterius gratia fieret/ neq; vnq̄ vbi stemus/ terminū finemq; habeamus/
qui alterius non sit gratia. THEO. Facis O Neania vt ingenui iuuenes fa-
cere solent: qui nunq̄ nisi præmeditati præceptorē adeunt. Hinc fit vt ad sin-
gula quæq; quæsita/ egregie sciteq; respondeant: in graues tandē & scientifi-
cos viros euasuri. Ita ne est? NEA. Ita. præmeditatus aliquātulū me tibi ob-
3 tuli. THEO. Tanto expeditius singula trāsigemus. ¶ Dic ergo quot nos a
veritatis perceptione disturbant præpediuntq;? NEA. Quinq;. Cōsuetudo
audiendi falsa/ eruditioq; non recta. Recte docenti assentire nolle: nisi quod
dicitur/ is qui dixerit vt mathematicus monstret. Nulli fidē præstare nisi sen
sibile sit/ sensibilive constet argumento. Nulla recipere nisi alicuius vrgēte au
4 thoritate. Non posse nisi parua degustare. ¶ THEO. Age nūc. An causæ
secundum speciem infinitæ esse possint? NEA. Nō possunt. nam omnes cau-
sas/ quatuor causarū speciebus materia/ forma/ efficiēte & fine complectimur.
Nō itaq; hoc pacto sunt infinitæ. THEO. Satis de specie diuidua respōdi-
sti: de indiuidua autē non satis. NEA. Nondū teneo quid respondendum sit.
5 ¶ THEO. Proficiscamur igitur. & cedo an materię: rectitudine prodeāt in-
finitæ? NEA. Minime. nam bifariā dicimus ex aliquo aliquid fieri. Primo.
sicut ex imperfecto fit perfectum. quemadmodū ex puero dicimus fieri virū:
& ex Isthmijs olim ludis gentilicio quidem errore Neptuno dedicatis fie-
bant Olympia. et ex & post: hoc in loco eandem significantiam retinere vi-
dentnr. Secundo. ex aliquo fit aliquid per generationem. at neutro dictorum

modorum proceditur rectitudine in infinitum. In primo quidem: cum ex
imperfecto fit perfectum/vt cum ex puero fit vir. nam idem eſt ex quo fit &
quod poſtea perfectum eſt.nō itaq̧ hoc modo proceditur in infinitum. nam
ſemper ad aliud/ alterius/ diuerſæq̧ naturæ procedere oporteret. et ſi quod
fit & ex quo fit eadem non ſint:extrema determinata habent imperfectū &
perfectum.at determinatis extremis: media quibus ab vno in aliud proce-
ditur infinita eſſe impoſſibile eſt.Quippe quæ nunq̄ tranſiri poſſent.cū igi-
tur fiat hoc ex hoc primo:ſeriei proceſſus non abit infinitus. THEO. Recte
ais.NEA.Neq̧ quidem cum hoc fiat ex hoc generatione/ & ſecundo. Pri-
mo.quia illic extrema eſſe & non eſſe:determinata ſunt. vbi autem extrema
determinata ſunt:media in infinitum prodire nequeunt.Secundo. quia cum
hoc ex hoc generatione prodeat:ad conſimilia tandem fit reflexio. Atqui ſi
hoc pacto materiæ procederent infinitæ:ſemper ad alterius naturæ materi-
am/ſine reſilitione aliqua proficiſcerentur ac irent.nō itaq̧ materiæ ſecundū
directum procedunt infinitæ. Tertio.quia cū hoc ex hoc generatione ſurgit:
materia eadē numero eſt.& quod in vnius generatione ſumitur:ab altero in
corruptione dimittitur. THEO. Naturalis inſtitutio/ huius rei fidem fecit.
NEA. Et materia ingenita eſt atq̧ incorruptibilis:& primum rerum ſenſibi
lium ſempiternum .non igitur poſſunt materiæ in infinitum/ſecundum dire
ctū procedere. ¶THEO. Hoc pacto de forma an rectitudine in infinitū 6
prodire queat:expedi.NEA.Hæc michi hactenus facilia viſa ſūt:ſed timeo
ſequentia/ me maiore difficultate premere.ſentio tamen reſpondendum eſ-
ſe:formas ſecundum directū haudquaq̄ infinitas euadere poſſe.Primo. quia
ſi hoc pacto infinitæ euaderent formæ: diffinitione complecti non poſſent.
hoc autem irrationabile eſt.Non igitur hoc pacto euadunt infinitæ. attamē
haud plane intueor: quo pacto forma propterea diffinitione complecti ne-
queat. THEO. Nec hoc quidem facile.ſed an putas aliā deberi formæ ap-
plicari diffinitionem:præter eam qua ſignificamus formam dare eſſe rei/rēq̧
cōſeruare in eſſe? NEA.Nullam aliam.THEO.Albedo quæ quædam for
ma eſt:quale dat eſſe? NEA.Albū.& ipſa præſens:albū cōſeruat.THEO.
Nunquid dat aliud eſſe? NEA. Nullum. THEO. Et dulcedo dat eſſe.
NEA.Accidētale ſcilicet:eſſe dulce.THEO.Et nullum aliud? NEA. Nul
lum quod norim.THEO.Si albedo eſſet per dulcedinem & per nullum
aliud/quid ais tū:nūquid poſſet albedo dare eſſe quod non haberet? NEA.
Non michi videtur.THEO.Et habet ſolum eſſe dulce. nam eſt per dulce-
dinē.NEA.Eſt.THEO.Nō dabit igitur eſſe:niſi dulce.NEA.Michi qui-
dē ita eſſe videtur.THEO. Age nunc.forma ſubſtātialis qua de nunc agi-
mus: dat eſſe/ & verius quidem/ veriuſq̧ conſeruat.NEA. Verum id eſt.
THEO.Sed id & quæ hactenus dicta ſunt:intelligo vbi formæ finitæ ſūt.
Nunc autē ponamus earum ſeriē in infinitum excedere.vt ſit A per B/& B
per C/ & C per D & ita ſine termino.NEA. Admitto. THEO.A non
habet eſſe niſi per B:ſicut album non habet eſſe niſi per albedinē. Atqui B
non habet eſſe niſi per C.non igitur B dabit ipſi A aut alicui aliorum eſſe
B.nam nichil dat alicui eſſe quod non habet.neq̧ dabit eſſe C. nam C nō
habet eſſe niſi per D.D enim ipſi dare eſſe admittēdo proceſſum formarū

infinitum concessum est.et nichil dat ipsum esse quod non est. cum igitur C non potest alicui dare esse C:tanto minus B dare & C potest. & ita de D & quolibet aliorũ argumẽtabor.NEA. Ita omnino.sed quid tum inuenimus. THEO.Nullã earũ dare esse.q̃ si nõ dant esse:neq; rem saluẽt/conseruẽtq; in esse.NEA.Indubie.THEO.Si igitur formæ infinitæ euadẽt/ diffinitione haud cõplectentur:quandoquidẽ illa quæ maxime omniũ ipsis conuenire videtur/ipsis nullo pacto aptari/applicariq; queat.NEA.Michi sic esse oportere:iam ratione satisfactum esse videtur.THEO.Et eodem pacto intellige rationes quibus diffinitio cõpletur:infinitas euadere nõ posse.est enim ratio: forma quædã.NEA.Perpendo/hoc modo intelligentẽ:infinita transire non posse.THEO.Perge igitur reliquas rationes absoluere.NEA.Vt vis.Secũdo.formæ:infinita/interminataq; serie nõ prodeũt.Nã in illis formis semper magis esse deberet quæ prior esset/& quæ ãte:ea quæ deinceps.& prior posteriori dare esse.at vbi non est primũ:neq; hoc pacto prius & posterius est. THEO.Et in rationibus.NEA. Consimiliter.Nã prior: ea quæ subsequitur magis est.vt quæ sit vniuersalior:ex qua pẽdere debeat posterioris cognitio. Atqui si infinitæ essent cũ primũ & vltimũ non daretur: neq; mediũ itidẽ/neq; priores & posteriores/atq; deincipes.Tertio.quia si in infinitũ prodirent:rerũ scientia tolleretur.nã res ipsas contẽplando:formæ per quas cõstarẽt/sciri nõ possent.nã infinitæ essent.infinita autẽ trãsigere intelligẽtẽ impossibile est.quare neq; res ipsæ cõpositæ scient. THEO.Probe.nã totum:suis ignotis partibus/cognosci nõ potest.sed tunc ipsum cognoscimus:quãdo ex quot & qualibus cõpositũ sit cognoscimus. Et si rationes ipsas respicimus? NEA. Itidem tollitur sciẽtia.nam scire impossibile est:nunq̃ ad indiuiduas species venire potentem.at si huiusmodi rationes formæ/in infinitũ prodirent:nunq̃ ad indiuiduas species decũberetur.nã in infinito vltimum:locum non habet.si autẽ vllæ darentur:essent vltimæ.Tolleretur igitur itidẽ scientia.

7 ¶Et efficientes causas infinitum secundum directum progressum nõ sustinere:pene consimilibus constare potest rationibus.Item & hac.si sunt causæ efficientes mediæ:& postremas esse necesse est. At efficientiũ causarum sunt mediæ vt quæ sint ab alijs & a quibus aliæ sint.sũt igitur extremæ. nõ enim aliqua mediarum:extrema esse potest. THEO.Quid hoc? NEA.Nã esset ab alia superioriq; efficiente:quæ ideo potius/valẽtioreq; iure extrema & suprema dici mereretur. Q2 si datur prima in ipsis:nõ euaditur in infinitũ. itidẽ si datur vltima. THEO.Indubie.nã si essent ĩfinitæ:õnes mediæ essent/ si medias vocare liceret (vt tu) quæ ab alijs efficiẽtibus sunt & a quibus aliæ

8 efficientes ortũ sumunt. ¶Sed quomodo O Neania si temporũ sempiternus ordo infinitaq; processerit series/vt plane sensisset Aristoteles:efficientes causæ secundum rectitudinem non exeant infinitæ? Nam tu ab Homophrone genitus es. NEA. Sum. THEO. Homophron autem a tuo auo/auus ab abauo / qui iterum ab atauo/ & atauus a tritauo / & ita sine statu vllo proceditur/ vt nunquã sit dabile efficiens primum a quo tu ipse processeris. NEA.Verum ais O Theoretice.attamen propter hoc efficientes causæ nõ prodeant rectitudine infinitæ.nam non procedis ad eas efficientes quæ euariantis/ dissimilisq; sint naturæ cum a me ad patrem/ a patre ad auum/ ab-

auum/atauum/& tritauum procedis.si tamē infinitæ secundum directū prodire deberent:semper ab vna ad alterius naturæ alterā (vt diffiniuimus) progressio euaderet. Ob id etiam quod de infinitis efficientibus actu:michi superior sermo haberi visus est. THEO. Et recte quidem. NEA. Nunc autē nō de infinitis efficientibus actu sed potētia: obiectio procedit. nō enim essent aut fuissent infiniti homines actu a quibus ego processerim:sed potestate & appositione sola/quemadmodum posteriora tempora prioribus:sed nō manentibus quidem/ adduntur. THEO. Non obtuse dictum O Neania. et reuera infinita hoc modo esse efficientia:est infinitas esse lineæ partes/ & infinitas partiales & in potentia materias sub dimensione secabiles:at propterea materiæ secundum directum non prodeant infinitæ. NEA. Ita plane Oneropolus cuius ego discipulus & auditor sum:diceret. THEO. Adde fili hypothesim/mundū perpetua serie (vt ne vnq̄ quidem inceperit) perdurasse:falsam esse. quare & id quoqꝫ falsum/infinitos præcessisse ex quibus tu pendeas homines. ¶ Nunc autem expedi:fines ne infiniti secūdum directum excedāt an aliter? NEA. Minime profecto excedunt. nam causæ iam adductæ inhibent. Primo. nam finem diffinire difficillimum esset. THEO. Difficillimum fili. nā quo pacto illius gratia esset:quæ ab ipsa infinito interuallo/ infinitisqꝫ medijs distaret/vt quam per ea procedendo nunq̄ assequi valeat? Et si nō est illius gratia (quam tamen solam putare oporteret optimam) certe nullius alterius gratia esse videbitur. in ijs enim quæ rectitudinis seriem seruant:quod gratia prioris/ meliorisqꝫ non fuerit/ neqꝫ profecto posterioris minusqꝫ boni gratia erit. sed perge. NEA. Secūdo. quia neqꝫ prioris & posterioris integra seruaretur conditio:vtpote quæ in infinitis locū nō habeant vllum. Tertio. tolleretur scientia finis. Quarto. quia si vnus finium est gratia cuius omnes alij fines sunt/ & non sit alterius gratia:vnus est omnium vltimus finis/ & nō extrahuntur fines in infinitum. Atqui vnus finium est qui omnium aliorum finis est/et qui amplius non est alterius gratia. alioquin in rerum vniuersitate nichil optimum. non igitur fines rectitudine extrahūtur in infinitum. Quinto. quia nichil esset optimum immo neqꝫ bonum. Et si quicq̄ optimum esset: nichil conaretur ad ipsum:quippe ad quod peruenire impossibile esset. THEO. Sic fili ipsius boni optimi natura tolleretur. nam ipsius natura esse videtur ab ipso/omnium pendere bonitatem/ad ipsum omnia tendere & ipsius gratia esse ōnia. modo nichil tenderet/conareturqꝫ ad ipsum vt quod attingi (quemadmodum aiebas) haudquaquā valeret vnquā. conatusqꝫ ad id rei vacuus/irritusqꝫ haberetur. Nichil itaqꝫ esset optimum/eiusqꝫ sublata esset natura/quo quidem nō existente optimo/omnis alterius bonitatis fonte et principio: vt nullum alterum & posterius bonum sit vllum necesse est. Tibi ne ita videtur/ an secus? NEA. Ita plane. THEO. Absolue igitur. NEA. Sexto. neqꝫ intellectus vllus esset actiuus:quandoquidē intellectum actiuum finem habere vbi quiescat necesse est. nullū autē haberet. THEO. Nā in infinitū prodirent. neqꝫ immanifestū est intellectū actiuū/ administratiuūqꝫ ipsius contemplatiui gratia esse:& ipsam actionem & prudentiæ administationem/ contemplationum & sapientiæ gratia. Contemplationem autem & sapientiam:optimorum iam posuimus. Tolle igitur optimum: contemplatio-

tionem tollis & contemplantem intellectum:quare & actionem/ actiuũq; in-
tellectũ. Et certe intellectus noster/oculus quidem suo sole carens (modo ali-
unde impeditus non sit) non cessat in pulchrorum sensibilium pulchritudine
summam cogitare pulchritudinem/ in ipsorum bonitate summam bonitatẽ/
in ipsorum duratione/æternitatis immensitatem.vt quæ nobis specula sint:il
la sũma pulchritudine/bonitate/& æternitatis immensitate effigiata/ impres-
saq;.& nobis in speculo & ænigmate/immensa dei pietate relictum est: q̃diu
crasso corpore tanq̃ carcere cingimur/illa beatissima adire entia.illis vero su-
perioribus mentibus secus:sine velamine scilicet illam rerum summam pul-
chritudinem/bonitatem/immensitatemq; contueri/vt oculis semper vigilibus
10 quibus sol maximũq; visibile vsquaq; illuceat. ¶ Si te perconter dulcis Ne-
ania/quas naturalis philosophus causas potissimum inuenire gestit:protinus
subdes/naturales.vt materiam/ vt rerum sensibilium formas/ vt naturales ef-
ficiẽtes/atq; naturales fines.quas igitur metaphysicus diuinusq; philosophus
potissimum desideret: protinus quid respondendum sit/in promptu obuiũq;
est/primas & supramundanas causas & maxime omnium primam/rerũ ex-
emplar & formam/omnium effectricem causam/& omniũ felicissimum atq;
optimum finem.quam hoc ipso q̃ causæ in infinitum non proruant/iam sua
bonitate exploratam compertamq; habemus.nũc quod reliquum est/absol-
11 uere tentemus. ¶ An veritas sit facilis/& an difficilis? NEA. Quodam mo-
do facilis:& quodam modo ardua atq; difficilis.nam nullus vnq̃ syncere &
omnino digne veritatem appræhendere valuit:& hinc ipsius difficultatis su-
mitur indicium. nullus etiam vnq̃ veritatis omnino exors: quod rursum ali-
quid ipsius facilitatis arguit. Quis enim (vt vetere prouerbio consuetudine
dici tractum est) in foribus delinquet? Totum profecto facile est. pars au-
tem captu nobis difficultatem affert. THEO. Sane ita est. fores/ scientia-
rumq; valuæ: proloquia/ dignitatesq; sunt(quæ hic tota nuncupamus) &
quæ talia sunt/ vt ea vnusquisq; comprobet audita/ quibus neq; reniti/ neq;
mente dissentire queat. et ea in disciplinis capere facillimum est. Contra ve-
ro quæ ex ipsis pendent/& quæ hic partium nomine censemus: cognosce-
re difficile/ & quanto a principiorum luce distantiora sunt/ tanto captu co-
gnituq; imperuiora.& certe veritas videtur ad nostrum ita sese habere intel
lectum: vt illustre solis iubar ad oculum/cuius eximiam claritatem nunq̃ per-
fecte & digne satis noster appræhendere valet oculus. Nullus etiam oculus:
12 tanti iubaris expers omnino euadit. ¶ Cedo insuper:a quo entia suam ve-
ritatem sumãt. NEA. A maxime vero.nã in vniuocis vnũquodq; maxime
omniũ tale dicitur:qđ alijs vt talia sint/causa existit.vt ignis maxime calidus
existit:qui cæteris sensibilibus vt calida sint/causa esse dignoratur.ita & ma-
xime vera sunt:quæ alijs vt vera sint/ causa existunt. Et maxime omnium id
verum est:quod omnium verorum vt vera sint/causa est. Omnia itaq; entia:
a maxime vero suam veritatem sumunt. THEO. Et id recte quidem. Si
eni in vniuocis cõformis assimilisq; naturæ:oĩa a maxime tali suũ sumãt ex-
ordiũ/vt oĩa calida ab igne maxime natura calido/calida esse dicantur:multo
igitur fortius in homonymis/in quibus semper qđ prius fuerit/natura præ-
stãtius et perfectius euadit.& cõditionẽ illã quã cæteris tribuit (& quam cæ-

tera ab eo sibi vendicant et assumunt) altiorem natura retinens. Nimirum igitur posterius/& quod imbecillioris/ifirmiorisq; naturæ est: a maxime perfectissimeq; vero suam veritatem vendicare/atq; tale dici. Sicut si sol omniũ clarorum homonyma causa esset/& omnia clara illa/sole posteriora essent/illorumq; claritates/solis claritudine inferiores/imperfectioresq;: sol omniũ iure diceretur clarissimus. quippe qui perfectissimam omnium claritatem haberet/ & quæ omnibus claris vt clara essent/ causa esset. & quanto vicinius quicquã a sole suam claritatem sibi vendicaret/& illius maximę magis æmulam: tanto ipsum clarius non ab re censendum esset. & quanto eminus distantius atq; remotius/& minus illius ęmulam: tanto minus clarum bono iure censeretur. Ita fili quæ a maxime vero vicinius suam sortiuntur veritatem & magis illius verissimæ imitatricem (vt supramundanæ beatæ mentes) veriora sunt. quæ vero e longinquo & minus illius verissimę affinem & æmulã: minus vera. Et vt de veritate dictũ audisti: ita quoq; & de entitate/vnitate/bonitate/plenitudine/ potestate/necessitate/sapientia/vita & cæteris transcendentibus intelligendum puta. Entia siquidem a maxime ente suam sumunt entitatem: vt dictum est/a maxime vero suam sumere veritatem. et a maxime vno suam sibi vendicant vnitatem/ a maxime bono suam bonitatem/a plenissimo suam plenitudinem/a maxime potente suam potentiam/ a maxime necessario summaq; essendi necessitate: suam sumunt necessitatem. ab omnisapientissimo suam sapientiam/ & a maxime viuente suam vitam. ita vt vniuersa quantum vnicuiq; concessum est: sua entitate summã imitentur entitatem/sua vnitate summã vnitatem/ sua plenitudine maximam plenitudinem/ sua bonitate summam bonitatem/sua veritate summam & per se veritatẽ/ sua potẽtia agẽdiq; facultate ipsam quoad potest omnipotentiam/ sua necessitate summã necessitatẽ/& suo qualicunq; sapientiæ & prouidentiæ vestigio summã sapientiam omnibus rebus suauiter prouidentem/ et sua vita vitæve vestigio illam supremam vitam et immortalitatem. et re vera vnaquaq; res est ipsius summe entis/summe vnius/sũme boni/summe veri/ summe pleni/ sũme potentis/summe necessarij/summe sapientis et immortalis: speculum et scriptura. ab illo summo et maxime rerum omniũ opifice nobis ante oculos obiecta/ strataq;: quo ipsum in illo naturæ libro ab ipso quidem efformato signatoq; legamus/cognoscamus/cognitum amemus/cognitũ et amatum frequenter meditemur. ❡ Attamen non in omnibus æque inuestigãdus est. sed 13
ipsum pulcherrimum rerum potius in pulchris/perfectissimum in perfectis/ optimũ in melioribus et omnino naturæ dignioribus entibus a nobis cognitis: ipsa sũma maiestas et dignitas peruestiganda est. In his enim verius dilucet ipsa summa entitas/vnitas/bonitas/veritas/ ipsa summa plenitudo/ perfectio/summa maiestas/summaq; dignitas: quæ tantopere nostra hæc trãsmũdana philosophia desiderat. ❡ Sed age dic O Neania. nõne omniũ existẽtiũ 14
principia (dico summã entitatẽ/summã vnitatẽ/summã bonitatẽ/veritatem/ entiũ/vnorum/bonorũ & verorũ) maxime vera sunt principia? NEA. Maxime O Theoretice. et hoc nõ modo opinor: sed sine aliqua hæsitatione credo. THEO. Nec iniuria. nã non quandoq; sunt vera et quandoq; non: sed sempiterna sempiternæq; veritati semper coniuncta. quibus nullum princi-

et nulli causa est vlla:sed omnibus ipsa causæ sunt et principia. Et certe has O Neania/ felix qui potuit rerum cognoscere causas. NEA. Has scilicet. sed O Theoretice/aut non sane satis cōcipio:aut allucinor. Existimaui enī omnia ad vnū principium reuocanda atqꝫ reducenda esse. tu vero michi videris plura ponere/& quidem simpliciter prima/vt quibus nullū principium & causa sit. THEO. Maxime prima O fili:plura quidē non vt concipis/re atqꝫ substantia/sed ratione sola/cum ea/ipsa essentia & subiecto sint vnum/immo maxime vnum. sintqꝫ illa summa vnitas qua nichil aut esse/aut excogitari potest magis vnū. & cognoscere quo pacto res subiecto sit vna/ ratione vero multa: magnū ad sapientiā pandit introitū. Et tu meministi ne prius a nobis dictū fuisse:sapientiam nichil aliud esse q̄ æternarum rationū intellectū & scientiā? NEA. In memoriā reuocas. THEO. Attamen non est nisi vnū primū ens entium (et si cōmode dici potest) vnissimū/optimum/verissimū/plenissimum/potentissimū/summe necessariū/sapientissimū & immortale. in omni re/in cœlo sursum/in terra & in abysso deorsum signatū:si nobis sanus legēdi relictus esset oculus. Sit ipsius pietas nobis O Neania oculū recludere:quo ipsum cognoscamus. NEA. Sit oro. THEO. Huic (vt ferunt) enti entium se Aristoteles commendare solebat:eius misericordiā implorabat/quod confitebatur/quod prædicabat/pro quo tandem exul/dānatusqꝫ inter gētes exteras degebat. tandē in Chalcide peregrinus/ munere mortalis huius vitæ functus traditur. Quid nos O Neania:nosne debemus ipsi supplices cōmēdare? NEA. Debemus supplices. THEO. Et ex nunc cōmendamus. O ens entiū/vnum/optimum/verissimū/plenissimū/potentissimum/summe necessarium/sapientissimū/immortale/atqꝫ sempiternū:pande nobis ad te viam & accessum:& adiuua quod nobis indidisti naturale desideriū. Sed proficiscamur. percipisne hinc fieri vt sicut res ad esse se habeāt:ita quoqꝫ ad veritatem? NEA. Michi percipere videor. nam quæ præstantius sunt/vt naturæ entia beata: vicinius ab ipso maximo ente prodeunt & manant. quare & vicinius/indistantiusqꝫ ab ipso maxime vero. non enim aliud & aliud: maxime ens/ & maxime verum ipsum est. THEO. Et illa eadem cōsimiliqꝫ ratione magis vna sunt/magis bona/pleniora/potentiora/necessariora/sapientiora/ magisqꝫ immortalitatis sorte participantia ijs ipsis inferioribus & caducis: quanto his ad horā labentibus præstantiora sunt entia. NEA. Certe. THEO. Quod igitur in sensibilibus est motus/ et entitatis instabilitas:est illic iugissima/stabilissimaqꝫ entitas. Et quod in sensibilibus quædam est pluralitas:est in cœlestibus vnitas. quod in sensibilibus/bonitatis et veritatis exile vestigium:illic nostræ bonitatis et veritatis exemplar et veritas. attamen et in cœlo/et in terra:non est nisi vna sūma veritas. NEA. Et vna entitas vt puto. THEO. Vna summa entitas. et ita in reliquis. et pro libera illic plenitudine: nos hic locum / et plenitudinem sortimur occupantem. et pro vniuersali potentia: particularem potentiam/resistentiam et reluctamen. pro necessitate: contingentiam. pro sapientia: ignorantiam. et pro immortalitate: deficientem vitam. Vide fili:quid est procul esse a maximo ente. hæc mala a natura imbecilleqꝫ ōni ex parte naturæ conditionē ideo patimur:ꝙ lōge a primo ente di
15 stamus/lōgeqꝫ ab eius veritatis imitatione. ¶Hinc cognoscere promptū est

felicitatem & summum bonum iis rebus (quæ huius sunt capaces) ex ipsius summi boni (quoad fieri potest) assimilatione pendere. & contra: summã miseriam / ex ipsius (quoad fieri potest) dissimilitudine & ab eo discessione. Fit item: vt vnũ solũ sit absolutũ ens / vnũ / bonũ / verũ / plenũ / potens / necessarium / sapiens / & absolutum / viuens & sempiternum / ꝗ ab alio non habeat suã entitatem / bonitatẽ / vnitatẽ / veritatẽ / plenitudinem / potẽtiam / necessitatem / sapiẽtiam / & vitam. sed per se sit ens et vnum: & ita in cæteris. Cætera autẽ omnia non absolute entia / vna / bona / aut vera dicuntur: sed ab altero / & ad alterũ talia. quia ab ipso sint vero & per se ente / vno / & ipsius absoluti entis / vnius / boni / veri imagines / similitudines / & simulacra quædã. & certe O amice Neania: si nobis illius summi absolutiq; entis / summe vnius / summi boni & veri vnũ punctũ attingere cõcessũ esset: illa ipsa contẽplatione quantũ corpus trahẽtibus caducũ & mortale fas est / felices essemus. Et certe illa dei entitas / vnitas / bonitas / & veritas: linea est infinita. & quicquid aliud in cœlo & in terra / felix est: oculus est finitus / punctũ solũ illius summæ & absolutæ bonitatis appræhendens. aut quod perinde se habet ad appræhensum: vt ad infinitam / indimensibilemq; lineã sese habet punctũ. Et deus ipse solus seipsum vt est / plenissime appræhendit: & seipso solus / maxime felix est. Quo fit iterum vt sicut omnia vera a maxime vero suam trahunt veritatem: ita felicia a felicissimo suam felicitatẽ. qui proinde felicissimus est: ꝗ seipsum maxime possidet / & seipsum maxime cognoscit / diligit / & sibiipsi maxime cõplacet. sunt igitur cætera felicia: ꝗ ipsum (quoad fieri potest) possident / contemplãtur / amant / & ea sola voluptate trahuntur: ꝗq; in hoc ipso ipsi summe felici assimilantur. NEA. Recte igitur audiuerim: Aristotelem asseuerasse nostrũ sũmum bonum & nostram felicitatem in veritatis contemplatione consistere. THEO. Recte admodũ / et maximæ veritatis. sed nos ad propositum reuocemus. ¶ Vnde nobis / veriora hæc naturæ entia cognoscendi / oboritur difficultas? NEA. A nostri intellectus imbecillitate. nam sicut oculi nycticoracũ 16
sese habent ad lucem diei: ita et noster intellectus ad manifestissima / optima et verissima naturæ entia. Atqui ꝗ nycticoracum oculi difficultate diurnæ lucis hebetescunt ac obtunduntur / maxime quidem visibilis: hoc ex nycticoracũ oculorũ infirmitate / debilitateq; paritur. igitur ꝗ noster intellectus circa manifestissima / et optima / et verissima naturæ entia cognoscendi difficultate laborat: hoc eius infirmitas / debilitasq; parit. THEO. Ita est vt ais O Neania. sicut enim sensibile ad sensum sese habet: ita intelligibile ad intellectum. Et sicut maxime sensibile ad sensum: ita & maxime intelligibile ad intellectum. Atqui si maxime sensibile a sensu non percipiatur: id maxime sensibilis iniuria / culpaq; non prouenit / sed potius ipsius sensus imbecillitate atq; infirmitate. igitur etsi maxime intelligibile ab intellectu non percipiatur: hoc maxime intelligibilis culpa non fuerit / sed potius ipsius intellectus infirmitas / debilitasq;. ¶ Quæ veritati percipiendæ obluctantur ac re- 17
sistunt? NEA. Illa quinq; quæ prius adducta fuerunt. Primo. consuetudo audiendi falsa / eruditioq; non recta. tum ꝗ quæ audire consueuimus / hæc eadem dici dignamur / atq; admittimus. Tum ꝗ consueta nobis / notiora sunt. inconsueta vero contra: ignotiora. qui itaq; consuetudinem traxerunt

audiendi falsa: falsa dici dignabuntur/ falsis assentient/ quæ & pro notiori-
bus receptabunt. veritas autem tanquam ignotior: illos effugiet. distorquet
igitur/ disturbat: impedimentoq; percipiendæ veritatis/ huiusmodi educa-
tio est. THEO. Et leges ipsæ/ consuetudinem plurimi momenti & effica-
ciæ ad hoc esse ostendunt: quæ fabulas/ puerilesq; ineptias ob consuetudi-
nem recipiunt/ & ipsas veritati anteponunt. NEA. Secundo recte docen-
ti assentire nolle: nos a veritatis perceptione retrahit. Nam singula vt mate-
ria requirit/ recipienda sunt: neq; omniū mathematica certitudo expetenda
est. Qui autem recte docenti assentire renititur: non singula recipit vt vniuscu-
iusq; natura postulat ac requirit. disturbatur igitur talis a veritatis perceptio-
ne. THEO. Ita est O fili. Eorū quæ demonstrationē patiuntur & sustinēt:
demonstratio expetenda est/ & demonstrāti credere oportet. & quæ analo-
giæ similitudinē desiderāt: ea vt decet adducta/ cōtenti abire debemus. Quæ
persuasionem qualemcunq; aliam: ea siquidem sufficiente adducta/ nos faci-
les præstemus oportet. neq; demonstrationē: neq; analogiam efflagitemus.
Sic enī omnis veritatis facile compotes euademus: & vnūquodq; pro digni-
tate recipiemus. his tamen tribus pro dignitate rite vti: q̄ difficillimum puto/
viriq; esse in omnis disciplinæ professione consumati. Sed iam perge. NEA.
Tertio. Nulli fidem præstare nisi sensibile sit/ sensibilive constet argumento:
percipiendæ veritatis obluctamentū præstat. Nam nulli fidē præstare velle/
nisi sensu sensualiue exemplo vincamur: parui/ impotentisq; ingenij argumē
tum est. at ingenij paruitas & impotentia: nobis nimirum percipiendæ ve-
ritatis obex & obluctamētum est. nulli igitur fidē præstare nisi sensibile sit/
sensibilive constet argumēto: veritati percipiēdæ obluctatur/ obstatq;. Quar-
to, nulla recipere velle/ nisi alicuius confirmet authoritas: veritatis perceptio-
nem item impedit. Nam nichil recipere velle/ nisi alicuius authoritate firma-
tū fuerit/ quædā iudicādi impotētia est. iudicandi autē impotētia/ percipiēdæ
veritatis impedimēto est: vt visus circa sensibile iudicādi impotētia/ bonā ꝑ-
fecto sensibilis impedit perceptionem. nulla igitur percipere velle/ nisi quæ
aliena firmata authoritate fuerint: veritatis perceptionem impedit. Quinto.
Itidem & non posse nisi parua degustare. Nam qui sola parua degustare
sufficiunt: naturæ defectum/ oblesimentumq; patiuntur/ & intellectus paucita
tē. qui autē hoc patiuntur: a veritatis perceptione præpediūtur. perinde atq;
qui pupillæ oblesimentum/ visusq; paucitatem patitur: qua a visibilis perce-
ptione præpeditur. non posse igitur nisi parua degustare: nos a veritatis im-
pedit perceptione. THEO. Haud inconuenientes similitudines adduxisti.

18 ¶Quibus ergo ad pulchræ veritatis perceptionem/ apparamur atq; bene af-
ficimur? NEA. Horum quinq; quæ iam adducta sunt oppositis: ad ipsam
percipiendā instruimur/ apparamurq;. Vt consuetudine vera audiēdi/ & per-
ceptione recta. Recta docenti assensione & obedientia. Vniuscuiusq; vt ma-
teria ipsa requirit & postulat receptione. Alta mente/ & potente iudicio. Sa-
na/ integra/ illabefactaq; mentis natura. THEO. Rectissime sic/ O fili. sic enī
contraria cōtrarijs medicamur: & aduersus cōtraria/ contrarijs reluctamur.
& cui deus hæc quinq; prioribus obicibus aduersa beneficia contulerit: per-
cipiendæ veritatis præ alijs potens efficietur. Det igitur tibi O fili qui iuuē-

ta flores/sanum præceptorem qui veris & pulchris te instituat præceptis. det tibi docilitatē qua recte docēti beniuole acquiescas: det vnumquodq; pro dignitate recipere. det altā mentē & acre iudicium. det integrum/inoffensum/illabefactūq; ad ipsum contemplandū mentis acumen. Et non modo tibi hęc/sed & omnibus qui desiderio pulchrarū scientiarum/bene vtendi gratia rapiuntur: non quidem vana sui ostentatione/non fastu/non ambitione/non rerū caducarum opulentæ congestionis auiditate. Hæc profecto vilia sunt & futuro philosopho indigna: & a nostris quoq; prioribus tantopere damnata. Sed nos eo laboremus ingenio: vt pulchris admodū veritatibus/illi veritatū reginæ/summæ/absolutę (quoad nobis conceditur) similes efformemur. Tale conamen/ingenuusq; animus: philosophorū sit. Et tantula tibi O fili Neania/crepusculo iam nos separante: dicta sufficiant. Et ad me cū voles alias redito: & nunc abi prospera fortuna comite. Et Vale. NEA. Vale semper O Theoretice.

¶Secundi dialogi metaphysicorum introductorij finis.

¶Tertius dialogus metaphysicæ introductionis.

HOMOPHRON. NEANIAS. THEORETICVS. EVTYCHERVS.



HEus Neania nobis assiste. NEA. Pater. HO. Huius diei amenitas/& auræ temperies/& gratia: exercitamētum quærunt. Est rus/est lucus/est proxima luco colonia: illuc me solandi gratia transfero & virentia loca lustro. Tu michi comes assiste. nulli dubium est spirantem florentiū locorum halitum: nostrum suauiter refouere spiritum. NEA. Optarem pater. sed alio solandi genere: ego plurimum vti soleo. HO. Quid illud est? NEA. Ego Theoreticum/nostrum vicinum viso/cū primū vacua datur occasio: qui multa liberalitate michi aperit quodcunq; cognoscere operæprecium duco. Ego vero eum ipsum (nisi me strictius tibi assidere iubes) modo visurus eram. HO. Nō iubeo fili/immo gratias Theoretico ago/referamq; si possim vnq̄ gratiam hanc: si tibi doctrinarum aliquid liberaliter impertit. NEA. Impertit indubie. HO. Abi igitur O fili: & ipsū meo nomine saluere iubeto. alterū autem qui michi assideat/comitem: curabo. NEA. Faciā. THEO. Diligens iuuentus & honestorum cupida: felicem senectam expectat. video te O Homophronis fili: quadam diligentia & honesto desiderio ad eruditam vitam properare. NEA. O Vtinam eruditam O Theoretice: hoc optat pater Homophron. qui cum primum resciuit te interdum visendi me consuetudinem traxisse: mirum in modum gauisus est. & præ cōcepto gaudio collachrymatus: abi inquit O fili/& Theoreticū meo nomine saluere iubeto/cui gratias ago/ipsiq; gratiā hanc si possim aliquando vnq̄ referā. Me rus vna secū ducturus erat in vicinos lucos/vicinosq; viculos. THEO. Patres qui ita filijs

afficiuntur: proborum parentum commendantur officio/nunq̃ sua prole do lituri. Et cum multa parentibus debeamus: illis summopere debemus q̃ plurima. Sed hæc omittamus: & saluus sit Homophron. Nos vero ea quorum gratia conuenimus pariter contrectemus. hæc puto/colloquio prætulisti paterno: hæc ruri/hæc vicinorum lucorum & vernantium locorum amenitatibus. NEA. Prętuli equidem. THEO. Vis ergo quindecim illas (quas tertio libro respondere diximus) quæstiones discutiamus? NEA. Nosti quid expediat. THEO. Noui equidem. & ideo illas nos consulto nunc relinquamus: ipsas aliquãdo oportunius vtrinq; disputaturi. Et nunc satis sit/illarum quæstionum formationem memoria tenere: & hoc ex loco meminisse/quæstiones illas/vtriq; Aristotelẽ disputasse. NEA. Nuper suo ordine ipsas mecum ipse didci. THEO. Oportune. Transeamus igitur ad naturam entis
1 dinoscendam. NEA. Transeamus. ¶ THEO. Et nos a quæstionibus auspicia nostra sumamus. Et primũ/si tenes quid sit ens: effer in mediũ. NEA.
2 Ens: quod subsistit. THEO. Sane. ¶ Quot sunt subsistendi modi? NEA. Arbitror me respondere debere: quinq;. Primus est. cum quicq̃ subsistit ab altero. Secũdus. cum subsistit sub altero. Tertius. cũ in altero. Quartus. cum per alterum & alterius gratia. Quintus. cum subsistit quidem/sed neq; ab altero/sub altero/in altero/per alterum/alteriusue gratia: sed reliqua omnia ab ipso subsistunt & ipsius gratia. THEO. Idipsum debebas O fili. sed multa se offerrent hic diligentius pensiculanda. Et quia tempestiue aduenisti/nec nos temporis indigentia premit: nos fidentius (etsi longiusculi futuri sumus) aliqua exequemur/hinc orsi. Omnia alia a primo & maxime ente/ab altero subsistunt. Et rerum substãtiales potentiæ: subsistunt sub altero. substantiales actus & accidentarię affectiones/passionesq; omnes in altero/referenter tamen. nam substantialis actus in altero superiori/pręstãtioriq; modo subsistit: vt scilicet consubstantiale in consubstantiali/quo cum simpliciter vnum vnamq; conpletam substantiam constituit. Accidentaria autem affectio in altero est: sed nõ vt cõsubstantiale in consubstantiali/& cũ quo aliquid vnũ simpliciter constituere possit. Et completæ ipsæ substantiæ per alterum & alterius gratia subsistunt: & non modo hoc sed ab altero/& ex altero. Ab altero quidem: nam omnia præter primum ab ipso subsistunt. Ex altero: nam ex potentia. Per alterum: quia per actum qui nunq̃ sub primo sine potentia/neq; potẽtia sine ipso subsistit. Et alterius quidem gratia: nam omnia sũmi boni gratia sunt. Et subsistere sub altero/in altero/ex altero/per alterum:
3 nũq̃ sine subsistentia ab altero & alterius gratia reperias. ¶ Ipsũ autem primum quod summe ens/summe vnum/optimum & verissimum dudum nũcupauimus: ens ipsum est quod subsistit. non ab altero quidem/sub altero/in altero/per alterum/aut alterius gratia/maxime ens/maxime omniũ & vere subsistens/ens entium/& omnium entium entitas/quidditas & veritas/omnium maxime subsistens: & ad quod omnes entium modi reducẽdi sunt/vt omnes salubriũ modi ad sanitatem/& longe profecto verius. quod vt paulo planius tibi constet: constituamus salubriũ modos. Salubriũ enim: hæc sunt sanitatis effectiua/hæc conseruantia/hæc in sanitateẽ ordinata. quo pacto ergo salubria parantia sanitatem: in ipsam reducuntur? NEA. Vt causæ (nisi

ego ipse fallor)in suũ effectũ. THEO. Haud falleris. Et quomodo omnia entia ad maxime ens & omnium primum? NEA. Potius vt effectus in suã causam. THEO. Et omnium maxime causã. Vtra ergo harum reductionũ tibi verior videtur. NEA. Ea certe: qua effectus in suam causam restituuntur. THEO. Et eo verior: quo in omnium verissimam & maximam causã. Dic rursum quo pacto salubria quæ sanitatem retinent & saluant: in ipsam reducuntur? NEA. Vt conseruans in ipsum suum conseruatum. THEO. Idipsũ. Quomodo omnia entia ad maxime ens & omniũ primũ? NEA. Vt conseruata in conseruans ipsum. THEO. Et omnium maxime conseruans: vt quod omnia saluet/cõseruetq;. Vter ergo horũ tibi reductionis modus verior apparet? NEA. Quo conseruata in suum conseruans restituuntur. THEO. Et tanto verior: q̃to in suum summum & maximum. NEA. Tãto verior. THEO. Rursum ordinata iu sanitatẽ quo pacto in ipsam reducuntur? NEA. Vt in finem. THEO. Sed an ipsius sint maxime gratia? NEA Minime. nã sanitas/ summũ bonũ nõ est. THEO. Et nonne omnia entia eodẽ modo in primũ reducuntur? NEA. Vt in finẽ scilicet. THEO. Sed an sicvt i finẽ: vt & illius maxime gratia sint? NEA. Maxime O Theoretice. nam id ipsum/summum bonum est. THEO. Probe coniectasti. ipsum summe ens/summum bonum est/omnium vltimus & optimus finis: & qui in alium finem/ minime vnq̃ est ordinatus. Appræhẽdis igitur omnes modos entis/verius & longe quidem in primum & maxime ens restitui: q̃ salubrium modos in sanitatem? NEA. Appręhendo: & id quidem michi indubium est. ❡ THEO. Sed age/vtrum sanum quod multifariam dicitur/ nunc in se suscipiens sanitatem/nunc sanitatem efficere/nũc saluare/nũc designare/atq; repræsẽtare: vniuocum sit vnicaq; ratione dictũ/nec ne? NEA. Haud vnica ratione dictum est. THEO. Aequiuocũ igitur atq; homonymum est. NEA. Est. THEO. Et salubre? NEA. Itidem vt sanũ. THEO. Et ens/cum dicitur nunc de primo & maxime ente/nunc de ijs quæ ab ipso sunt/propter ipsum/& quæ vtcunq; possunt ipsũ monstrant/repræsentãtq;: vtrum vniuocum sit & eadem ratione dictum? NEA. Minime/vt michi videtur: qui potius homonymum. THEO. Et recte quidem. sic enim hoc in loco/eo vtimur. & certe ipsum primum ens & ea quæ ab ipso/& propter ipsum sunt substantiæ/nunc accidentia: nulla etiam proportione/magis abinuicem naturæ affinitate recedunt q̃ quæcunq; inter se salubria aut sana. quæ enim primi/maxime entis & infiniti: & cęterorum entium finitorum proportio? NEA. Nulla prorsus videtur. THEO. Quæ substantiæ & accidentis naturæ vicinitas: vt ipsis eadem ratio apta tribuatur? NEA. Nullam video. THEO. Nunquid cum præsens fueris speculo/& ipsi tuam similitudinem afformas: tibi & tuæ similitudini idem nomen & nominis eadẽ ratio est? quis illa tua imago: tibi q̃ simillima videatur. NEA. Nomen idem: sed nõ ratio eadem. nomen quidem Neanias aut homo. THEO. Homonymũ igitur nomen Neanias aut homo: ad te & tuam similitudinem. NEA. Homonymum. THEO. Et omnia primi similitudines & simulacra sunt: magis quidem a suo afformante exemplari distãtia/q̃ tu a tua similitudine. Et accidẽtia/substãtiarum quædam sunt vestigia/& velut quędã vmbrę. Vide-

tur ergo tibi iure/si omnium primum & cætera post ipsum/substantias & accidentia eodē entis nomine complectimur:id nos æquiuoce facere.NEA. Iure æquiuoce.THEO.Attamen omnia ad vnam naturam & vniuocam reuocamus atq; reducimus.NEA.Quam?THEO.Es iam præcedentium immemor factus?ad ipsum omnium primum & maxime ens.quo fit vt nomine entis vt homonymo/analogo tamen(perinde ac medicis salubri & sano)nobis vtendum sit.& cum vocabuli significatio ad prænotionem (quā quid est nuncupant)attineat/& æquiuocatio / homonymaq; /significationis positionem sequatur:id potius nobis vel sine probatione recipiendum est/q̄ persuaderi adnitendum dictum.satis sit hoc in loco sic:eo esse vtendum. & vtrum aliquis talis significatus quo eadem ratione omnia significet/ipsi com mode aptari queat:nunc missum faciamus.qui siquidem vbi effingi apte va leret:nobis ad hoc quod conamur/minime necessarius esset.& ijs relinquam⁹ exquirendum:qui sibi aptum fore putant.sed de hoc abundantius q̄ par sit.
5 nūc autē nos ad alia cōuertamus.¶Nosti ne O Neania/in rebus caducis & in hoc nostro inferiori mundo/rerum esse ordinem?NEA.Noui equidem. THEO.Quem?NEA.Hominem primum locum obtinere.post quem animalia rationis immunia.post quæ:arbusta & plantas/& cætera id genus vegetū.post vegetantia:lapides/metalla/& ea quæ ex terrę profūditate eruū tur.post quæ:vapores/halitus/pluuiam/niuem/grandinem/spiritum/& cæte ra quæ imperfecta composita/nuncupant.vltima autem naturæ loca:ele mēta/ignis/aer/aqua/terra/sibi vendicant.& in hac pulchra naturæ serie:sē per imperfectiora/præstantiora respiciunt/& illorū sūt gratia.THEO.Ap tus nobis est iste inferiorum ordo.sed longe intellige in superioribus entibus veriorem.quem iste rerum inferiorum ortu occasuq; laborātium:exiliter ad
6 modū & quasi vmbratiliter imitatur.¶Sed habent ne res sensibiles actum & potentiā?NEA.Habent.THEO.Optime.& potentiæ multū ideo:mul tarum passionum obnoxiæ sunt/possuntq; multa pati.& parum actus/ideo parum agere sufficiunt:& hinc particulares agentes dictæ sunt.& hi nostri actus & nostræ potētię/veri actus & verę potētię nō sūt:sed verorū actuū & potētiarū vestigia/simulacra & vmbræ.Tu ne plane ita esse cōsētis?NEA. Consētio plane.sed O Theoretice:siste paulisp.audio foris Eutycherū loquē tem.vis ipsum intro accersamus?totus enim gaudio soluitur:quoties de deo pij incidunt sermones.sin impij/indigniq;:tristis mœret & lamētatur.& vidi ipsum præ concepto gaudio (Eudæmone patruele meo nonnulla/religione nostra digna loquēte)plorantem.THEO.Aduoca igitur ipsū.NEA.Eu tychere potes intro venire/Theoreticum auditurus vna mecum:nonnulla ti bi grata(vt arbitror)differentem.EV.Ego vero libens.THEO.Asside no bis O Eutychere/& te nobiscum exerce.EV.Felicē me hac vestra collocu tione reputabo.THEO.Ego vt aliquid depræhendas:cæptam materiam vna cum Neania prosequar.& cum quicq̄ depræhenderis/aut minus exami natum / aut perperam assertum:nobiscum disputationis particeps agita.
7 ¶Dic age O fili Neania:nonne quæ plus potentiæ habent:minus agunt? NEA.Minus.THEO.Et quæ plusculum actus:magis?NEA.Magis. THEO.Et quæ iterum plus actus & minus potentię?NEA.Iterum ma-

gis. THEO. Potentia igitur: agendi impedit facultatem. NEA. Impedit. THEO. Quid igitur actus ille qui in infinitum a potētia semotus/ euadet? quæ agendi reluctamentum / impedimentumq; præstat. NEA. In infinitū aget: eritq; infinita agendi virtus & potentia? THEO. Recte coniectasti fili. actus ille primus/purissimus & absolutus actus: est sūme ens/ summe vnus/ simplicissimus/summe bonus/verus/plenus & potēs. ¶ Sed an aliquid post 8
ipsum sit summe potens? NEA. Nichil vt arbitror. nam vnum solum est maxime ens/summe vnum & bonum: vt diximus. THEO. Ptobe. videtur ergo tibi nullus alter actus esse omnino purus/ & omnino a potentiæ consortio seiugatus. NEA. Michi quidē id rationabile nimium. THEO. Attamen in rebus sensibilibus/potentia peculiare nomen/materiam sibi vendicat: & actus formam. NEA. Vendicant. THEO. At in supramundanis potentiæ & actus nomen retinemus; quæ nos Platonico & Peripatetico more: interdum essentiam & esse vocemus. potentiam scilicet/essētiam: atq; actū ipsū esse. NEA. Vocemus. & his nominibus promiscue vtcūq; voles vtare. ¶ THEO. Proficiscamur igitur. Rerū inferiorum ordo: vt vestigiū quod- 9
dam/ superiorē cœlestiū ordinem nobis īsinuat. NEA. Dictū est. THEO. Nos ergo in eorum numero quæ sub primo subsistūt: quæ ab ipso primum emanandi locum obtinet/primam mentem & primi ordinis nuncupemus NEA. Nuncupemus. THEO. Et quæ secundū emeandi locum: secundā & secundi ordinis. quēadmodū homo: mortaliū primū locū sibi vēdicat. & animātes rationis expertes: secūdū. NEA. Esto. THEO. Et hūc in modū digere si tibi placet noue ordinib9 ipsas supiores/ beatasq; mētes: quēadmodū nōnulli oli nō sine diuinitatis multo p̄sidio discreuerūt dignissime. Quæro ergo id vnū: an ipsæ supernæ mentes magis sint vnæ: an poti9 sua essētia magis sit vna/ an suū esse? nō eni ipsas: solos act9 esse pones. nā vnicus/sol9 & purus actus: & vnicum purū immo purissimum esse. & tanto minus solas essentias atq; potentias: cum maxime post primum actiuę sint. & nō ab re cōtra q̄ nos/vniuersalium efficientium nomina sint sortitę: quod poti9 ipsi esse & non essentiæ competit. Nichil vicariæ respōsionis alternas. NEA. Q; nichil habeam. THEO. Eutycherus forte habet quid potissimum pro te respondeat: qui diuinæ lectionis aliorum sua consuetudine stustiosus est auditor. EV. Nichil omnino O Theoretice: forte quicq̄ haberem si affuissem ab ipso disputationis initio. Porro cum Neanias respōdēdo vicitudinem alternat: haud minus ipse me atq; tu/ edocet. THEO. Sermonem igitur ad ipsū rursus cōuerto. Dic O Neania. an nostro ordine mentes illę digestę: suis potentijs & suis actibus magis sint vnæ/pręstantiores/atq; meliores. NEA. quandoquidem vis vt respondendo aliquid afferam: ipsæ potentiæ magis vnæ/ & ipsi actus magis vni/michi esse vidētur. THEO. Tibi videntur. sit A/ prima mentium: sub primo primum locū sortita. NEA. Sit. THEO. Et B/essentia: C vero eius esse. NEA. Esto. THEO. Ais essentiam B/esse magis vnam ipsa mēte A. itidem ipsum esse C: mēte A/magis vnū. NEA. Aio. THEO. Sed nonne quanto quicq̄ (vt subsistat) pluribus eget: minus ens tibi esse videtur? nam indigētia ex discessu ab ipso primo & per se sufficiētissimo ente est. NEA. Videtur certe. THEO. At essentia B/plurium vt

subsistat q̃ A egena est. NEA. Quo pacto? THEO. Nã primo eget esse ab altero: a se enim nequaquã subsistere potest. secundo sub altero. Nam sub esse: sine quo & vacua / & ociosa / & sine vsu aliquo subsisteret. tertio ipsius es se gratia. nam melius esse: vt quod absoluto esse & simplicissimo omnium rerũ authori / q̃ sua essentia similius euadat. quarto est totius mentis A: gra- tia. quinto est optimi / summiq; boni gratia. tibi ne hæc vera esse videntur? NEA. Videtur omnino. THEO. Quinq; igitur vt subsistat essentia B: in- digentias sustinet. NEA. Quinq; scilicet. THEO. Nunc A: totum scilicet ipsum rimemur exploremusq;. primo ipsum ab altero est: a quo eget vt sub- sistat. secundo ex altero est. nam ex sua essentia. tertio est per alterum. nam per suum esse. quarto est alterius / optimi scilicet / summiq; boni gratia: & ipsi- us quidẽ solius gratia. assentis hęc ita se habere? NEA. Assentior. THEO. Neq; eni A / suę essentiæ aut sui esse gratia est / vt neq; in rebus caducis elemẽ tum / aut plantam / suæ materiæ aut suæ formę gratia esse dinoscis. NEA. Simile. THEO. Sustinet igitur A / vt subsistat: solũ depẽdentias indigẽtiasq; quatuor. NEA. Solum quatuor. THEO. Et essentia B: quinq; sustinet. NEA. Cõcessũ iã est. THEO. A igitur mens tota pauciorũ q̃ B / sua essẽ- tia vt subsistat egena: magis ens est / magisq; subsistit. NEA. Michi con- cedendũ est. THEO. Et si magis ens est: magis vna / bona / vera & potens / quãdoquidẽ primo & maxime enti / maxime vni / bono / vero / & potẽti similior est. NEA. Oportet. THEO. Diximus enim / vt vnumquodq; sese habet ad esse: & ad vnum / bonum / verum & reliqua sese habere. NEA. Dictum. THEO. Et fassus es essẽtiã B: totius esse gratia. NEA. Verum certe sicut materia in sẽsibilibus: ipsorum sensibilium gratia est. THEO. Et esse C: etiã totius A / esse gratia forte fateberis. NEA. Fatebor equidem. sicut sẽsibilium formæ: ipsorum sensibilium & totorum etsi caducorum / gratia sunt. nec mi- chi videbor errare. THEO. Ingenue. & tãto verius illorum esse sunt gratia: q̃to illa tota / bona sunt eterna / omnium optimo q̃ simillima. hæc vero tota: bona sunt caduca / & verorum bonorum vmbrę. & sub primo imperfectio- ra / perfectiorum & meliorum sunt gratia: non autem contra / perfectiora gratia imperfectiorũ. NEA. Semper natura. THEO. Recte addidisti / na- tura. de ijs siquidem quæ nostra inordinatione peruerteremus / non loquor. Naturæ enim tenor ab optimo & ordinatissimo rerum opifice tributus / pulcherrime ordinatus perseuerat: dum aliunde inordinatio nõ pẽdeat. Est igitur iterũ intelligẽtia A / sua non modo essentia B / sed & suo esse / perfectior & melior. quare & magis ens / magis vna / & magis vera. NEA. Ita consen- taneum videtur. THEO. Vides ergo quo pacto mentes illę superiores suis ordinibus digestę: suis potentijs & actibus magis sunt vnæ / præstãtiores & meliores? NEA. Video: & me prius perperam respondendo coniectasse. non aduertentem / præsentem sermonem de vno esse quod sequitur entis cõ- ditionem / non autem de vno quod est numerandi principium. cuius quidem numerorum principij id magis conditionem imitari videtur quod impers est: q̃ id quod in partes quascunq; diuiduũ sit. THEO. Haud absone qui- dem. nam sermones secundũ subiectam materiã expetẽdos esse: nõ ignoras. Ergo et æque facile vnũquodq; totũ sua potẽtia / & suo actu præstare / & ma

gis vnum eſſe:oſtendere poſſes. NEA. Aeque. ¶Sed an C eſſe & actus/ 10
ſuo toto ad ſubſiſtendum plurium egebat? THEO. Quodam modo. nam
eget eſſe ab altero/in altero vt in ſubiecto/vt in eſſentia/& in altero vt in to-
to/vt in intelligentia/& totius A gratia/& optimi ſupremiꝗ boni gratia. &
ipſum magis egere vt ſubſiſtat q̄ totū:manifeſtū eſt. Nam a fine quæ cau-
ſa cauſarum eſt:magis vnumquodꝗ pendet. Eſt autē eſſe C/ab ipſo toto A/
vt a fine dependens:& non contra/A ab ipſo C/vt a fine. NEA. Percipio
certe. & vnūquodꝗ totum ſuo actu eadem ratione minus depēdere atꝗ
egere:& vniuſcuiuſꝗ actum magis. ¶THEO. Et pene ſuperiore argumē- 11
to conſtat ipſum eſſe:perfectius eſſe eſſentia/magis ens/magis vnum/ bonū
& verum .nam eſſentia eſt ipſius eſſe gratia/& ab ipſo vt fine pendet: & nō
contra. adde mobile magis pendere a motore:vt qui ſit ſummo enti a quo
omnia pendent ſimilior. vniuſcuiuſꝗ autem rei eſſe/vt motor eſt:eſſentia ve
ro vt mobile. ¶Quo fit vt ſubſtātiarū maxime/materia:minus ens/& minus 12
vna cēſenda ſit. vt quæ in cōfinio nō eſſe & prope nichil exiſtat. NEA. Quo
pacto? THEO. Quia ſi conſtituamus primum & ſummum ens & non ens
extrema/& oēs ſubſtantias tum completas tum incōpletas/materiā/ formā
eſſentias omnes & eſſe/vt media/& harum omnium ſubſtantiarum depen-
dentias/indigentiaſꝗ numeraueris:nullam prorſus earum remotiorē a pri-
mo & maximo ente et pluriū indigentiorem ipſa materia videbis. quare nul
la non enti vicinior:vt quæ & rite dicta videatur in cōfinio non eſſe cōſtitu
ta/et admodū prope nichil. ¶Hinc fit iterū vt quæcūꝗ materiā ſortita ſunt: 13
magis nō eſſe q̄ eſſe videātur/oni inconſtātiæ/inſtabiliati & variabilitati ob-
noxia:et magis ad nō eſſe q̄ ad eſſe prona. et quæ a materia/et materiæ cōdi-
tione (quæ eſſe impedit) recedunt:verius ſubſiſtunt/ vt quorum eſſe ſemper
& ſtabile ſolū appareat. NEA. Omnino. THEO. Et omnis eſſentia: quæ-
dam materia eſt. eſt enim omnis:ipſius eſſe & actus ſubſterniculum quod-
dam. NEA. In proportione ſcilicet. THEO. Mēs igitur A/ſub primo mē
tium prima:merito plus eſſe q̄ nō eſſe dicēda eſt/& ad ſemper eſſe procliua/
conſtantiſſima/& ſtabiliſſima. ¶THEO. Vis ergo nūc vt ſecundæ ſeriei mē 14
tiū ſubſiſtendi dependentias perueſtigemus? NEA. Sequor te quocūꝗ vo-
les trahentem. THEO. Concipe igitur ipſum primum/quod eſt ſuper om
nia fons & origo rerum omnium:vt ſolem. & primam mentium ſub illo: vt
lucem. ſecundam:vt lumen. & tertiam:vt ſplendorem. NEA. Ita luctor con-
cipere. THEO. Sol ille O Neania/æternus & inuiſibilis/noſtri viſibilis ſolis
veritas & exemplar:ſub ſe veram lucem/non quidem accidentariam qualis
lux eſt ſenſibilis ſolis/ſed ſubſtantialem producit/primam ſcilicet creatarum
mentium & perfectiſſimam/& maxime omnium infra ipſum primum effi-
cacem. cui ſtatim coagendi cōmunicatur facultas: vt ſol ſenſibilis ſenſibili lu-
ci pro ſuo modulo cōmunicat. & ſol ille ſupremus coagente luce lumen pro-
ducit:veram & ſubſtantialem lucis ſimilitudinem/& ſecūdam intelligentiā.
neꝗ hoc mireris de illa ſub primo efficaciſſima luce:quandoquidem vides/
nō modo ſenſibilem lucem minus efficacem/ſed & omnem rei naturalis vel
infimam naturam/ſuæ ſimilitudinis progignēdæ auidam. & hinc multa na
turæ miracula:q̄uis vulgo ignota pendere coniecta. & primum ens vna cū

comproducentibus luce & lumine cœleſtes progignit ſplendores & tertiæ di gnitatis mentes.proceditq; intãtum iſta diuinorũ ſplendorum ſeries/dum in aliquam vmbrã decumbat quæ non ſit omnino diuini luminis expers:quod in deum ſuam originem verum rerum omnium ſolem reflectitur/ recurrit/ reſilitq;.ſed tenuiter admodum::vt ſenſibilis vmbræ flaccidum & pene deficiẽs lumen in ſenſibilẽ ſolem reſilire ſolet. EVTY.O Theoretice hanc vmbrã etiã vocas mentem? THEO.Etiam.infimam ſcilicet & noſtram animam quæ illo (quoad poteſt) vmbratili radio (modo impedita non ſit) in ſummam reſilit/recurritq; contemplandam entitatem/ vnitatem ſummam/ veritatem/ bonitatem/ plenitudinẽ/& omniũ potentiſſimũ authorẽ.EVTY.Concipio. tu ergo noſtram animam intelligebas.THEO.Et poſt noſtram animam/ ſunt brutorum animæ:quæ iam diuinorum luminum omnino ſunt exortes/ & vt tenebræ ſola lucis illius priuatione & abſentia in corporum opacitate merſæ nunq̃ recurrẽtes/reflectẽteſq; ſe in deũ.EVTY.Non indubie.& ideo iure:diuino lumine & ſpirituali captæ/cæcæ/ & tenebræ cẽſentur.non tamen ſenſibili & corporeo lumine priuantur. & nunc tecum O Theoretice (ſi tibi gratũ eſt) aliquantiſper Neaniæ partes agam:neq; Neaniæ moleſtũ ſit qui me vobiſcum vna adeſſe voluit/ me etiam ſecum nonnichil impertiri laboris & ſtudij. Et vbi propter præcedentia minus audita/inſufficiens videbor:ſupponat manum/ & præſidium ferat amico.Idq; michi præſtet (ſi licet inter ſeria paulisper fabulari) quod Hercules quondam Atlanti præſtitiſſe fertur/cum ei aſſidua (vt aiunt) cœli ſuſtentatione defeſſo ſuppetias tulit/cœloq; ſubiecit humeros.Ita michi minus recte reſpondenti Neanias auxilio erit. Interea aliquantiſper:a continuo quẽ pertulit diſputationis labore reſpirabit.THEO. Vt vis O Eutychere.interim Neanias attentione proficiet/poteritq; interdũ ſi neceſſarium videbitur/ tibi vt requiris ſuppetias ferre. vis ergo vt reuertamur:& ſecũdæ mẽtis dependẽtias recludamus? EVTY.Id cupio.THEO. Quot prima mentiũ ſub primo depẽdentias ſuſtinere cognita eſt? EVTY. Quatuor.nam ab alio eſt:ex alio/per aliud/& alterius gratia.THEO.Et ſecũda mẽtiũ etiã ne a primo eſt? EVTY.Eſt.nã ab ipſo ſũt omnia.THEO. Et etiam a prima aſſignata mente? EV.Dictum eſt.quemadmodũ lumen a luce.THEO.Duas ergo vt ab altero ſubſiſtat:ſuſtinet indigentias.EVTY. Duas:vt quæ a duobus pendeat.THEO.Et q̃q̃ a primo abſq; prima mẽte manare poteſt:nunq̃ tamẽ (vt neq; lumẽ a ſole ſine lucis medio) emanabit.Et eſt ex altero.EVTY.Eſt.THEO.Et p alterũ. EVTTY.Et hoc. THEO Et bruta luminis diuini expertia & tenebræ:hominis ſunt gratia/qui nõnichil diuinæ illuminationis vt in vmbra/participat.EVTY.Sũt.THEO.Et quæ infra brutales tenebras ſunt/ipſius hominis gratia ſũt õnia: & imperfecta perfectiorũ preſtantiorũq; gratia.EVTY.Ordo naturæ eſt.THEO.Et beatiſſima illa ẽtia:noſtræ ſenſibilis & cõtinuo labẽtis machinæ/ordinis cõtinẽt veritatẽ.EVTY.Indubie.THEO.Eritne ergo ſecunda mentiũ primæ ſuperioris mentis & perfectiſſimę gratia? quãdoquidem in his caducis & ad horã labẽtibus tenebræ (vt ita dicã) ipſius vmbræ ſunt gratia.EVTY.Eſt certe:et multo quidẽ magis.THEO.Eſt etiã & primi gratia.EVTY.Nimirũ. nam eius ipſius gratia ſunt omnia.THEO.Collige ergo nunc O Eutyche-

re dependentias/indigentiaſq; numera. EVTY. Sex ſuſtinet. ab altero duas/
ex altero & per alterū ſingulas: & alterius gratia ſuſtinet itidē duas. THEO.
Et ſuo modo de eius eſſe/et eſſentia diceremus. EVTY. Penitus. THEO.
Et ita mentium tertiæ dignitatis dependentias inueſtigaremus. & quartæ &
quintæ/& eſſe & eſſentias vſq; ad infimum rerum gradum. EVTY. Scilicet.
THEO. Et in hac inueſtigatione: ſemper poſterius plurium egere ſuo prio-
ri comperimus. EVTY. Semper plurium. ¶ THEO. Quo fit vt ſupremæ 15
diuinæ ſortis mētes: magis entia ſunt/magis vnæ/bonæ/ & veræ/magis plenę/
efficaces/neceſſariæ/ſapientes/magiſq; vitæ ſempiternæ compotes. mox ſecū-
dæ/deinde tertiæ/& ita deinceps vſq; ad infimum entium gradum. EVTY.
Omnino. THEO. Fit etiam vt ſecundarum/eſſe & eſſentiæ imperfectiores
ſint eſſe & eſſentijs primarum: pluſq; eſſentiæ ſecundæ habeant q̃ primæ/&
tertiæ q̃ ſecundæ. & contra: primæ plus eſſe q̃ ſecundæ & ſecundæ q̃ tertiæ.
Attamen quæcunq; ſunt in regione lucis/plus eſſe q̃ eſſentiæ participant.
alioqui ad multitudinem/diuiſibilitatem/& motum/conditiones potentiæ:
laberentur. ¶ Sed age. quid vnius & indiuiſibilis oppoſitū cenſes? EVTY. 16
Multa & diuiſibile. THEO. Nos vnum & indiuiſibile idem eſſe volumus:
itidem diuiſibile & multa. quid eiuſdē oppoſitū? EVTY. Alterū. THEO.
Quid oppoſitum ſimilis? EVTY. Diſſimile. THEO. Quid ſtatus oppoſi-
tum? EVTY. Motus. THEO. Tu ad ſingula ſcite/& expedite reſpondiſti.
EVTY. Hæc ex diuinis diſputationibus (quibus nonnunq̃ interfui) ita acce-
pi. THEO. Perge igitur. cui maxime vnius natura cōpetit? EVTY. Primo
& maxime enti: et quod eſt ipſa rerum omnium ſumma vnitas. THEO.
Quare & maxime eidem competit indiuiſibilis natura: eritq; ſumma rerum
indiuiſibilitas. Cui maxime: eiuſdem natura? EVTY. Primo enti quod ſem-
per vnum & idem manens: ſibi ſemper maxime omnium & omnino idem eſt
& rerum idētitas. THEO. Cui maxime ſimilis natura? EVTY. Maxime
enti quod omnium eſt exemplar/et omnis ſimilitudinis veritas. THEO.
Cui maxime ſtatus? EVTY. Itidem primo enti. nam ipſum eſt æterni-
tas/et rerum omnium ſumma ſtabilitas. ¶ THEO. An cuiq̃ a primo hæc 17
ſyncere competere queant? EVTY. Nulli prorſus. THEO. Deficiunt igitur
cętera omnia a ſyncera vnitate/ſimplicitate/idētitate/exemplari et ſtabilitate.
EVTY. Oportet. THEO. Quapropter ad illorum oppoſita aliquātulū de-
uergūt. EVTY. Cōſentaneū eſt. THEO. Mētes igit̃ lucidiſſimæ regionis q̃
magis eſſe/actūq; ſequūtur/q̃ & magis ſunt q̃ nō ſūt: magis vnius et ſimpli-
citatis participes ſūt/multitudinis autē et diuiſibilitatis minus. Itē idētitatis/
ſimilitudinis/et ſtatus naturā magis participant: et diuerſi/diſſimilis et mo-
bilitatis minus. & homo qui eſt omnis naturæ vinculum/ſuperiorum & infe
riorū mediū: his elemētis vno/multis/indiuiſibili/diuiſibili/eodē/altero/ſtatu/
& motu/medio modo contēperatus: æqualitatis quantum fieri poteſt conſo-
nat harmonia. cætera vero infra ipſum hominem multitudinis diuiſibilitatis/
alteritatis/diſſimilitudinis/& motus tenent exceſſum: vnitatis autem/indiui-
ſibilitatis/identitatis/ſimilitudinis/& ſtatus defectum. & omniū maxime ſub-
ſtantiarum ſenſibiliū potentia: vt quæ iam quædam infinitudo ſit/omnis di-
uiſibilitatis obnoxia/omnino altera/vt nichil ipſius capi iam poſſit quod ſi-

biipsi omnino sit idem: maxime informis/ & formæ formatum/ & rerũ exemplari dissimillima: maxime motui/inconstãtiæ & instabilitati subiecta: ita vt iam nullum omnino subterfugiat motum. & ita dicendum esse puta de esse & non esse/bono & malo/vero & falso/pleno & inani/potente & impotẽte/ necessario & contingente/sapiente & ignaro/viuente & caduco. EVTY. Affecisti me gaudio O Theoretice: cum de vno & multis/indiuisibili & diuisibili/eodẽ & altero/simili/dissimili/statu & motu ita disseruisti. THEO. Sublimis & ardua quæ ex illis pendet O Eutychere contemplatio: sed quam ocia nostra/& cum Neania susceptum introductoriæ disputationis officiũ impræ-
18 sentiarum pertractare nõ sinũt. ¶Proderit tamen Neaniæ/ sæpius hæc elemẽta ens/vnũ/bonũ/verum/plenum/potens/necessariũ/sapiẽs/ viuẽs: insuper vnum/multa/indiuisibile/diuisibile/idem/alterũ/ simile/dissimile/statũ & motum mente reuoluere: & eam (quã diuina requirunt) solerti indagine quæritare intelligentiam. nos ergo (si vobis gratum est) ad aperiendam literam cõ-
19 uertamus. ¶EVTY. Venia tua dixerim O Theoretice: nonnulla ex dictis michi surrepserũt dubia/quæ si placet attẽdas. THEO. Quę illa sunt? EVTY. Primũ. dixisti potentiam egere subsistere sub altero: & actum egere subsistere in altero. Sed hoc michi ingerit difficultatem/ ꝙ nostra anima destituta corpore subsistit: nichilominus actus est. sed vbinã tũc in altero subsistit? Secundum. quo pacto euenit primam mentium proxime sub primo cõstitutã/ quatuor indigẽtias sustinere: & cũ sit vicine post primũ/non sustinere paucio-res. Tertiũ. cũ dicas primã mẽtiũ vicine sub rerũ principe constitutã/plus esse q̃ non esse: an illud non esse/intelligamus maxime enti oppositum. THEO. Graues sunt O Eutychere hæ tuæ difficultates: & quæ propensum laborem requirũt. Sed quia iam diu euagati sumus: vtcũꝗ poterimus q̃ paucissimis tui
20 gratia ipsas absoluere annitemur. ¶Primę igit̃ hũc in modũ satisfacimus. nã etsi nostra anima nostri corporis actus est: ipsa tamẽ simplex purusꝗ actus nõ est. nã in se propriũ esse/ꝓpriãꝗ essentiã retinet. Sed an nõ meministi tãtopere Aristotelem conatũ fuisse ostẽdere: nostræ animæ intellectũ esse agentẽ pariter et intellectũ potentiæ et capacẽ? EVTY. Memini tanq̃ nũc primũ legissem. THEO. Hoc amice est nostræ animæ propriũ esse actũ: et propriã peculiaremꝗ essentiam ostendere. Et non modo id ex Aristotele require: sed ex variorũ tũ philosophorum/tum magorũ authoritate (modo illorum vlla sit authoritas) qui alieno potius q̃ proprio loquũtur spiritu. nam philosophi: propria animi dote loquuntur. magi vero et prophetæ: spiritu alieno. Magi quidem alieno/sed impuro/et in caliginosam regionem deturbato. Prophetę etiam alieno: sed puro/ et qui lympidissimam cœlestium habitat regionem. nõnulli tamen Magorum vt et Sybillæ: lumen patiuntur et tenebras. vt lumen passi: supra philosophos existunt/et in honore atꝗ authoritate habendi. quales Balaamus/Hermesꝗ fuere. Quare si quando eos citabimus: vt eis supernæ lucis spiraculũ aliquod infusum est/eos et citari et aliqua in authoritate haberi volumus. Legũtur enim Zoroaster et Mercurius Trismegistus sensisse: infimam mentium supremo corpori adhærere/ & infundi: quo tanq̃ medio/crassioribus & dimensis corporibus copularetur. Spiritus enim simplex vt sentiunt immortalisꝗ: non aliter cõposito/mortaliꝗ corpori/q̃ per cor

pus simplex & immortale coalescit/connectiturq̃. Et Plato animæ attribuit nunc vehiculum/nunc currum:quo essentiam ipsam & potentiam fixam/manentem/indeficientemq̃ semper actui asseclam & comitem intelligit. neq̃ debemus per supremū corpus & immortale:dimensum cœleste corpus intelligere (non enim vsq̃ adeo pingui fuerant ingenio/quos natura/literarum primates nobis tribuisse videtur) sed essentiam potentiamq̃ immortalem: qualem suprema entia immortaliaq̃ sub primo possidēt.quā & in analogia Magi vocant supremū corpus:q̃ perinde ad superiorū mētium esse/se habeat/vt inferiorum crassiuscula hæc corpora ad formas. Quæ enim inferiorum crassę molis sunt corpora/fluxa/multiplicia/& caduca:illic essentię sunt stabiles/simplices/ immortalesq̃. Et rationalis anima qua vtraq̃ natura & superior & inferior conciliatur/& quæ est vtriusq̃ media:iure vtramq̃ potentiam & stabilem & defluxam sibi vendicat.vt hac mortalibus coniungatur/ & a qua deficere & solui queat: illa vero immortalibus & æternis/& qua immortalis sempiternaq̃ perseueret & iugiter permaneat.sic etenim in ipsa medio modo & proportione æqualissima consonabunt:vnum & multa/diuisibile & indiuisibile/idem & alterum/simile & dissimile/ status atq̃ motus. Sed prolixior sum q̃ voto conceperam. EVTY. Satis dictū O Theoretice:& hac/tua gratia satis ambiguitate soluor. THEO. Secunda ad altiorem speculationem nos vocat. Attamen quicquid ad alteritatem vergit:nō paucioribus quatuor egere necesse est. Est autem essentia/alteritatis principiū quæ a se nequaq̃ subsistit: quin potius ad non esse vergit/alteritatem respiciens. EVTY. Indubie. THEO. Neq̃ sine actu esse potest. Nam nullam prorsus agendi facultatem retineret: quam tamen proximum primo/ post primum maximam habere necesse est. EVTY. Necesse. THEO. Et finitam quidē.nam si infinitam haberet:iam immunis potentię esset purissimus actus atq̃ ipsum maxime ens. EVTY. Certe. THEO. Neq̃ is actus a seipso est. finitus enim est: nullum autem finitum a seipso est. EVTY. Sic est omnino. THEO. At prima sub primo cōstituta intelligētia:ad alteritatē labitur. EVTY. Labitur. THEO. Est igitur ex essentia alteritatis prīcipio/& eius esse atq̃ actu:quorum neutrū a seipso subsistit. EVTY. Est. THEO. Neq̃ igitur ipsa tota intelligentia a seipsa subsistit.quo pacto eni totū a se subsistet:cuius nulla partium a se subsistit? EVTY. Impossibile. THEO. Subsistit igitur ab altero.nā ōne aut a se/ aut ab altero subsistere necesse est. EVTY. Cōfiteor. THEO. Et melius est quicq̃ ꝓpter finē q̃ temere fieri. EVTY. Meli9 sane. THEO. Et meli9 ꝓpter meliorē:& optime ꝓpter optimū. EVTY. Optime. THEO. Et primū ens maxime bonū & potēs/vnūquodq̃ q̃ optime fieri potest efficit. EVTY. Indubie. THEO. Primā igitur mētiū:summū bonū ab ipso quidē vicine manātē/q̃ optime fieri potest/efficit. EVTY. Etiā. THEO. Eā igitur propter finē efficit:immo ꝓpter optimū. Vides ergo quo pacto quicquid ad alteritatē labit: paucioribus q̃ quatuor egere nō valeat. EVTY. Videre videor. ¶ Sed 21
an altiorem contemplationem inde etiam contendebas? THEO. Longe O Eutychere. sed nos diutius immorari oporteret. EVTY. Minime profecto Nam desiderantibus/ & cum gaudio et gestione mentis auscultantibus: nichil diuturnū esse videtur. Quidnā ergo aliud? THEO. Quid O Eutychere

ſi prima mentium a nobis conſtituta/quatuor indigentias paſſa: etiam a pri-
mo quarta ſit. EVTY. Quo pacto id? THEO. Nam ſupra ipſam mentem
eſt vnitas/æqualitas/& cõnexio. EVTY. Quid hoc O Theoretice? THEO.
Hic Magi/hic prophetæ deſudant. Philoſophi autem citra quieſcunt. Age
dic quæ ſit natura boni. EVTY. Se diffundere vt arbitror/& communicare.
THEO. Satis apte reſpõdiſti. Nõne ergo magis bonũ ſe magis diffũdit/ p-
pagat & cõmunicat? EVTY. Magis. THEO. Quod quidẽ ſi minime face-
ret? EVTY. Eius eſſet quædã ocioſitas. THEO. Et ſi adhuc magis bonũ.
EVTY. Adhuc magis. THEO. Quid igitur ſi infinite bonũ? EVTY. Infi-
nite ſe cõmunicabit. THEO. Alioqui eſſet quædã ocioſitas. torporẽ autẽ om
nẽ & ocioſitatẽ: infinita plenitudo vitat. Sed nõne ſũma vnitas: eadẽ eſt & ſũ-
ma bonitas? EVTY. Eſt. THEO. Se igiť in infinitũ fundit/propagat & cõ
municat. EVTY. Ita oportet. THEO. Sed an extra ſe: ſe in infinitũ fundat?
an extra ſe: ſe cuiq̃ infinite cõmunicet? EVTY. Nõ michi videtur. nã extra ip
ſam õnia ſunt finita/capacitatiſq; finitæ. THEO. Ita eſt. illa igitur ſũma bo-
nitas: intra ſe/ſeipſã infinite diffũdit & propagat. & quia cui ſe infinite cõmu
nicat/finitũ eſſe nõ poteſt capacitatiſq; finitę: ipſum infinitũ eſſe neceſſe eſt. qđ
& ideo vocãt æqualitatẽ. EVTY. Et merito. THEO. At in quocũq; vno/eſt
vnitas & æqualitas: vtriuſq; connexionem eſſe oportet. EVTY. Oportet.
THEO. At in primo eſt vnitas & æqualitas. vnitas quidẽ infinita/immenſæ
& infinitæ æqualitati ſe infinite diffundens & propagãs: alioqui illa ſumma
bonitas quodã modo vacua/ocioſaq; eſſet. EVTY. Eſſet. THEO. Eſt igiť
vtriuſq; cõnexio. EVTY. Eſt. THEO. At ex maxima vnitate & maxima ę-
qualitate: nõ ſubſiſtit maxime vnũ ſine maxima cõnexione. EVTY. Nõ vi-
deť. THEO. Eſt igiť illa vtriuſq; cõnexio: maxima. quare & ĩfinita. EVTY.
Oportet. THEO. Sed nõne ſũma vnitas: etiã ſũmũ ens eſt/ſũme bona/vera/
plena/potẽs/neceſſaria/ſũme ſapiẽs/ĩmortalis & ęterna? EVTY. Eſt indubie.
THEO. Nũquid ergo ſe æqualitati infinite diffundet/ cõmunicabit/propa-
gabit: non diffundendo/communicando/& propagando ſuam infinitam en-
titatem/bonitatem/veritatem/plenitudinem/potentiam/ neceſſitatem/ ſapien-
tiam & vitam? EVTY. Minime profecto. THEO. Aequalitas igitur eſt ma
xime ens/maxime bona/maxime vera/pleniſſima/ omnipotẽs/maxime neceſ-
ſaria/ſũme ſapiẽs/immortalis & ęterna. EVTY. Ita eſt. THEO. Et maxima
vtriuſq; cõnexio/nũquid maxima eſt: ſi maxime ens/bona/vera/ plena/& po-
tẽs nõ eſt? EVTY. Minime ita eſſe poteſt. THEO. Eſt igiť maxima vtriuſq;
cõnexio/maxime ens/bona/vera/plena/ſũme potẽs/ſũme neceſſaria et ſapiẽs/
vita viuẽs immortali et ſempiterna. EVTY. Neceſſe eſt. THEO. Quare ſi-
cut ſumma vnitas omniũ eſt principiũ: æque et ſumma æqualitas omnium
principium/et ipſa ſumma cõnexio omniũ. et vnitas/ æqualitas et cõnexio nõ
ſunt niſi vnum ſummum ens/ſumme vnum/ſumme bonum/verum/plenum/
et potens. EVTY. Vnum certe et maxime vnum. THEO. Et nõnulli Ma-
gi (qui diuinæ ſapientiæ radio eorum mentibus illapſo/viderũt illam ſummã
vnitatem ſuæ æqualitati ſe latiſſime diffundentem et totam propagantẽ) di-
uina ora ſoluerunt/dixeruntq; deum gignere deum. nam ſummam vnitatem
viderunt gignentẽ: et ſummã genitam æqualitatẽ. EVTY. Altiſſima vide-

runt O Theoretice. THEO. Vides ergo iterum primam mētium quaternis
egenam: tria hæc vnitatē/æqualitatē/& connexionē/supra se habere. EVTY.
Aperiat michi mentē O Theoretice ipsa beatissima vnitas/ infinitæ sapiētiæ
pelagus/& ad id credendū/& ad quantū mortalibus fas est intelligendum.
THEO. Et michi O Eutychere ipsa summa æqualitas. NEA. Et michi ip
sa summa & beatissima vtriusq; cōnexio. THEO. Immo vero nobis & om=
nibus illam pie quærentibus summa vnitas/summa æqualitas/& summa cō=
nexio/vnum idemq; principiū/summa entitas/summaq; bonitas. ¶Sed per= 22
gamus Eutychere. in primo vnitas: est in intelligentia quoddam vnitatis ve=
stigium. Et quod illic est æqualitas: hic iam est quædā alteritas. Et quod rur=
sum illic maxima & simplicissima vnitatis & æqualitatis absq; quacunq; com
positione connexio (vbi enim maxima vnitas: nulla prorsus cōpositio esse po
test) hic iam vnitatis & alteritatis quædam cōpositioni adueniens connexio.
Et vbi in primo est sūma vnitatis/æqualitatis & nexus sine pluralitate vni=
tas: hic iam quædam vna multitudo & multitudinis vnitas. ¶Sed age O 23
Eutychere. an in intelligentia/vnitatis & alteritatis compositio: magis sit ab
eius vnitate/an magis ab eius alteritate? EVTY. Aeque ab vtraq; vt michi
videtur. THEO. Neq; cur potius sit huius q̃ illius esse videt̃. EVTY. Non.
THEO. Et ab vtraq; simul: q̄cquid est accipit. EVTY. accipit. THEO. Et
in ītelligētia: vnitatis & alteritatis cōpositio: in ipso sūmo vno/cōnexio est. EV
TY. Est. THEO. Nō igit̃ sūma cōnexio ab vnitate solū/aut æqualitate solū:
sed æque ab vtraq; & simul emanat & procedit. EVTY. Sic michi certe pri
ma intelligētia insinuare videtur. THEO. Nimirū. nā ipsa & vnūquodq; ad
ipsius summe vnius/sūmæ vnitatis/æqualitatis & cōnexionis similitudinē fa
ctū relucet: hoc vt propinquius simulacrū/illud vero vt remotius. ¶Ex his 24
Eutychere cōiectare posses cur nōnulli philosophantiū (qui citra vnitatis/æ=
qualitatis/& cōnexionis mysteriū defecerūt) vt Anaxarchus Abderites/infi=
nitos mundos esse statuerint. EVTY. Cur hoc? THEO. Vt illa infinita bo
nitatis plenitudo se infinite cōmunicaret propagaretq;/& ne vlla ex parte va
cuā ociosamq; cōfiteri cogerētur. At mūdus q̃ optime fieri potuit factus est.
melius autem ipsum vnum esse: vt qui sic suo diuino opifici euadat similior.
ille enim sua vnitate: sui opificis/summæ vnitatis æmulus est. et sua bonita=
te: summæ bonitatis. Est itaq; mundus hic ens/et vnus/bonus/ verus et ple=
nus: quantum eius natura entitatis/vnitatis/bonitatis/ veritatis et plenitudi=
nis capax esse potuit. Perperam ergo tibi ne videntur nonnulli plures mun=
dos esse asseuerasse? EVTY. Perperam. THEO. Et longe dissonantius:
qui infinitos asseruere. EVTY. Dissonantius certe. Nam id summæ vnita=
ti dissimilius: atq; infimæ potentiæ quæ quædam infinitudo est/ affinius.
THEO. Nec defuerunt alij/ qui hunc corporeum mundum vnum tamen/
sed infinitum esse: defendere conati sunt. EVTY. Eadem (vt opinor) de cau
sa. THEO. Eadem/vt scilicet ipsa sūma bonitas se infinite diffunderet atq;
propagaret. At id absone quidem. Nam cum ista corporea moles plenitu=
dinem impediat: non vident se eam summæ plenitudini æquam facere/ im=
mo et totam infiniti mūdi entitatē infinitæ entitati æquā/ et vnitatem vnita=
ti. alioqui summa entitas/ vnitas/ bonitas/ et veritas non se (vt volunt) infi=

nite diffundent/ & cõmunicabunt. & horum & priorum positionibus allata ab Aristotele accidũt incõmoda. & nunq̃ inter philosophos pax firma habita est:ipsam licet quærẽtes veritatem: donec ipsa semper benedicta omnibus sæculis quæsita veritas/ & summa summæ vnitatis æqualitas: virgineis visceribus illapsa/ mortalibus innotuit. Hæc siquidem tanti erroris caligine ductos philosophos reconciliauit: & cum hominibus conuersata/ se viam/ vitam & veritatem patefecit/ & se omnia a summa parente vnitate plenissime accepisse. sed te his arbitror cõtentũ. EVTY. Maxime O Theoretice. video vt posteaq̃ vel tenuiter deprahensum sit sũmæ vnitatis/ æqualitatis & cõnexionis mysteriũ: protinus vanescãt õnes de huius mũdi finitate & infinitate/ vnitate & multitudine ãbiguitates. THEO. Ita & de huius mũdialis machinæ nouitate & sempiternitate. Sicut enĩ dimẽsa plenitudo sese habet ad summã & infinitã plenitudinẽ: ita quoq; nouitas & tẽpus ad sũmã infinitãq; sem-
25 piternitatis immẽsitatẽ. ¶ Sed vide O Eutychere: ne aliqua de superioribus dictis a nobis: veniãt reclamãda. EVTY. Quænã? nũquid de ijs aliqua quæ de sũma vnitate/ æqualitate/ & sũma connexione disseruimus? THEO. Nequaq̃ (vt puto) sed de ijs quæ de processione mentiũ ac rerum a primo entiũ/ dicta sunt. nã illa prior profectionũ mẽtiũ a primo sentẽtia: potius veterũ & Arabum q̃ diuine & vere sentiẽtium/ esse existimatur. EVTY. Quo pacto? THEO. Nam diuine philosophantium sententia: ipsius primi summiq; entis duplex operatio esse censetur/ & vtraq; diuina/ & illi summo entium peculiaris ac propria. quædam interna. & quædam externa. interna vt generatio æqualitatis a summa vnitate/ & ab vtraq; summi nexus processio: vt paulo ante discussimus. et hæc operatio: naturalis & necessaria est. naturalis quidẽ: vt quæ ad ea sit quæ eiusdẽ naturæ sunt ac substãtiæ. necessaria vero: vt quæ ad ea quæ summe bona/ & sũme bene sunt/ & quæ aliter sese habere non possunt. Externa diuina operatio: vt mũdi/ & eorũ quæ in mũdo sunt/ de nichilo productio. & hæc a summo parente rerum: non naturaliter fluxit. nã ea neq; illi connaturalia/ neq; consubstantialia sunt. neq; necessario. sed ipsius summi boni beneplacito/ libere/ et vt voluit/ effulsit: haud secus ac externus sermo noster: a nostra mente vt vult/ & quando vult/ in lucem prodit. Et hæc secũda diuina operatio/ eductio/ siue effluxio rerum e nichilo: creatio dicitur. Atq; hec creandi communio (vt summis diuinarũ rerum arbitris/ diuineq; sapiẽtibus placet) nulli prorsus ab ipso summo ente et summo bono cõmunicatur: nisi ijs qui ex intima illa connaturali/ æterna/ et necessaria operatione in diuina illa fœcũdissima ac summe efficaci diuinitate coæterne oriũtur. Cum enim rerũ cõditarũ nichil prorsus esset: aliquid facere/ omnipotentis virtutis id nimirum opus fuit. Atqui cũ summa vnitas omnipotens sit: non ab re ipsius erit creare. et cum summæ æqualitati æterne communicet omnipotentiam: quomodo etiam nõ communicat ei et creandi virtutem? Nã si creare non posset: quo pacto esset omnipotens? Et cum identidem summa vnitas et summa æqualitas/ summo nexui omnipotentiam communicent (nam summũ ipsum nexum omnipotentem esse: iam monstratum est) summo etiam nexui non minus creare cõpetet. immo quia tria hæc sunt vnum summũ & summe vnum: ideo iure sunt vnus creator/ & vnus solus. tres tamen hypostases:

natura ſubſtantiaq́ꝫ indiuiſæ/& quælibet creās totuſq́ꝫ creator. EVTY. Hæc ſane O Theoretice: non modo rationabilia/ſed & neceſſaria eſſe videntur. THEO. Veruntamen quando creant/non neceſſario/nō naturæ modo/ſed (vt dictum eſt) libere/contingenter/propoſito arbitrioq́ꝫ/& vt volunt: creant. & in deo neceſſitas: eſt neceſſitas. in creatura vero/neceſſitas: eſt contingentia. EVTY. Quo pacto id O Theoretice inquis? THEO. Nam vt deus qui omnium creator eſt rerū/neceſſario neceſſarius eſt: ita creatura neceſſario eſt contingens. nam ſi non neceſſario eſſet contingens: poſſet non eſſe contingēs. Cum igitur impoſſibilis non ſit: putaſne eam eſſe neceſſariam? EVTY. Nequaq̄. nam non eſſe non poſſet/& æterna eſſet. THEO. Recte ais. Vides igitur ꝙ cōtingentia eſt illi neceſſitas. nā non eſſe non poteſt cōtingēs. EVTY. Video. THEO. Sed reuertamur ad ea monſtrāda: quæ propoſuimus. Nūquid putas ergo Eutychere: id prius recte dictum fuiſſe a nobis? Cōcipe igitur ipſum primum quod eſt ſuper omnia fons & origo rerum omnium/ vt ſolē/ & primā mētiū ſub illo vt lucem/ſecūdam vt lumen/tertiam vt ſplendorē. EVTY. Quidni ita recte concipitur? & quid a te non recte dictum putē? THEO. Non nobis fili niſi veritate fulciamur/parcēdū eſt: ſed (vt canis feram/vt apes odorum florē ſic inueniendi ſtudio proſequi debemus veritatē. Cur igitur non ita concipiendum eſſe autumem: animaduerte. quia ſane lux/lumen/ & ſplendor: modo naturæ a ſole prodeunt. non autem propoſito ac libere: quomodo externa ōnia diximus a primo procedere. non eſt igitur hæc rerum a primo externe prodeūtium: recta conſentaneaq́ꝫ cōceptio. EVTY. Videtur. THEO. Quo pacto igitur ſtabit quod cum Neania diſſerendo ſubiūctum eſt? Sol ille æternus & inuiſibilis noſtri viſibilis ſolis veritas & exemplar/ſub ſe veram lucem non quidem accidentariam qualis eſt lux ſenſibilis ſolis ſed ſubſtantialem producit primam ſcilicet creatarū mentium/ & perfectiſſimam/& maxime omnium infra ipſum primum efficacē/ cui ſtatim coagendi cōmunicatur facultas/vt ſol ſenſibilis ſenſibili luci pro ſuo modulo cōmunicat. EVTY. Forte non approbas: quod de prima creatarum mentium dictum eſt cui ſtatim coagendi cōmunicatur facultas/vt ſol ſenſibilis ſenſibili luci pro modulo ſuo cōmunicat. THEO. Etſi præcedētia ſtare poſſint: hęc tamen particula minime poſſe videtur. EVTY. Quid hoc? THEO. Nōne ſecūda mentiū creatione a ſūmo rerū prīcipio ꝓdit? EVTY. Sane. THEO. Ergo ſi primæ mētium ſub primo/cōmunicata eſſet coagendi facultas/ cū ea actio creatio ſit (ſecunda enim mentium creatione prodit oriturq́ꝫ: vt conceſſum eſt) primæ ſub primo intelligentiæ communicata eſſet creandi virtus/ aut ſaltem concreandi. ſed quid eſt concreare: niſi cum alio creare? EVTY. Cōmunicata proculdubio eſſet. THEO. Attamē in ſuperioribus conceſſum eſt: nulli ab ipſo ſūmo ente/ creādi communionem indultam eſſe niſi ijs qui ex intima illa natiua/ ſubſtantiali/æterna & neceſſaria operatione in fœcundiſſima & ſūme efficaci diuinitate coæterne oriuntur. EVTY. Cōceſſum eſt. THEO. Igitur ſecunda mentium ſub primo & ſummo: non illo modo a prima mentiū effulſit. & tertia a prima & ſecūda. neq́ꝫ eſt is in mētibus originis ordo ac alijs in rebus vt voluere veteres/& huius authores ſentētiæ. EVTY. Sic oportet. ſed quinam veterum id opinari potuiſſēt? THEO. Ij ſane qui a

primo entium/modo naturali res ipsas/mundumq; ipsum effluxisse credide-runt. hinc omnia esse vnum nonnullos eorum asseruisse/puraq; esse entia ne-gasse/sensisse: haud absimile vero est. EVTY. Quo pacto id O Theoretice su-spicaris? THEO. Hac profecto ratione. nã si quis ponat primũ ipsum a quo cuncta fluunt/infinitum infinitæq; potentiæ/& modo naturali agere: infinite aget. nam agit quodq;/cum naturaliter agit: q̃ maxime validissimeq; potest. sic sol agit lucens/sic ignis calefaciẽs/sic aqua infrigidans/sic leuia sursum niten tia/videtur sic grauia in imum ruentia. EVTY. Sic omnino esse. THEO. Ergo si entia ab ipso primo infinito/modo naturæ prodeunt: quodq; infini tum erit/vt quod a vigore & actione/naturali modo prodeat infinita. & cum plura infinita esse non possint: omnia erunt vnum/infinitum scilicet. eruntq; consubstantialia omnia: vt summa vnitas/summa æqualitas/summaq; cõne-xio esse dicta est. EVTY. Id michi sane: non ab re videtur accidere. Nam si sol infinitus esset: lux quoq; esset infinita. & cum plura infinita esse non pos-sint: sol & solaris lux non essent nisi vnum. quare lux consubstantialis esset ip si infinito soli. & ita etiã lumẽ infinitum/& luci ac soli vnum/atq; consubstan-tiale esset. THEO. Recte sapis. Quare Melissus si existimauit vnum re-rum esse primum infinitum/ab eoq; cuncta naturaliter fluxisse: non male iux-ta suam quidem existimationem/asseruisset omnia esse vnum/& id esse infi-nitum. EVTY. Etsi non male quidem iuxta suam existimationem: male ta-mẽ simpliciter. THEO. Verum ais. Et iccirco id ei accidisset q̃ id ipsũ quod a primo libere omnino & voluntarie fit: tribuisset ipsius primi naturæ & ne-cessitati/nichil eius libertati tribuens. quod nisi libere posset extra se/suãq; na-turam: iam infinitũ non esset/iam non esset omnipotens. EVTY. Quo mo-do enĩ is omnipotens esset: qui nõ posset quod omnis mẽs potest? THEO. Haud male sentis. nam omnis mens: quæcũq; extraria potest facere/potest si vult & eadẽ nõ facere si facere nõ vult. & hoc est libere facere. ipsũ autẽ primũ supra omnẽ mentem collocatum: iam non est mens/sed super mentem plusq̃ mens/& infinita mens est/plusq̃ libertas/infinitaq; libertas. Quare cum mẽ-tes non omnia absolute/sed omnia quæ extra se possunt libere possint: ipsũ extra se libere õnia absolute potest & agit. EVTY. Par est: & maxime quidẽ. THEO. Ad superiorem etiam positionem de processione mentium a primo: simile sequitur incõmodum/omnia scilicet esse vnum. Nam primę mentiũ sub primo cũ cõmunicaretur/eorũ sententia/creãdi potestas: ipsa (si superiora ve-ra sunt) omnipotẽs esset/infinitæq; potẽtiæ. & cum plura infinita esse nõ pos-sint: primũ & mẽtiũ prima erũt vnũ. similiter tertia/quarta/quinta infinitæ po tentiæ: vt quæ creandi obtineant facultatem. Quare omnia vnũ erunt: & om-nia cõsubstantialia/vnaq; infinita substantia. EVTY. Id nimirum absurdum. & quomodo prima mentiũ/primo cõsubstãtialis: diceretur esse sub primo/ & secunda sub prima mẽte/& sub ipso absolute primo/& ita de cõsequentibus? THEO. Sic euenire ferme semper assolet O Eutychere: vt vnum male asser-tum innumera secum trahat incõmoda. Reclamandum ne ergo est: quod di ctum est/secundã mentium a prima sub primo assignata mẽte/esse vt lumẽ a luce/& duas vt subsistat sustinere indigentias/vt quæ a duobus pendeat? EVTY. Reclamandum profecto est. & pariter inficias ibimus/primæ creatæ

intelligentiæ concreandi adesse facultatem. et quod etiam subiungitur quanq; a primo absq; prima mente manare potest: nunq; tamen (vt neq; lumen a sole sine lucis medio) emanabit/eadem ratione refutabimus. Nã a primo /absq; medio: quicquid creatione ortũ est/& absq; alio coefficiente emanat. sed quid de eo sentiendum O Theoretice/ quando paulo superius hanc processionis seriem suadere videbaris: cum dicebas? neq; mireris de illa sub primo efficacissima luce: quandoquidem vides non modo sensibilem lucem minus efficacem/sed & omnem rei naturalis vel infimam naturã/suæ similitudinis progignendę auidam. & hinc multa naturæ miracula quanq; vulgo ignota: pendere coniecta. THEO. Mens filii mentem non progignit vt fabulãtur poetæ/& Esiodus in theogonia vnum deum multos deos/deasq; progignere. nã mentes illæ supernæ/quæq; uã speciẽ forsitan implet: sufficiẽtemq; suę speciei continet perfectionem. vt sol iste sensibilis nõ producit aliũ solem. ille enim: suę speciei vnicus sufficit. Et esto mens vnica suę speciei non sufficiat (vt de mẽte non absurde sẽtiendum est/humana) illa tamen/mentem nõ progignit. nã omnis mens: creatione ortum trahit. Pone igitur φ mens mentem producat vt mẽs A/mentẽ B: iam mens B/creatione nõ subsistet/ aut mens A creandi adepta erit facultatem. quod neq; tribues/neq; qui ratione ad diuina valente vtetur. mirari igitur profecto maxime deberes: si illa mens (etsi sub primo sit efficacissima: cum sit primus et maxime actus sub primo) secundam progigneret/vt lux lumen/cum vnum solum omnium rerum creatorem agnoscas EVTY. Absurdus profecto est et impius: qui id non attendit ac confitetur. THEO. Ergo efficacia eius non ad productionem mentium est intelligenda/vt neq; solis efficacia ad productionẽ alterius solis/aut lunę/aut alicuius astrorum: sed potius ad contemplationis officia & ad prouidendi efficaciam. purgat enim mentium prima/omniũ perfectissime/illuminat/ac perficit: quod inferioribus prouidere est. quo ad primum vero. quod supra ipsã et omnia collocatum est: omnium perfectissime mentiũ implet contemplanis officiũ. Et φ inferiora ista sint suę similitudinis/ęqualis naturę ac substãtiæ/& tanq; consubstantialis progignendę auida: tum in hoc diuinam appetũt imitari internam operationem quod quidem summum omnia vel q; maxime possunt imitari nituntur/tum generatione (vt quãtum ipsis datur eam assequantur) æternitatem. EVTY. Hæc ratio satisfacere videtur abunde. THEO. Et pariter videre potes: quo pacto naturalis & necessaria rerum operatio (necessariã voco: qua res ipsæ agere non possunt non impeditę vt calor calefacere/lucidũ lucere/ignis ignire id est ignẽ gignere) internã illã naturalem & necessariam imitatur summi boni operationem. & idẽtidem quo pacto operationes voluntarię: imitantur/rerum a primo creationem. EVTY. Quo pacto operationes volũtarię? THEO. Et ima sũmis respõdeãt/natura naturę/& voluntarium voluntario Quod planius animaduerte. nũquid mẽs nostra opera fortitudinis/liberalitatis/tẽperantię/iustitię/prudẽtię/& sapiẽtię/ quando ea facit: libere & voluntarie facit? EVTY. Facit. THEO. Si igitur mens nostra esset per se fortis/liberalis/temperans/iusta/per se prudẽs/& per se sapiens: nonne in omnibus nostrę mentis operibus (et si non naturali modo & necessaria operatione/sed mere libera voluntariaq; eductis) reluceret

fortitudinis vestigium/liberalitatis/temperãtię/iustitiæ/prudentię/& sapientiæ? EVTY. Opinor cuncta talis mentis opera apparere debere fortiter/liberaliter/temperate/iuste/prudenter/sapienterq; facta. THEO Sic vides ab ipsius omniartificis mentis opera: entia omnia/bona/vera/potentia/prudenter/sapienterq; facta/etsi ab ea summe libere/voluntarieq; & minime necessarie prodeant. EVTY. Id (puto) quia mens illa omnipotens & omniartifex: per se ens/per se bona/per se vera/per se potẽs/per se prudẽs/& per se sapiens sit. THEO. Et hoc pacto etiã de reliquis: quorum vmbratilia vestigia cernuntur in rebus. Non igitur dicere oportet sensibilem mũdũ/ideo esse bonum: quia sit naturalis imago summi boni/sed arbitraria ac voluntaria similitudo ipsius. EVTY. Sic est. ipsumq; mundum & ea quæ in eo sunt/secure quis dicat vestigium beneplaciti diuinæ volũtatis/veritatis/potẽtiæ/æternitatis/& reliquorũ id genus similium. Sed O Theoretice/quãq; tot indigentias dependentiæ non sustinent res quæ vniuersæ dependent a primo: est ne tamen ordo naturæ aliquis prioris & posterioris? queadmodum disserebatur prius bruta luminis diuini expertia/& quæcunq; sunt infra brutales tenebras/vt sunt vegetabilia/mineralia/mixta imperfecta & elementa/hominis esse gratia. THEO. Non tot (vt dixisti) res õnes ab ipso primo summoq; dependentes/indigentias sustinent vt ab efficientibus. nam vt secũda mentium idigeret esse a prima vt a causa efficiente proxima & coefficiente ipsi primo: sic tertia a secunda/& hoc pacto in ordine mentium ad hominẽ vsq; qui vltimæ mentis est particeps. & sic homo eodem iure: proxime inferioris animalis causa esset efficiens vt splendor vmbrę/& id cõsequenter ad vltimũ vsq; corporum. quod etiam ostẽsum est/esse non posse. EVTY. Ostensũ. THEO. Et illi superiori sentẽtiæ: sermo contradicit diuinus. Nam iuxta eloquia/primo facta sunt cœlum & terra/lux/aqua/& spiritus qui ferebatur super aquas. EVTY. An per lucem & spiritũ qui ferebatur super aquas: ignẽ & aerem/reliqua scilicet duo non aperte nominata intelligis elemẽta? ac si diceretur. in principio facta sũt cœlum/& terra/ignis/aqua. & aer super aquas? THEO. De ea intelligentia: nunc non est disserendi locus/sed ne diutius immoremur/cũ hoc proposito nostro nichil officiat: esto ita. Deinde sacra narrat historia factas herbas virentes/& omnigenas arbores. subinde solẽ lunãq; & stellas nocte micãtes. mox volucres cœli/& pisces cerulei maris. consequẽter genus omne animantum. vltimo vero loco conditus narratur homo: qui omnibus (quæ omnipotẽs illa & suprema: in terra creauerat potestas) præesse posset. nõ igitur inferiora dependent ab homine vt a quo indigeant esse tãq; ab efficiente aut coefficiente/causa iuxta diuinũ sermonẽ. vt qui (cũ fieret) nõdũ fuisset. EVTY. Ita est. THEO. Neq; homo a superiore intelligẽtia illo modo pendet/vt minus lumen a maiore: tum ꝙ ortu pręcessisset sequentium vmbras ac tenebras tum ex pręcedentibus/et ex eadem diuinitus inspirata historia. creauit (inquit) deus hominem ad imaginem suam. Et rursus. formauit igitur dominus deus hominem de limo terræ. & inspiruit in faciem eius spiraculum vitæ/& factus est homo in animam viuẽtem. Et nõ modo sacra id tradũt eloquia quibus dissentire nefas: sed et tanq; ex vetustate ab õnibus receptam/hãc rerum genesin descripsere gentiũ vates/quale id esse puta.

Astra tenent cœleste solum: formæq; deorum.
Cesserunt nitidis habitandæ piscibus vndæ.
Terra feras cepit. volucres agitabilis aer.
Sanctius his animal/mētisq; capacius altæ
Deerat adhuc: & quod dominari in cætera posset/
Natus homo est. Verum non gentium argumenta: sed ratio/& super rationem/te sacra moueant oracula. EVTY. Id certe fas/iustumq; est. THEO. Si igitur homo tum rationis necessitate/tum diuina auctoritate qui infimę mentis cōpos est/non pendet a superiore mente vt efficiente: nonne multo minus aliæ superiores mentes/vt quæ minus indigæ sint & insufficientes/pēdebunt illo modo a superiore se mente/sed solum ab ipso primo? sicq; superior illa de processione mentium rerumq; a primo/euersa erit opinio? EVTY. Omnino. THEO. Ordo tamen est in rebus & prioris & posterioris. vt in mundo sensibili/homo primum est sensibilium/et terra sensibilium vltimum: cætera vero intermedia. homo quidem sēsibilium primū: non quod primum omnium/in sensibili mundo a deo prodierit (nam terra: prior facta prodiit) sed primum perfectione/naturæq; dignitate. sic in cœlesti mundo est aliqua mētium prima: & cœlum vltimum. deus autem: super omnia est. mētium quidem prima. non q̄ prima omnium sic a deo prodierit/vt ea mediante reliquus mentium profluxerit ordo: sed perfectione prima/naturæq; dignitate. EVTY. Id & ratio suadet: & necessarium videtur. vt enim voluit illa sūma potestas: sic in cœlo fecit/pariter & in terra. THEO. Sic est. nā libere cuncta: tū in cœlo tū in terra peregit. Si igitur voluisset: primū sensibiliū creasset hominē/& cætera inferiora post hominis ortū. sed ab īperfectis processit ad perfecta: quē nunc ordinē vniuersa sēsibilis in agēdo imitatur natura. Sic etiā si voluit vltimā mentiū creauit primo. EVTY. Si voluit etiā: prima primū deducta est ad ortū. si voluit: ōnes simul effulserūt. Sed age. nōne vt ī sēsibili mūdo ōnia sūt propter hominē/& īperfectiora perfectiorū gratia: sic de cœlesti mūdo sentiendū? vt homo vltimū mentē participantiū/gratia superioris mentis sit: & quæq; imperfectior perfectioris gratia? THEO. O Eutyche/ re longius nos pertrahis. mos tamē tibi aliquantisper gerēdus. Si in mūdo sēsibili non tanta esset necessitas: nunquid putas imperfectiora perfectiorū hoc pacto esse gratia vt vides? EVTY. Quo pacto id dicis O Theoretice: tanta necessitas? THEO. Necessitatem/indigentiam voco/vt ad generandum/alēdum/augendum/alterandum. si igitur non essēt res naturales indigę generationis/alitionis/cibi & potus & similium/sed starent immutabiles vt mētes illæ supernæ: nonne imbres/flumina/venti/& varium soli genus essent propter vegetabilia/& hæc & illa propter animalia/& columba propter accipitrem/quibus nullum præberent vsum? EVTY. Non videtur. THEO. Essēt tamen propter hominem vniuersa. nam illi/vsui essent: præberentq; contemplationis vsum/& occasionem suspiciendi/admirandi & laudandi/tanti ornatus artificem. EVTY. Sic est. THEO. Igitur si homo propter superiores mentes sit/& imperfectior perfectioris gratia: non id dissentaneum fuerit/ idipsum esse ad contemplationis & laudandi artificis vsum. Q̄ʒ si eo vicario vsu mentes non indigeant/sed potius vt omnes oculi sunt propter solem su-

ſpiciēdum non oculus propter oculum:ſic omnes mentes erunt propter ip=ſum primum/non mens propter mentem. Et magnus & inſignis hic mentis honor:vt quæq; mens ſit propter ipſum primum ſolum.vt quemadmodum ab ipſo primo eſt:eodem quoq; modo/in eo (vt in fine quē attingit) quieſcat/ & hæc/cuiuſq; mentis immortalitas.quis enim attingens per ſe vitam & im=mortalitatem vt ſedem ſuam & quietem:mori queat? quā & tibi & michi illa immenſa benignitas:aliquando largiatur.ſed hactenus de his conprimē=tes ſermonem:ad ſequentia ſub cōpendio reuertamur. EVTY. Reuertamur.

26 ❡Tertiæ autem quæſtionis diſcutiendę/poſtea aliquando oportunior dabi=tur locus. Et ſatis nūc digredi viſi ſumus. Ad Neaniam(cuius gratia diſputa

27 tionem hanc / ſuſcepimus)familiora declarando nūc nos conuertimus. ❡Dic ergo O Neania:noſtro reſumpto propoſito/quot primi & firmiſſimi princi=pij conditiones aſſignas? NEA. Tres. Notiſſimū eſſe debet. Nō cōditionale. Et quod quēlibet docendū & ſe alicui diſciplinæ mancipantē/habere neceſſe eſt. THEO. Et hæ conditiones:de principio doctrinæ/& nō de primo ente & maximo ſubſiſtēdi principio intelligēdæ ſūt. Primū eni rerū pricipiū: nobis notiſſimū nō eſt. Neq; neceſſe eſt quēlibet ſuſcipiēdæ diſciplinæ idoneū/ipſū habere. Adde ꝙ cōditionale eſſe aut nō cōditionale:principia doctrinæ & nō

28 rerū comitātur. ❡Quot errores circa ipſū cōtigūt? NEA. Quatuor. Primus eſt:ipſū demōſtrare conantiū. Secūdus:ipſū negantiū. Tertius:cōtradictori=as cōcedentiū. Et quartus:ipſas negantiū. THEO. Qui ipſū demōſtrare mo liti ſunt:ſimiles euaſerunt ijs qui accenſa face in ſerenæ diei medio/ad faculæ lumē/cæteros ad cōtēplādū ſolē accerſerēt. NEA. Hi ridiculi nimiū. THEO. Et illi/magis tamē reliquis venia digni ſūt:vt qui ex intelligētiæ paucitate di=ſcernere nō norūt inter propter ſe notū & notū propter alterū.ſic oculus ęger: impotēs iudicare an albedo an nigredo magis viſibilis/imo an color an lumē magis viſibile. Qui vero ipſū negāt/& qui cōtradictorias cōcedūt/vt olim He=raclitus & Protagoras/eorūq; aſtipulatores/quiq; eas negant:mera inſania laborare videtur. Sed hæc omittam9.nullus eni noſtrū:huius morbi ſuſpicio=ne tenetur. EVTY. Attamē O Theoretice hac noſtra tēpeſtate vidi:qui ī ali=quorū ſophiſmatū curioſa obſeruatione cōtradictorias negarent.neq; credo defuerūt tāti erroris duces:qui & ſcripto veſtigia reliquerunt. THEO. So=phiſtæ erant O amice. EVTY. Haud dubiū certe eſt:& quos malus abſtu=lit error. THEO. O Neania:ad ſcientiarū principia/nunꝗ pertinax eſto. eo=rū ſaniorē intelligentiā ꝗtū fieri poteſt/capeſſere ſtudeto. magiſq; ipſis vel ſi=ne ratione credito ꝗ perſuaſionibus:quas ad ifirmę mētis velamē/nubēq; de=pellendā adducere ſolemus. Sūt eni ī vnaquaq; diſciplina ꝑpter ſe & nō pro=

29 pter alia/nota:& maxime ōnium/ſi dignitates exiſtūt. ❡Sed proficiſcamur. Vtrū ētis vt ens eſt:hui9 diſciplinę cōſideratio ſit? NEA. Eſt idubie.nā entis quatenus ens eſt/eius diſciplinæ cōſideratio eſſe debet:quæ ſupremas cauſas ſupremaq; principia rimatur & cōſiderat.hāc autē diſciplinā:ſupremas cau=ſas & ſuprema principia rimari atq; inquirere cognitū iā eſt.ad hāc igiť diſci=

30 plinā:nimirū hęc cōtēplatio accōmoda eſt. ❡THEO. Vtrū ergo hæc diſci=plina:poti9 ſit ſubſtātię? NEA. Potius. Nā hui9 diſciplinę potior eius ētis cō=ſideratio eſt:a quo vt principio cætera pendēt/& cuius gratia cętera ſubſiſtūt.

tale autem ens:ſubſtantia eſt.pendent enim cætera ab ipſa:& ipſius gratia cę-
tera ſunt.THEO.Et maxime omnium a ſuprema illa ſubſtantia/quæ eadē
ſupremum & primum ens eſt/omnia pendent:& eius ipſius gratia ſūt omnia.
quapropter maxime eius ſolius ſubſtantiæ quæ et maxime ens eſt:huius di
ſciplinæ contemplatio ſuſcipienda eſt.NEA.Oportet. ¶THEO. An hæc 31
etiam diſciplina: accidentia conſideret?NEA.Accidentia etiam. Nam acci-
dentia ad ſubſtantiam ſeſe habent:vt ſalubria ad ſanitatem. Atqui eiuſdem
diſciplinæ eſt ſanitatem & ſalubria conſiderare.igitur & eiuſdem conſiderare
ſubſtantiam & accidens.At huius diſciplinæ(vt modo cognitum eſt)eſt ſub-
ſtantiam conſiderare.conſiderat igitur eadem & accidentia. THEO.Certe
vt entia quædam ſunt.quo fit vt huic diſciplinæ:omnium ſubſtantiarum pa-
riter & accidentium incumbat determinatio.quandoquidem ſubſtantiæ om-
nes & omnia accidentia in primam & maxime ſubſiſtētem ſubſtantiam/im-
mo in ipſum maxime ens/& omnino quidem verius reducuntur / reſtituun-
turq;:q̄ ſalubria in ſanitatem.NEA.Conſentaneum videtur.THEO.Scili-
cet vt entia quædam ſunt. ¶Vtrum conſideret vnum/multa / idem/alterum/ 32
ſimile/diſſimile/æquale/inæquale/ſtatum/motum/vnius negationem atq; pri-
uationem/& cætera talia quæ prius pertractauimus?NEA. Michi quidem
ſic oportere videtur.nam vnum & ens: eadem ſunt/natura.& ſeſe mutuo ſe-
quūtur:vt duo hæc/principium & cauſa.attamen ratione diuerſa ſunt. Entis
autem naturam:hęc diſciplina contemplatur.contēplabitur igitur & vnius.
Qz ſi vnius naturam:igitur & multa. ſunt enim vnum & multa:oppoſita.&
oppoſitorum eadem diſciplina eſt.THEO.Immo maxime ens de quo hu-
ius diſciplinæ principaliſſima cura eſt:maxime vnū eſt/& a quo cætera vt vna
ſint/ ſuæ vnitatis ſumunt exordia.& de eodem & altero / ſimili & diſſimili/
æquali inæquali/ſtatu & motu :eodem conſtaret argumento. nam dictum iā
eſt/ ipſum maxime ens:maxime idem eſſe.ipſum item eſſe/ōnis ſimilitudinis
veritatem atq; exemplar:& ſummam æqualitatem & ſtabilitatē.idem autem
& alterū/ſimile/diſſimile/ęquale/inæquale/ſtabilitas & motus:oppoſita ſunt.
& non minus hæc diſciplina non entis/mali/falſi/inanis/impotentis/contin-
gentis/ignorantis/& caduci:contemplatrix exiſtit.Quo fit iterum:vt non mo-
do de vnius/ſed & entis/& boni/& veri negatione & priuatione/munus ipſi-
us & officium ſit cōſiderare.Negatio eni:in quadam abſētia/defectuq; ab ip-
ſa prima entitate/vnitate & bonitate concipitur.& priuatio quandam ſubie-
ctam naturam reſpicit:quæ nō habeat quod habere nata ſit.NEA.Hæc igi
tur ōnia vt affirmatio & negatio/& habitus & priuatio:conditiones rerum re
ſpiciunt atq; important.THEO.Hoc in loco bone fili.in dialecticis autem
et ſermocinalibus diſciplinis : dicibilium et notionum conditiones. ¶Sed 33
procedamus.Vbi primū inuenis negationē?in primo ne vbi eſt infinita enti-
tatis plenitudo:et pariter vnitatis/bonitatis et cæterorum? NEA. Minime.
THEO.Vt neq; in infinita luce:aliquid tenebrarum reperis. NEA. Simi-
le.THEO. Sed prima mentium:deficit ne ab illa ſūma entitate?NEA.Et
vnitate quidem et bonitate.THEO.Sicut quęlibet lux finita:ab ipſa lucis in-
finitæ deficit plenitudine. NEA.Aeque.THEO.Eſt igitur circa primam
mentium/negatio.NEA.Eſt.THEO.Et nō circa ipſū maxime ens.NEA.

Nō circa ipſum. THEO. Et affirmatio et negatio: oppoſita ſūt. NEA. Sūt THEO. Et oppoſita: habēt fieri circa idē. NEA. Idipſum. THEO. Circa autē ipſum primum: nō fit negatio. NEA. Nullo modo. TEO. Igitur neq̧ affirmatio: ſed primo/ circa primam mentem. NEA. Videtur. THEO. Vides igitur quomodo ipſum primū et maximū: eſt ſupra ōnē affirmationem & negationē/poſitionem/et ablationē/immo et ſupra omnē oppoſitionē? Circa enim primū: nulla contingere poteſt ablatio/quare neq̧ appoſitio. NEA. Videre videor. THEO. An igitur non eſſe/oppoſitum ſit ipſi primo & maximo eſſe? NEA. Non videtur. nā conſenſimus ipſum eſſe ſupra omnē affirmationem/& negationem/& oppoſitionē omnem. THEO. Non habet igitur affirmatio entis: circa primum fieri. nam eſt ſupra entis affirmationem. & etiā entis negatio: circa ipſum fieret. NEA. Me attonitum reddis: neq̧ conſentire neq̧ refutare audeo. THEO. Audentior eſto. Nos enim hæc parua exercitamenti gratia ludimus: ſyncerius hæc alias & altiore ad contemplationis officiū modo/te auditurū ſpera. NEA. Dicā ergo quod cōceſſa & tua ratio efficere vidētur: entis affirmationē circa primū/locū non habere/immo neq̧ negationē. THEO. Primū igitur neq̧ erit ens neq̧ nō ens.. NEA. Certe. vt ens/entis affirmationē/& nō ens/entis negationē inſinuāt. michi enī occurrit entis affirmatio: vt quędā ipſius primi et maximi participatio. ita vt ea ipſum magis participent: quæ magis bona & vera & ipſi ſimiliora ſunt/ magiſq̧ in affirmatione ſūt. an potius tibi ridicula dicere videor? THEO. Acutius q̄ ego ipſe expectabā: reſpōdiſti. Attamē ſi caperes ens atq̧ nō ens/non vt metaphyſicam affirmationē/& negationem ſed logicam potius inſinuant: auderes ne vtrumq̧ de primo negare? NEA. Non auderem indubie. nam de quolibet/hoc pacto affirmationem vel negationem veram eſſe/neceſſe eſt. de nullo autem ſimul affirmatio & negatio: vera eſſe poſſunt. THEO. Non refello tuum iudicium. Tui gratia O Eutychere: huc digreſſi fuimus. Arbitror te intelligere/ quorſum hæc noſtra dicta vergerent. EVTY. Abunde.

34 ¶THEO. Et quo pacto multa/malum/falſum/inane/debile quæ negatione deſignantur non opponuntur primo/maxime vni/bono/vero/pleno/& potēti. & vt abeſſe prouenit vnitas/bonitas/& veritas: ab eſſentia/potētia/ & maxime/materia/multitudo/malum/et falſitas. Quo fit: vt a materia potiſſimum pendeat non ens/malum/falſum/inane/impotentia/contingentia/ignorantia/ rerum mortalitas atq̧ interitus. EVTY. Conſentaneum eſt. THEO. Non abſone ergo ſupramundana entia/longe plus eſſe q̄ eſſentiam participantia: potius eſſe poſuimus. EVTY. Non abſone. THEO. Et dignum eſt: a maiori & digniori nos noſtram denominationem auſpicari. EVTY. Dignum. THEO. Simpliciter igitur & rite: entia dicūtur. At ſi ad hæc inferiora deſpicimus cum materia plurimū immerſa obuolutaq̧ ſint/parum actus participantia/ ſi a maiori et dominante materia ea denominare volumus: certe potius quodam modo dicenda erunt non entia/ multa/ mala/ falſa/ inania/ impotentia/ contingentia/ ignorantia/ fluxa et mortalia omnia/ et ſi entia/ vna/bona/et vera videtur. EVTY. Erunt indubie. THEO. Sunt ne ergo amentes et inſani: qui has tota cura expetentes bonorum vmbras/quæ bona videntur cum non ſint/ nunq̄ mentis aciem in ipſa vera entia et bona/ et

nulllo vnq̃ fine deſitura erigunt. EVTY. Amentes et cæci. ¶THEO. Sed 35
ſermonem ſequamur. indiuiduum & ſingulare/ nonne id eſſe dicimus quod
per ſe totum ſubſiſtit: vt vnus homo/ vnus leo/ et vna planta? EVTY. Indi-
uiduum/ et ſingulare/ ſubſtantiæ ſcilicet. THEO. Eſto. Et ſi accidens/ indiui-
duum ſingulare et vnum numero deſcriberes: forſitan diceres ipſum eſſe id
accidens quod totum in altero ſubſiſtit. EVTY. Forte totum id eſſe intelli-
gis: quod vnius ſimpliciter pars non ſit. THEO. Idipſum. Et elementa plus
materiæ ſibi vendicare videntur cæteris ſenſibilibus omnibus: præſertim craſ
ſiora vt terra et aqua. Et quãuis vnumquodq; eorum vnum actu indiuidu-
um eſſet: multa tamen potentia eſſet; immo innumera. Quis enim vnq̃ di-
cere valeat: in quot ſtillas aqua dirimi poſſit/ quarum quælibet ſeorſum ab
altera indidua/ ſingularis et vna numero eſt? EVTY. Ignoraret profecto ip
ſe Democritus: vt ſuarum atomorum numerum. THEO. Et lapides et
metalla: valde multa/ potentia ſunt. EVTY. Valde/ vt nullus mortalium:
numerum norit. THEO. Et plantæ vnæ: in multas actu deſecantur plãtas/
indiuiduas & ſingulares: quæ prius erant potentia. EVTY. In multas.
THEO. Et inſecta animalia in multa decerpuntur animalia: vt oſtendit mu
tilus coluber. EVTY. In multa. at non in tot quot & planta. THEO. Neq;
planta in tot quot metallum: neq; metallum in tot quot et terra. Quod enim
inſectum animal ad plantam: id planta ad metallum/ & metallum ad terrã
eſſe videtur. ſed vnde hæc indiuiduorum & differẽtium numero multitudo:
tibi pendere videtur? EVTY. Ex materia. THEO. Nam quæ magis a ma
teria recedunt: minus huiuſmodi ſingulorũ multitudinẽ admittunt. EVTY.
Certe. THEO. Et quia homo magis a materia recedit/ & ſuperiorẽ actum/
& omnium ſenſibilium pleniſſimum obtinet: ideo rerum ſenſibiliũ ſolus cũ
vnus actu ſit/ nullo pacto hominum multitudo potẽtia euadit. alioquin opor
teret noſtrã animã diuelli diſſecariq;. EVTY. Certe. THEO. Et quæ ma-
gis a materiali lege & natura/ q̃ homo ipſe & noſtra anima recedunt: hanc di
uerſitatem & indiuiduorum/ numeroq; differentiũ multitudinẽ/ magis fugi-
giunt. EVTY. Rationabile. THEO. Quandoquidem hæc homo ſcilicet &
anima: potentiæ & magis maioris potentiæ naturam ſequuntur. & quælibet
anima noſtra ſi ſeiuncta fuerit & a corporeis vinculis abſoluta/ indiuidua/ &
vna numero eſt: vt nullo ingenio animarum multitudo eſſe poſſit. inter ſe ta-
mẽ multæ indiuiduæ & numero differẽtes ſũt prout diuerſã ſortitæ ſũt potẽ-
tiã. quæ tametſi materia nõ ſit: cõditionis tamẽ eius æmula/ ſingulorũ multi-
tudinẽ & numero differẽtiũ admittit. quã Peripateticorũ more: poſſibilitatẽ
quãdã nũcupare poſſumus. Et ſupramũdanorũ eſſentia magis a ſenſibiliũ
potẽtia recedit: q̃ noſtrę ab eadẽ animę poſſibilitas. huiuſmodi igitur multitu
dinem beata illa et ſupramundana entia magis/ q̃ noſtræ animæ: refugiũt.
EVTY. Indubie. THEO. Sed quomodo magis refugiũt ſi multæ ſolo nu-
mero diſſidẽtes ſupramũdanæ mẽtes reperiũtur/ queadmodũ et noſtræ ani
mæ poſſibilitati annixe? EVTY. Nõ video. THEO. Videtur ergo tibi ex
fuga et diſtantia a lege et cõditione materiæ: vnã ſolam eiuſdem gradus ſu-
pramundanam mentem ſubſiſtere/ neq; vllam quamcunq; alteram/ naturæ
affinitate & conſortio ſibi conciliare. EVTY. Videtur. ¶THEO. Quod 36

ergo in infinitum superat euaditq; semotum/non modo a materiæ conditione & natura/sed & possibilitatis omnis/& omnis potentiæ: nunquid secum alterū solo numero dissidens admittit/ vt duo scilicet paria/ assimilisq; per omnia naturæ rerum principia subsistant? EVTY. Minime omnium. THEO. Vna ergo summa/indiuidua/& super omnia entitas:& non duæ. vna summa & indiuidua vnitas:& non duæ. vna summa & maxima bonitas & veritas:& non duæ. EVTY. Vna certe sola. THEO. Et per omnia se fundens:& suum singulis suæ vnitatis & singularitatis imprimens vestigium. Sed satis euagati sumus:iā resumamus omissa.

37 ¶ Ad te reuertor O Neania an hæc disciplina sit omnium specierum tum substantiarum/ tum accidentium/& earum priuationum atq; negationum? NEA. Omnium. nam quilibet sensus vnus:omnium sui sensibilis generis specierum atq; priuationum est. igitur & quælibet disciplina vna/ sui generis scibilis: & omnium eius specierum/priuationum & negationum.at metaphysica: disciplina vna est/cuius genus scibile est ens.est igitur omnium entis specierum priuationum atq; negationum.species autem entis: species substantiarū sunt & accidentium. est itaq; hæc disciplina:omnium specierum tum substantiarum/ tum accidentium/ earum priuationum/ atq; negationum. THEO. Recte.nam quod est sensus ad genus sensibile: scientia est ad genus scibile. et entis generis scibilis species (dico scibiles) sunt quas adduxisti. NEA. Hoc michi difficultatem ingerebat/an diceres ens esse genus:sed scite adiecisti scibile. Nam Peripatetici ipsum esse genus logicum & prædicabile negant. THEO. Et docte certe:& ideo bene eius species logicas et prædicationis negabunt.

38 ¶ Et si te percontor:quomodo sensus vnus priuationū sui generis sensibilis et eius specierum est/et quomodo visus tenebrarū. NEA. Dico per accidēs.et luminis et aliorum colorum per se. THEO. Recte ais. ita et intellectus per se est entis et entis specierum: per accidens autem nusq̄ subsistētiū.

39 ¶ An vnū ab ente diuersam nominet naturā? NEA. Minime. Primo quidē.quia idē est ens et vnū ens:vt ens homo et vnus homo. Scđo. quia eiusdē generatione gignunt̄ aut corruptione corrūpunt̄.fieri enī nequit vt vnū generatione adesse possit/et alicuius corruptione abesse: quin eiusdē generatione aut corruptione sit aut nō sit reliquū.sed simul sunt aut simul nō sunt.nō igit̄ diuersā nominat̄ naturā. Tertio.vt vnūquodq; per suā substantiā ens dicitur: ęque quoq; dicit̄ et vnū.nō igitur diuersam nominat̄ naturā. THEO. Et q̄ in primo haud diuersam nominēt naturā:in nullius cōtrouersiam venit.& vbi primam mentium ab omni aduentitia & accidentaria affectione sequestras:facile eā ens sua substantia & vnā esse intelligis. Sed an homo & musicus: diuersam nominēt naturam? NEA. Scilicet.nā musicus musicam nominat:quam non nominat homo. THEO. Sunt tamen homo & musicus: idem. NEA. Subiecto scilicet.& ratione multa. THEO. Et ens/ & vnum? NEA. Itidem subiecto idem:& ratione multa. THEO. Refert ne in aliquo? NEA. Refert:si aperte concipio.nam homo & musicus:ratione & natura multa sunt.natura quidē: q̄ musicus musicam artem nominet alterius rationis & naturæ ab eo/quod nominat ho-

mo.ens autē & vnum/etsi ratione multa sunt:non tamen natura.. THEO. Vis ergo eorū quæ subiecto & substātia sunt idem et ratione multa:hæc ratione sola multa esse/hæc autē ratione & natura? NEA. Volo. ¶ THEO. 40
Vtrum communes dignitates huius sint disciplinæ? NEA. Sunt.communes enim dignitates:dicimus communissima principia/& quæ vnicuiq; cōmuniter vt entia sunt/attribuimus/ & quibus inferiores disciplinæ vtcunq; ad suam materiam contractis vtuntur . Nimirum igitur:si huic disciplinæ asciscuntur.si enim dixero/quæcunq; sunt æqualia vni & eidem illa inter se esse æqualia:quid promptius familiariusq; intellexero/q̃ quæcūq; entia vni et eidem sunt ęqualia? THEO. Nichil familiarius:ipso quidem proloquio in suo ambitu/vniuersimq; concepto. & si quisq̃ adducat:propter quod tale alterū tale est/ipsum magis tale esse:quid familiarius intelligendū occurrit q̃ propter quod ens tale alterum ens tale est/ipsum primum ens magis tale esse? NEA. Nichil. ¶ THEO. An hoc principiū:impossibile est idem 41
simul esse & non esse:primum sit & firmissimum? NEA. Primum esse nemo ambiget.nam dignitas & proloquium est.firmissimum autem est:quia notissimum/non conditionale/ & quod quēlibet suscipiendæ disciplinæ idoneum habere necesse est. THEO. Et probe quidem.circa ipsum enim nullus idoneus disciplinæ auditor errabit vnq̃. Attamen circa ea quæ ignoramus:erramus/decipimurq; frequenter.& circa vnumquodq; entium ita esse:vt ipsum sit aut non sit necesse est.non ergo conditionale.& si quisq̃ percipiendæ disciplinæ committitur/qui vsq; adeo hebes & corneolus comperitur/vt nesciat an ipse sit an non sit:iuste certe arcendus est.assimilis nimium vere illi/qui e regione solis in media luce locatus solem non sentit:& ineptus pictoriam discere quærit.hic corporis oculo cæcus est:ille mentis. Et certe quanto huiusmodi principia cōmunissimarum/vniuersalissimarumq; notionū existunt/quæ maxime proprie intelligendi facultati addictæ sunt: tanto minus circa talia eum qui mentis oculis captus non fuerit errare cōueniet.vt neq; sensum circa proprium immo maxime proprium sensibile. et cæteris principijs firmiora / accommodatioraq; intellectui esse debent. An plura desideras? NEA. Nulla prorsus nisi sequentium (quæ michi satis facilia videntur/expeditionem:si expeditissima transcursio te non fastidit. THEO. Nichil me fastidis:transcurre vt voles.

¶ TERTII DIALOgi metaphysicorum introductorij/finis.

¶ Quartus dialogus metaphysicæ introductionis.

NEANIAS. THEORETICVS. EVTYCHERVS.



AEC quatuor et quadraginta/principium/ causa/elementum/ et reliqua sequentia quæ in quinto distinguit Aristoteles: prætereo. THEO. Tanto laborem nostrum minuis. NEA. Prompta hæc michi et captu peruia esse videntur. quod sequitur prosequor: quæstionum seriem secutus/et responsiones adhibens. THEO. Neq; cura quæstiones ipsas tangere/ modo eas suo ordine dissoluas: adiungasq; responsiones quæ
1 tibi aptiores videbuntur. ¶ NEA. Faciam vt iubes/michi sumens auspicia. Metaphysica a cæteris disciplinarum differt. Primo. quia hæc disciplina/principia & causas entium vt entia sunt considerat: non autem reliquarum aliqua. Secundo. hæc disciplina simpliciter quid & substantiam contemplatur: quod nulla reliquarum facit. sed vnaquæq; circa aliquid vnū infra entis aut substantiæ ambitum: suos limites coercet/ & astringit. vt exempli causa grammatica/ logica/ rhetorica: circa sermonis contemplationem. musica & arithmetica: circa numerorū facultatem. geometria & astronomia circa magnitudinem. naturalis philosophia circa substantiam quæ intra se sui motus principium tenet. Tertio. hæc disciplina: vniuersalis censenda est: cæteræ autem particulares. quid enim notione entis vniuersalius: quæ omnes rerum gradus ambit & lustrat? quid notione vnius/boni/& veri? quid deniq; ipso maxime ente/vno/bono/& vero communius & vniuersalius? quorum potissimum hæc disciplina contemplationi inhiat/atq; adijcitur. nichil mirum igitur: hāc disciplinam a cæteris disciplinarum distare.
2 ¶ THEO. Certe distat O fili. & huius disciplinæ tota vis circa ipsius entis/vnius/boni/veri & reliquorum taliū contemplationem immoratur. & sola disciplinarum: rerum quiditates suæ contemplationi peculiares delegit. Cæterarum autem nulla: neq; vnam quiditatem nouit. NEA. Quo pacto id? THEO. Forte quiditatis nomine: tenebris te obuoluo. NEA. Sane. THEO. Nonne dixisti hanc disciplinam: circa entis contemplationem/ vnius/boni/& veri/& cæterorum talium consistere? NEA. Dixi equidem. THEO. Hoc ipsum est quod dico: & tamen illud idem te fallit. NEA. Haud intelligo. THEO. Sic intelliges. summa entitas: omnium entiū quiditas est. & summa vnitas: omnium vnorum quiditas. & summa bonitas: omnium quiditas bonorum. & ipsa summa/maximaq; veritas: omnium verorum. nec alio (audito metaphysicæ quiditatis nomine) vnq̄ tuam mentem deflecte. NEA. Nulla me iam nube obducis. paucis quid rerum metaphysicas quiditates vocemus: pulchre aperuisti. nec iniuria: profecto metaphysicæ dicunt̄. nā supramūdanæ sūt/& diuina cōtēplatione dignissimæ. & nescio quæ mōstra hacten9/michi has diuinas quiditates cōmētabar: nūc quiditatiuas notiones/nūc absolutas/huiusmodi quiditates vocās. THEO Et forte venia dignus: si logicas dixisses. NEA. Protinus etiam relabebar ad aliquam michi tristem logicam: & nullum michi cōmodū/nisi inanē gar-

ritum parturientem. THEO. Attamen audiueras hanc diſciplinam eſſe diuinarum/æternarumq; rationũ. NEA. Illę noſtræ ſunt quiditates: attamen nichil audiueram. quicquid enim hactenus hauſi/peregrinis duntaxat diſputationibus hauſi: longe forte a tua & mei inſtitutoris Oneropoli intẽtione alienũ. nõnunq̃ eni luctatus ſum/michi quaſdam vniuerſales naturas ſomniare: quas metaphyſicas quiditates vocarem/& a quibus generis ſpeciei/& differentiæ conceptus extorquerem. THEO. Omnia hæc & tibi et alijs: ob platonicarum idearum introductionem irrepſerunt. & certe is locus/ideas requireret. NEA. Quo pacto? THEO. Nos nimium expatiari petis. propoſitũ proſequere ne nos inaniter tempora trahamus. & poſtq̃ expleueris/ ſi quo modo commodum videbitur/& diei decliuitas noſtram non arcebit diſputationem: nõ recuſo huius rei nonnichil paucis perſtringere. NEA. Non arcebit. pauciſſimis nempe quod ſupereſt abſoluam. & pene iã expleſſe videor. & dimiſſa reſumo. hæc diſciplina cum cæteris conſpirat/ atq; cõuenit. nam reliquæ diſciplinæ ſuum genus eſſe non commonſtrãt. ita quoq; neq; hæc: quæ eſt ipſius quod quid eſt/ hoc eſt ſubſtãtiæ/imo vero maxime entis/maximeq; ſubſtãtiæ/quæ primum in hac diſciplina 3
contemplatur. ¶ Et ſpecialius ſermonem deducendo: hæc diſciplina a naturali philoſophia altera eſt. primo q naturalis philoſophia circa quoddam gẽus entis verſatur. id enim eſt ſubſtantia: intra ſe ſui motus & quietis principium tenens. prima autem philoſophia: circa ens ipſum totum negociatur. Secundo. quia naturalis philoſophiæ conſideratio: ſolum circa mobilia & inſeparata & a materia & a corporea mole exiſtit. Prima autẽ philoſophia potiſſimum circa immobilia/ abſoluta/& abſtractiſſima non modo omni materia & molis craſſitie expedita: ſed & potentia omni/omniq; eſſentia. Tertio. tota phyſica contemplatio vt contemplatio ſimi eſt. neq; materiam ſine forma/ neq; formam ſine materia conſiderat. ſicut qui ſimũ conſiderat: naſum quidem qui vt materia eſt & cauitatem quæ eſt vt forma conſideret neceſſe eſt. eſt enim ſimus: naſus cauus. At primæ philoſophiæ præcipua contemplatio vt caui eſt. nam illas puras & ſimplices formas/immo illam ſimpliciſſimã formã & eſſe/contẽplatur. attamen naturalis philoſophia cum hac prima et ſupramundana philoſophia commercium aliquod obtinet: q vtraq; contemplatiua eſt. eſt enim ſcientia omnis/ omniſq; diſciplina aut contemplatiua quam theoricam vocant: aut actiua/ adminiſtratiuaq;: quam vocant practicam/ aut factiua quam dicunt poeticam. at naturalis philoſophia: primum actiua non eſt. nam actiua diſciplina ſecundum electionem eſt: et earum actionum quas intra nos moderante prudentia gerimus: quarum quidem naturalis philoſophia non eſt. neq; quidem factiua eſt. nam effectiua peritia itidem ſecũdum electionem eſt: et earum effectionum quæ in ſeruile opus et extrinſecum demigrant/ tranſeuntq;. harum autem naturalis philoſophia non eſt: quippe quæ neq; conſultat/ neq; quicquã electioni aſtringitur. relinquitur igitur/ipſam naturalem philoſophiam/ contemplatiuam eſſe: qualem et primam philoſophiam eſſe iamdudum commonſtratum eſt. et nos cum omnem ſcien-

tiam disciplinamq; omnem : in contemplatiuam/actiuam/ aut factiuam /
partiti sumus: scientiæ & disciplinæ nominibus artem & prudentiam com
4 plectimur. ¶ Hæc item disciplina a mathematica dissidium patitur atq;
differt. nam mathematica/solum circa vnum genus entis versatur: vt quan-
titatem. neq; ipsa quanta/vt entia sunt contemplatur: quin potius vt com-
mensurabilia/incommensurabilia aut quippiã huiusmodi. hęc autem disci-
plina/omnino circa ens est: & omnia vt entia quædam sũt/explorat ac rima-
tur. Differt igitur hæc disciplina a mathematica. Attamen cum ea commer-
cium tenet. Primo. ꝙ earum vtraq; contemplatiua est. & id superiore ra-
tione de mathematica deducere promptum esset. Secũdo. ꝙ vtraq; & me-
taphysica & mathematica / immobilia & tanq̃ separata contemplatur. Re-
fert tamen ꝙ hæc non re ipsa separata: quemadmodum diuina illa sapien-
tia & ideo iure theologia nominata/contemplatur. & ex his perspicuum sa-
tis esse potest/tres ipsarum rerum contemplatrices esse disciplinas : physicã
mathematicam & sapientiam quam theologiam nominamus / quæ cæte-
ras disciplinas tum actiuas tum effectiuas / longo interuallo desiderabilio-
res antecedunt. et longe omnium ipsa sapientia omnes antecellit/omnes
longo interstitio post terga relinquit: vt quæ sit circa diuinum & honorabi-
lissimum genus . Et certe ex hac disputatione collegisse videor: solam ipsam
sapientiam cœlestium domesticam esse : & cum deo ipso domicilium (quo
ipsum liberius semper contempletur/admireturq; & amet) propius quęrita-
5 re. cæterę autem: inferiorum cultrices michi esse videntur. ¶ Sed ne longior
sim: procedẽdum est. Accidentis non est scientia . accidens enim id dicimus
quod neq; semper/neq; vt plurimum verum est/sed raro. Cuius quidem nõ
esse scientiam constat. Primo. quia talium neq; disciplina contemplatiua vl-
la est. nam omnis talis: necessariorum est/impossibiliumq; aliter se habere.
neq; quidem accidentium: actiua aut effectiua studium curamq; adhibet.
sunt enim eorum quæ semper aut frequenter sunt / veraq; sunt. nulla igitur
accidentium scientia est. Secundo. quæ accidunt: infinita esse possunt neq;
perspectam causam determinatam habent. omnis autem sciẽtia & finitorũ
est: & certam/exploratam/determinatamq; causam habere necesse est. Ter-
tio. de accidentibus/sophistæ iurgia atq; inter se altercationes suscitant : qui
siquidem suo more nulla disciplinis accõmoda solicitant . igitur accidentiũ
nõ est disciplina. Quarto. entium quædam semper sunt/quædam plurimũ/
quædam neq; semper neq; plurimum / sed rarenter admodum. At disci-
plinę sola ea curant quæ semper sunt aut plurimum : accidentia autem (etsi
sunt) neq; sẽper neq; plurimũ sũt. merito igitur disciplinæ (vt & eorum quę
6 temere eueniunt) accidentium curam despiciunt. ¶ Modi entium: sunt quid
& substantia / quantum / ad aliquid/quale/agens/patiens / quando/vbi/ si-
tum/& habitum/ens per se/ens per alterum/ens actu/ens potentia/ens pro
vero acceptum/& non ens pro falso. qua entis significantia vtimur: cum di-
cere solemus/contradictoriorum alterum ens esse/ et alterum esse non ens.
THEO. Et quo pacto forte prius vtebaris: cum adducebas entium quę-
dam semper esse/quædam plurimum/et quædã neq; semper neq; plurimũ

ſed raro.volens intelligere:verorum quædam ſemper vera eſſe quæ nos neceſſaria vocamus/quædam vt plurimum vera/& quędam raro vera quæ accidentia nuncupaſti.NEA.Idipſum.et ens/ et non ens hoc pacto circa mentis complexiones fieri habent:in qua quidem ſubſiſtũt/ et non in rebus ipſis.& iã videor exegiſſe quod præſentis introductionis ſupererat laboris: niſi in aliquo me ſentis aberraſſe/aut minus præuidentẽ omiſiſſe.THEO. Certe exegiſti O Neania.& tuam ingenuam indolem patẽtem feciſti:& tuos inſtitutores non futiliter in te literarum fundamenta ieciſſe.neq; omiſiſti quicq̃:ſed iã huius dieculæ laborẽ(vt bene inquis) ſuperaſti. ¶NEA. 7
Dum modo nobis nonnichil de ideis aperueris.id etiam te facturum pollicitus fuiſti:dum modo diei decliuitas/noſtram diſputationem nõ ſupprimeret.THEO.Hoc te fugiſſe putabam.NEA.Me?nunq̃.THEO.Cogis ergo me nouam ſubire paleſtram:tibi tamen in futurum cõducere poteſt.Dixi tibi & reliquis/ſe cõmunicantium naturarum ex Platonicis ideis opinionem irrepſiſſe:quas forte ſe communicantes naturas in rebus ipſis locabas.NEA.Ego vero:vbi locarẽ nõ intelligebã.THEO.Et q̃uis ex platonicarum idearum introductione talis opinio mentibus poſterorum illapſa ſit:nõ tamen perinde ac Plato/ſẽſere.NEA.Quo pacto nobis aperi. THEO.Quæ quõdã ab hoſpite Spoletino viro Platonico (cũ vna de dialogorũ Parmenidis a Platone relictorũ intelligẽtia colloqueremur) audieri:tibi aperiã.q̃uis ipſe michi ſummi CHRISTI myſteria:nimiũ ad Platonem platonicoſq; trahere videretur.nõ enim a Platone didicimus vnum ſuper omnia patrem/& filium/& ſpiritum ſanctum/deum vnum omnia moderantem.Sed potius platonici ſi quid magnificum loquũtur:a noſtris vſurparunt.violantes intelligẽtiam:cum ad ſua pertrahunt.Nam ipſi aiũt: tres mũdi principes.nos:vnum ſolum.ipſi:trinũ/vnum ſempiternum/alterum æternum/tertium infra minuſq; q̃ æternum.nos:vnum trinum id eſt trihypoſtaticum æqualiter ſimiliterq; aut æternum/aut ſuperæternum.ipſi: tria aſtruũt/natura eſſentiaq; diſtincta principia/& vnum ſub alio contentũ. nos:vnum trina fœcundum hypoſtaſi/cõnaturaliq; & coeſſentiali/& eiuſdẽ maieſtatis honore ſuper omnia collocatum.Hec præfari volui:vt in omnibus quæ ſequuntur/boni cõſulas/neue plus q̃ par eſt platonicorum dogmati tribuas.nam ex hoſpitis ſermone/multa forſan ſequentibus inſerentur: quæ ex ſententia reuocãda eſſent ad cenſuram.miſerum enim eſſet/via/veritate & vita relicta:deficere ad Platonem.NEA.Infelix nimirum & miſer is fuerit:qui lucem deſerens/elegerit tenebras.THEO.Ordiamur igitur:ſecundum hoſpitis placita.Platonici triplex vnum ponũt:vnum ſupra eſſe/vnum in eſſe/vnum poſt eſſe.Vnum ſupra eſſe/deum ipſum ineffabilẽ inintelligibilẽq; ponunt:& patrem deorum.& vnum in eſſe/varia apud ipſos nomina ſortitur.Nominant enim ipſum ens:creatorem/imaginem patris/mundum intelligibilem/intelligẽtiam/rationem/verbum/filium dei/mẽtem diuinam/exemplar & ideam.vnum poſt eſſe/ ſpiritum & animam mũdi nuncupant:ſeſe per omnia late fundentem/& viuificantem omnia.cui illud poetæ alludere puta.

Hoſpes ſpoletinus: Petrus Leo

Principio cœlum/terram/camposq; liquentes/
Lucentemq; globum lunæ/Titaniaq; astra
Spiritus intus alit.totamq; infusa per artus
Mens agitat molem:& magno se corpore miscet.

Et vnum in esse:ipsum ens/bonum/pulchrum/omnipotẽs/sapientissimum/ & æternum ponunt.ipsum autem vnum supra esse:ponunt supra ens omne/& omne bonum/& pulchrum/supra omnipotẽtiam/sapientiã & æternitatem.tertiũ vero vnum:post & infra ipsum ens/bonum/& pulchrum/infra omnipotentiam/sapientiam ipsam/& æternitatem/vt iam in confinio ęternitatis existat/& vt ęternitatis horizon.Cætera autem omnia:infra ipsum/& ipsum immensæ sempiternitatis horizonta subsistunt.Et hæc tria putant maximes rerum principes.& de primo nichil affirmant:nam si ipsum ens vocas:minus dicis q̃ ipsum est.est enim supra ens omne.si vocas bonum:itidem/vt eorum fert opinio.nam est supra omne bonum. Et ita si ipsum vocas verum/pulchrum/plenum/potens/necessarium/sapiens/aut æternum.De secundo omnia affirmant.est enim ipsum ens/immo ipsum maxime ens/bonum/verum/pulchrum/& potens/& cuiuslibet rei exemplar & idea. Et quo melius diuinæ mentis/hoc est ipsius vnius in esse & entis/ideas(eo quo ponunt modo)concipias:hoc pacto accipe.Omnia entia a maxima entitate suam sibi vendicant & assumũt entitatem:& hanc summam entitatem/vocant entium ideam.& a maxima bonitate/prodeunt omnia bona:quam et vocant boni ideam.& a maxima veritate(quam & veri ideam ponunt) prodeunt omnia vera.omniaq; in vnum/summumq; reducunt:vt omnes homines in vnum primum & summum hominem/ quem exemplarem & idealem hominem nuncupant.& omnes leones in exemplarem leonem:& omnes equos in exemplarem idealem/& intelligibilem equum. Et hunc in modum quæcunq; naturæ affinitate inter se cõspirant & conueniũt:in suã specialẽ ideam.& has diuinas & diuinæ mẽtis ideas:distinctas/inconfusasq; & synceras esse putant.& hinc exemplaris & idealis homo/solum est homo:neq; vnus/neq; plures. nam si vnus esset:hoc vnius participatione haberet. & si plures:ideæ multitudinis participatione. & proinde:non pura & syncera hominis idea esset.et ita de exemplari leone/& equo & reliquis. Aiunt enim quicquid est in genere aliquo primum tale:nichil aliud est q̃ tale. & si desideras concipere/ qualis sit mundus intelligibilis:sensibiles oculos aperi/& totam sensibilem machinam hanc/oculis perlustra/omnes sonorum concentus & harmonias auribus hauri/omnia odorum spiramina naribus. mox te ad intellectum reuoca:& concipe quæcunq; oculis lustrasti corporeis/& quęcunq; vna alijs sensibus hausisti/mundum esse sensibilem/& intelligibilis mundi/huius quidem corporei mundi exemplaris/& ideæ imaginem. quem quidem intelligibilem & exemplarem mundum si intellectuali oculo circunlustrare posses:hanc totam machinam & omnes rerum species in veritate/et sua mirifica et haud dicibili pulchritudine conspiceres/illicq; verum hominem/verum leonem/veram plantam/verum cœlum de-

præhenderes.quæ autem corporeis oculis circunlustrando attigisti:vera nõ sunt/q̃q̃ vera videntur/& talia esse iudicamus.vt neq̃ tua in speculo imago: vere est quod apparet. Videtur enim homo aut Neanias: cum tamen non sit.Sed tu ad tuam imaginem vere es:quod ipsa tua imago insinuat atq̃ esse videtur.et stellantis cœli in torrente fluente effigies/non vere ipsum cœlum est/non sidera quæ esse videntur:sed cœlum ipsum stelliferum septem errãntium siderum orbes ambiens/& sua fixa sidera vera sunt/vera quidem ad torrentis effigiem.ita fili quæ nos moribundis oculis contuemur/et nobis esse apparent ignis/aer/aqua/terra/homo/leo/equus/ planta:nos admonent ea non esse/sed istorum simulacra & effigies.immo vt placet Heraclito & Pythagoricis/illa sunt fluentis torrentis & continuo labentis effigies:quæ (q̃q̃ nõ sentimus)semper nullo remorante fugiunt/voluntq̃ nimiũ vera esse/ postea a Nasone cantata.

Nichil est quod toto perstet in orbe.
Cuncta fluunt / omnisq̃ vagans formatur imago.

Ad hæc prima rerum genera/species/exemplaria & ideas / de supramundanis & rerum quiditatibus Pythagorici & Platonici locuturi/se conuertũt: quemadmodum Aristotelico more ad entis immo maxime entis/vnius/boni/veri/& cæterorum diuinas rationes contemplandas/& primordia rerum optima: nos ab his sensibilibus traducimus. Dicuntq̃ ijs similia/ quæ ab egregio nostræ tempestatis Mantuano vate sunt decantata.

Mundus ab hoc qui sub rerum fluxu atq̃ refluxu:
Assidue fugit atq̃ redit/cadit atq̃ resurgit
Longe alius.viuunt illic hominesq̃/feræq̃/
Terra/fretum/venti/atq̃ ignes/& olympus/& astra
Et quæcunq̃ deus mundi produxit ab ortu
Pluraq̃.nam mundo diuina potentia maior.
Sed nichil est illic titubans/mutabile/fluxum. Et rursum.
Hæc:deus est.sunt ista:deus.deus omnia namq̃.
Propterea deus est mundus sine corpore/viuens
Semper:& æternis in se hic habitauit ab annis.

Voluntq̃ Platonici/semina quædam & omnium idearũ sigilla nostris animis esse ingenita: quibusquidem a rebus sensibilibus excitis notiones specierum & generum (quarum obiecta sunt diuinæ mentis species & ideæ) effingimus.Ex his O fili de Platonicis ideis/& consimilibus dictis quæ mira & alta ipsis videntur/& philosophica contemplatione dignissima/an ita sit an secus:posteri mille modos naturarum se communicantium commentati sunt.& postremi in inanes quasdam ineptias/& in volitantia Democriti somnia (vt multis visum est) tandem decubuerunt.ita vt quęcunq̃ quisq̃ noctu puluino nixus somniasset: operæprecium duceret afferre in medium. Et quibus Aristoteles in Platonem agat argumentis:nostrum impræsẽtiarum recensere nõ est officium. Et si procedere pergo quo pacto eorum sententia/singula entia sui generis ideam participant:nox atra quæ vicina est nos intercipiet / et vos inauditæ disciplinæ sermones fastidient.

EVTY. Quibus argumentis nitatur Aristoteles ideas tollere: id me latet. Videre tamen videor: ad idipsum/ex præcedentibus viam patescere. Nam si esset idealis homo/aut idealis equus: ab ipso ideali homine/homines naturaliter profluere viderētur(vt a me naturaliter mea profluit imago/& a Neania imago Neanię)& ab ipso ideali equo/equi cōsimiliter. THEO. Certe naturaliter quæq; a propria domesticaq; idea profluere viderentur. At tamē & homines & equi/& reliqua id genus/cum externa ab ipso primo operatione fiant: dicta sunt nō natura sed placito a primo prodire. Adde vnāquamq; ideam/hac ratione impotentem. Nam hominum idea: non posset nisi homines. et equorum: nisi equos. Qui igitur fieret: vt de ipso secundo vno quod est ipsa idea(vt eorū fert sentētia qui ideas asserunt)omnipotens verificaretur? Verū his omissis alio in loco/indultore eo qui est omnia & nichil ōniū/altius discutiēdis: censeo(nisi vobis secus videatur)receptui canēdū. EVTY. Sat nobis O Theoretice pro hac disputatione impendisti: neq; nunc vltra quicq; desideramus. NEA. Nichil vltra. et de tantis gratias habemus. et nūc pater meus(vt arbitror) e rure rediȷt/oblectamentis corporeis saturatus. nos autē O Theoretice abs te abibimus: oblectaminibus animi referti. THEO. Cum voletis: reditote. faciam vobis semper mei prōptam copiam. EVTY. Gratias habemus O Theoretice: reditūq; et benigne/et liberaliter acceptamus.

DIALOGORVM INTRODVCTIonem in sex primos metaphysicorū Aristotelis libros elucidantium ad CHRISTI IHESV veritatis immensæ gloriā et honorem/

F I N I S.

HOC eximium opus continens ex traductione clarissimi patris Cardinalis Bessarionis/libros metaphysicorum Aristotelis XIIII/& Argyropyli XII/Theophrasti autem I/Et introductionem I/Ac introductorios in eandem dialogos IIII: impressū est Parisijs in ædibus Henrici Stephani Chalcographi e regione scholæ decretorū cōmorantis. Anno eiusdem CHRISTI domini nostri M D XV vicesima die Octobris.


colorchecker CLASSIC
calibrite
mm